



MAI XPI
MARIU
NEZ SEL
ITA XPI
I
30 M.



I. H. S.

Alvario Gomez Chalichristia.

Compluti. Caspeltanae. Impri. A. G. Breccario.

Año 1522.

(Ex una episc. latine)

Archivo. de. Loual.

Martialis episcopi ultimo de junio a. xvi. de Otubre.
 Translatio sancti martini a. iij. de Julio a. xvij. de Otubre.
 Egidij abbatis primero de setiembre a. xxiiij. de Otub.
 Presentatio sancte marie a. xxj. de nobiembre. ix. lectiones.
 Logini et caprasij martyꝝ a. xxviii. de nobiembre. ix. lectiones.
 La dominica segunda del auiento de la octauario de la conception en el septimo dia.
 Mauricij et com̄ eius martyꝝ a. xxij. de setiembre a. xvi. de Dezies.
 Leocadie virginis a. ix. de deziesbre a. xvij. de Dezies.
 Translatio sancti isodori epi a. xxij. de deziesbre a. xxij. de Dezies.

Estas fiestas ballarā en casa de Alonso

Martialis episcopi ultimo
 Translatio sancti martini a. iij. de
 Egidij abbatis primero
 Presentatio sancte marie a. xxj. de
 Logini et caprasij martyꝝ a. xxviii.
 La dominica segunda del auiento
 de la octauario de la conception en
 Mauricij et com̄ eius martyꝝ a. xxij.
 Leocadie virginis a. ix. de
 Translatio sancti isodori epi a. xxij. de

Estas fiestas ballar

Credite q nunq̄ cui dux est circums errat

✠
Aluari Gomez Chalichristia
ad beatissimum
Patrem Hadrianum
ex Cardinali Dertosa
no Pontificem maxi
mum.

∴

fr. Joannes de Lerma polanco. or. p̄dicatoꝝ couctoꝝ Burgon

Societatis Jesu. Burgis. 1862.

Ael^o Anton^o Nebriffen. historiograph^o regi^o ad lectorē.



Abes cādicissime lector celebrādā vēturo
 ſæculo thalichriſtiā. habes Vergiliū xp̄ia-
 nū. habes inq̄ poeticā theologīā a ſūmis
 vīris diu deſideratā: & a Ioāne pīco illuſtri
 mirādulæ comite ſummo voto petītā: quā
 magnific^o eques Aluarus Gomez ad hoc
 ſcripſit vt pulcherrimā ſciētiarū poeſim: iā
 diu obſcenis inuētioib⁹ & vantis poetarū fabulis deformatā
 priſtino illi⁹ decori reſtitueret. Et ſacerrimā theologīā grādī
 loquo dicendī gñe & poeticis diuinitis honeſtaret: & muſarū
 pulchritudini ſimul & euāgelicæ veritati ſatiſfaciēs. Antiq⁹
 em̄ niſi il de deo ſcribebat niſi carmīe. ſic Lin⁹: ſic Orphe⁹:
 & mlti añ Homerū honorificētīſſimī habitī vates myſteria
 tm̄ theologica cecinerūt. Hinc illa chaldæor⁹ theologīa. hīc
 illa phœnicū licet variis reſpſa errorib⁹ carminib⁹ tm̄ ſcriptā
 decētīſſime ob poeticā maieſtatē potuit idiotas hoīes arcere
 myſteriis. Hinc etiā vt ſctā p̄quiras moſes viſtis pelagi flucti-
 bus debitas deo grates verſu cecinit. hīnc myſteria Iob vſu
 cōſtāt. hīnc dauidici pſalmi. hīnc canticorū cātica. hīnc Hiere-
 mias deſtet lyricis. Vtq⁹ ad leuiora deſcēdam⁹: Gregori⁹ na-
 zīāzen⁹. Boeti⁹ ſeuerin⁹. Seduli⁹. Iuuec⁹. Prudēt⁹. & n̄ſa tē-
 peſtate baptiſta Mātuan⁹: quid aliud niſi poeticā theologīā
 meditati ſunt: null⁹ tm̄ ſatis ſœliciter. Nazīāzen⁹ nuptiarū &
 virginittatis bellū cecinit. Boeti⁹ q̄ſi aliud agēs tāq⁹ p̄ requiē
 quādā vſu vti⁹ nō vniformi. Seduli⁹ tm̄ miracula decerpit.
 Iuuec⁹ euāgelīū ip̄m aggreſſus ē: ſed ieiuue nimis: ita vt hu-
 mana⁹ līarū cupidīs aut in nullo: aut in mīnimo ſatiſfaciat.
 Prudēt⁹ nō hīſtorīā ſed q̄dā velut fragmēta canit licet acute
 & pulchre. Mātuan⁹ baptiſta de vitis & morte virginū: de fa-
 ctis xp̄ianor⁹: de ſctō Dionyſio. Sed null⁹ hacten⁹ (abſit ver-
 bo inuidiā) totā veritatis hīſtorīā cōplex⁹ ſatiſfacere potuit
 huic (quā Pic⁹ optabat) poeticæ theologīe: donec n̄ Aluar⁹
 & nobilitate & līſ vir magnific⁹ quodā nodo pulcherrimo:
 & poeſim ſimul iūgēs: & theologīā: vtrūq⁹ p̄ceſſum ſanctīſ-
 ſime trīnitatis. angelor⁹ hominūq⁹ ruīnā: & factam per chri-
 ſtum reparatōnē. ſibyllarū vaticīnīa. prophetarū oracula.
 euāgelīſtarū ſacramēta. chriſti vitā doct̄rīnāq⁹. apoſtolor⁹ do-
 gmata. mūdī cōuerſionē. orthodoxæ fidei excellētīā ita cecē-
 nit: vt ſenſu myſtico ſacrorū eloquiorū ad vnguē ſeruato: ſe-
 caſtū exhibeat vbiq⁹ theologū. & q̄d difficillimū fuit ſimul

Linus.
 Orpheus.
 Homerus.

Iob.
 Hieremias.
 Greg. nazīāzen⁹
 Boeti⁹ ſeuerin⁹
 Sedulius.
 Iuuenius.
 Prudentius.
 Mantuanus.

Dionyſius.

Pic⁹ mirādula
 Aluar⁹ gomez.

Totius operis
 materia.

poetica pulchritudine decor⁹: maieſtate inſignis: inuētione
 dulciſſim⁹: & æqua ſemp reſonātia memorabilis: ad rei pu-
 chriſtianæ vtilitatē hoc ſctm̄ melos cecinit. Gaude lector: &
 da deo gloriā: qui ſit in ſæcula b̄ndict⁹. Neq⁹ te offendat iucū
 diſſime lector licētīa: quā ſibi auctor deſumpſit i carmine: cū
 ppriorū nominū vaſtitatē mollire tētat. Cōceſſit hoc antiq⁹
 tas interp̄tib⁹ grācis ex hebræo: & latinis ex hebræo & græ-
 co. Cōceſſit poetis & hīſtoricis qui nomina duriora in formā
 declinabilem inflexerunt. ſic ex hebraico pezah & iehoſua:
 grāci paſcha & ieſus: latini phaſe & ioſue fecerunt. Patiatur
 quoq⁹ delicatus lector Aluarum noſtrū iuuenilī ardore exul-
 tatem exemplo aliorum poetarum in quibusdā ſyllabis la-
 ſciuire: vnū oro ne impreſſoris negligētīa aſcribat auctori.

Alfonſi Manríqui Delara Zamorani.

Carmina pieridum dulci condita lepore
 Et mulcere animos aurea vena solet.
 Aſt vbi perſpicimus nugas: figmenta: deoſq⁹:
 Totus ab inflato carmine dulcor abit.
 Sic quoq⁹ de ſophiæ rerum ſecreta magiſtris
 Altaq⁹ de ſacris carpere ſenſa iuuat.
 Sed tamen illorum modico facunda colore
 Non multos quamquam pagina docta mouet.
 Aluarus ingenii neruis donatus ab alto:
 Tum graue tum plenum dogmate præbet opus.
 Sicq⁹ iubens muſas vero ſeruire tonanti:
 In vinum eſt fatuas vertere viſus aquas.
 Quæ famulabatur diuinis laudibus olim
 Et fuerat falſos ſtulta ſecuta deos:
 Tempus vt ad chriſti cultum conuerſa poeſis
 Grandiloquo pangat ſacra deumq⁹ pede.
 O fortunatos calamos dignumq⁹ laborem
 Scripta quibus chriſti ſancta Thalia fuit.
 Tuq⁹ toletani velut altera mantua regni
 Si potes huic ſimiles Guadalaiara feras.

Æpus. ſ. eſt.

Eiuſdem Alfonſi.

Aluarus altifono cœleſtia dogmata plectro
 En canit. hoc animo ſuſcipe lector opus.
 Si clara vmbroſæ præponis ſydera terræ
 Hunc legito: & temnes paſcua: rura: duces.

* ii



Quæ in viginti quinque libris Thali-
christicæ continentur.

Argumentum primi libri.

EXit corde patris plena eructatio summi
Numinis: atque dei completa potentia magni
Cernitur. angelicæ conditur & agmina turbæ.
Lucifer in silvas ruit irrediturus auernas.
Cōdunturque homines primi pariterque rebelles
Innocua de sede cadunt. decrevit & alti
Filius humanæ delere piacula noxæ.

Argumentum secundi libri.

Aduenit esaias diuini & nuncia regni
Perboat: optati referens pia classica christi.

Argumentum tertii libri.

Sancta futuricano mira adreçantur ab esdra
Aduentum: & veri præsignat nomina magni.

Argumentum quarti libri.

Sibyllina sonant sacratis consona libris
Carmina dauidicis simul associata canentis.

Argumentum quinti libri.

Virgo oritur domino genitrix electa beato.
Ducitur in templum. cœlorum & voce maritum
Accipit. & votum non virginittatis amœnæ
Hæc violat coniuncta viro. descendit ab alto
Aethere: qui summi præstat sibi nuncia nati.
Assentit. verbumque caro fit sanguine puro.

Argumentum sexti libri.

Virgo senem gravidam solatur candida. sanctum
Ventris onus soluens peperitque hominemque deumque.
Aethereus gabriel pastoribus incluta regis
Nuncia dat. pergunt: puerum matremque salutant:
Ignoto & pavidas admotant carmine silvas.

Argumentum septimi libri.

Aggressis superos recitat pia tibia cantus.
Adueniuntque duces arabum: vassisque relectis
Tres tria dona ferunt myrrham lachrymabile donum
Ut genitrix sentit: lachrymas effundit: & illi
Melchiar ignito præstat solamina versu.

Argumentum octavi libri.

Dat rationis iter fidei tutamina cœlo
Missa charis: christi recitans pia signa beati:
Testibus & priscis concordat tempora chartis.

Argumentum libri noni

Angelus ipse magos mutato calle reducit.
Infremit herodes turbato pectore. christus
Offeritur templo. simeon pia carmina grates
Datque deo. venitque polis orator ab almis:
Hortaturque senem diuina in membra paratos
Exilio fugiat gladios herodis iniqui.

Argumentum decimi libri.

Obstupet exilium decimus. describitur orbis
Ingratus nimium sub quo suus exulat auctor.

Argumentum undecimi libri

Dæmonis effigies simulachraque vana deorum
Vicino cecidere deo. dire vritur atris
Ignibus hyrcani seruus. vocat atque liremon
Authorem sceleris rabidum: quem fraude dolisque
Armat: & innocuos iussit iugulare pueros.

Argumentum duodecimi libri

Bissenus pueros indigna morte peremptos:
Vltorumque manus laxataque frena furoris
Et male pollutam scelerato crimine terram

Argumentum tertii decimi libri

Infantis populi matres quas digna querelis
Ira mouet verbisque piis & pectore sancto
Solantur. flammis puerorum cæcor iniquis
Exagitatus abit cineres. describitur orcus
Tristis: & umbrati septenna volumina regni.
Acredit in patriam genitrix clarissima. natum
Amittitque suum: post fletus denique longos
Inuenit in templo vicitis doctoribus almo.

Argumentum libri quarti decimi

Suntque quaterdecimo solomonis cantica libro
Pastor ouans gratam deuincit amore puellam:
Illa virumque simul: dominumque hominemque tuendo
Caute supercubuit: medisque in voce liquecit.

Argumentum libri quinti decimi

Ecce domo matris dominus claustroque relicto
Exiit. & nitidus iordani flumina membris



Intrat: et eternas sacrauit protinus vndas.
Aduerfusq; sathan domini tentator ab ipso
Vincitur. ætherei christo accessere ministri.
Inde galileos cœlesti dogmate campos
Implet miratam suspendens voce cateruam.

Argumentum libri sextidecimi.

Eripit a pasto carnes animasq; veneno
Christus: et expellit morbos charitesq; refundit.
Verbo infrenat aquas. rabidis ac imperat euris.
Et gelidos cineres in pristina membra reformat.
Et viua electis præstat documenta ministris.

Argumentum libri decimi septimi.

Diuinos latices & numinis inclyta signa
Dat christus. creditq; pio samaria verbo.
Emanuel famulis diuinum laudat amorem.
Et foelix cæcus cernit noua lumina natus.

Argumentum libri octauo decimi.

Aspicitur domini per facta ingentia christi
Virtus clara nimis quæ nullo visa sub æuo
Terrebant homines: terrebant tartara tandem
Ad lucem perducta deo victricibus armis
Insultat fracto mulier temeraria somno.

Argumentum libri noni decimi.

Mundum carnis onus seq; ipsam: telaq; cæci
Dæmonis æthereo vincit pia femina saltu:
Irridetq; dolis: mediumq; ostendit vnguem:
Et sequitur christum. lachrymisq; absterfa decoris
Conresidet turbis post primam prima beatis.

Argumentum libri vigesimi.

Lazarus exurgit tumulo. ruptisq; cavernis
Intremuit lætale chaos. manifestaq; ditis
Signa dat ipse loquens. sanctam rex mitis in urbem
Introit: & lætis plebes venit obuia ramis.
Multa canit christus ventura sequentibus annis
Quæ possint vitare sui sathan atq; superbam
Sequit ob inuidiam. stygio vir motus ab antro
Vendidit & dominum. celebratur pascha. sacrumq;
Corpus adest cenæ: diuisaq; pocula iusti
Sanguinis. atq; pedes christus lauat ipse ministris.

Argumentum libri vigesimi primi.

Traditur ob nostram qui vera est hostia culpani
Testibus et falsis actus cæsusq; flagellis
Sentibus horrificis rorantia sanguine ferta
Perpeffus fixusq; pedes dextrasq; latusq;
Infanti ingrata madefecit sanguine terram
Et tandem ligno moritur victurus in alto.

Argumentum libri vigesimi secundi

Facta dei trepido christanaq; iura sub orco
Explanat raphael. cæsaq; ex morte triumphans
Cum verbo horrificas penetrat mens alma cauernas.
Visitat atq; patres. limboq; iacentia tetro
Pectora tartareis horrore exoluit et vmbriis:

Argumentum libri vigesimi tertii.

Tertia seruatis a christi funere terris
Exoritur iam clara dies. dominusq; resurgit
Integer. & victor violato fulgidus orco
Solatur famulos. firmatq; labantia corda:
Et sibi quid placeat referat: curamq; remittit:
Deniq; viperea iam non violabilis ira
Empyrea æterno subiit capitolia curru.

Argumentum libri vigesimi quarti.

Predicat anti theus mosem: moseaq; laudat
Dogmata. & huic verbis sapiens bonus obuolat altis
Martyr & æterni confirmat dogmata christi
Vir stephanus: tandem pro veritate superbis
Cautibus occisus domino obdormiuit in almo.

Argumentum libri vigesimi quinti.

Saulus ab excelsis referens pia dogmata castris
Hostilem rabiem deponit & inclyta christi
Signa gerens lucemq; canit vitamq; viamq;
Edocet. & magno radiat lux aurea mundo.



Alvarus gomez beatissimo patri Hadriano
ex cardinali Dertofano pontifici maximo.



Um pontificis romani dicta viuae vocis
oracula nominentur: cumq; me beatissim⁹
pater summusq; pontifex meas litteras (si
que hæ sunt) publice comendans in me-
riti honoris fastigio decoraueris: factum est
vt quidquid ingenioli mei perteruis ve-
na parturiat: tuæ sanctitatis nomini tanq;
proprii mancipii foetura debeat. Accipies igitur foelicissimi
me pater hanc nostram thalichristia: cuius intentionis est car-
mine heroico redemptoris nostri triumphum & redemptiois no-
stre mysteria celebrare: hoc est poeticam quadam scribere theolo-
gia. Deceueram tibi Hadriano doctori theologorum nri tempo-
ris maximo simulq; elegantissimo eideq; reuerendissimo car-
dinali offerre corrigendam: nunc vero cum iam non doctor solus:
sed magistrae veritatis sponsus: nec tantum ecclesiae membrum:
sed unicum indubitatumq; caput sis: christi oues intemerate ve-
ritatis disciplina dispensationeq; pastor: non iam tam offero
q; persoluo. cum tui sit iuris: vt quidquid vsquam a quoquam
scribatur: tuæ beatitudinis sit infallibilis sententiae submitten-
dum. Caeterum est in titulo Hadrianus: quia adhuc nescitur
quod nam sit illud foelicissimum nomen: quo post susceptum
summi pontificatus culmen Hadrianum nostrum censeas appel-
lari. Quin & si sanctitati tuæ placere sciam: habebis & episto-
las Pauli versibus elegis. Interim suscipe pater optime (que
humanitas tua est) hilari vultu hoc meum opus: & sanctita-
tis tuæ ferula correptum sicubi claudicauerit: ab oblatratu
iniuria securum serua. Vale foelix sanctissime sumeq; pontifex
in totius christianae resp. vniuersale gaudium utilitateq; com.

Libri primi argumentum.

Exit corde patris plena eructatio summi
Numinis: atq; dei completa potentia magni
Cernitur. angelice conduntur & agmina turbæ.
Lucifer in siluas ruit trediturus auernas.
Condunturq; homines primi. pariterq; rebelles.
Innocua de sede cadunt. decreuit & alti
Filius humanæ delere piacula noxæ.

ALVARI GOMEZ THALICHRISTIA Fo. i.
ad beatissimum patrem Hadrianum ex cardis-
nali Dertofano pontificem maximum.

LIBER PRIMVS.



V mihi digna deo genitrix pulcherrima nato
Virgo decor coeli: generis custodia nostri
Virgo parens: cuius fructu radiante relecti
Terga dedere doli frustrataq; cantibus æra
Tu mihi: nam summi te circum munera doni:
Te vitalis amor circum: pax aurea circum
Te sedet: & nunc complenda ad iussa caterue
Te circum: siue astra velis: seu tartara miris
Immutare nouis: nihil est tam grande: quod ipsa
Non queat: infernas que sola & scemina turmas
Destruit: in coelis arcana latentia magnis
Diuitias vitamq; potes radiosq; superni
Luminis & nostro charites infundere cantu.
Nec mihi phœbeas eterna in carmina chordas
Sit labor aut tripodes mellitaq; phocidis antra
Querere nec lycias hederis serpentibus oras.
Iam deus arcanum patefecit nomen & omni
Trinus in orbe sonat. solitis non fraudibus vllum
Cyrneus amon agit. Syrtis adisse loquentes
Et solem & cæco rutilantia sydera somno
Fructificumq; marem: placatam fletibus isin
Sat sit: & argui iustrasse oracula mopsi.
Sat phitios seruasse dolos infandaq; cæsis
Orgia luminibus scelerate tradere genti.
Sat draco pherphates violato sanguine: satq;
Thesimophoris texisse nefas: absorptaq; bina
Numina: sat genitum diuino semine taurum.
Sat quoscumq; fero subuexerit orpheus antro.
Sat iam dictus hylas puer: & latonia delos:
Saturnusq; latens: stygie pia zona dianæ
Sat que sita: sacris & apollinis in fusa tædis.
Hæc pereant quicumq; colunt. iam vera salutis
Nuntia seraphicas repetunt ad carmina vires.
Iam pater empyreæ terregenas intulit aule:
Cherubica humanas & tollit ad organa linguas
Tu modo paulinos estus sanumq; furorem

Inuocatio ante
propositionem
imitatione Iho-
meri.

Iridet vanita
respectari gen-
tilium.

Arcanuz nomē
scē & indiuidue
trinitatis.

Pherephate. p
serpina.

Thesimophoria
sacrificia greca
nocturna. apud
romanos sacra
bone dec.

Systole.



Belam⁹. oppi-
duz ex patrum
no poete hor-
tis amoeniss-
mum: in quo in-
ceptū fuit istud
op⁹. unde gela-
meleos.

propositio.

Thalichriste

Extribuas vati: miseris succurrere seruis
Vna vales. atq; vna soles: hoc deficit vnum
Vna velis. pia virgo: parens me dirige: viuos
Implue virgo sonos: & te duce carminis huius
In gelameleos imis radicibus hortos
Aonio charas traducam vertice musas
Forte & idumeam non semper mantua palmam
Sola feret. gratas non hausti fluminis vndas.
Des modo virgo parens. sine quo nihil omnia magnum
Da mihi virgo deum. deus est cui pangere versus
Fert animus nostros: qui tetra ex nocte sepultos
Suscitat. & lotas diuino sanguine terras
Dicemus. victumq; nefas mortisq; furorem
Morte teri: & miseros factoris cede beatos.
Si iuuat & primi curremus ab ordine gesti
Ante reformatos inuisa cacumina caelos
Principis insanum tenebrosaq; lumina votum
Bella virumq; canam: letis qui pulsus ab oris
Pacis opes: nitidasq; domos: camposq; serenos
Amittens merito profugus nigrantia venit
Regna. genusq; nouum superiorum tecta creatum
In deserta nigri confectum forde veneni:
Extorrefq; viros: eternaq; funera: cesos
Terricolas omnis communi clade simulq;
Viuos: cum dominus medium per pneumaticis altus
Factus homo ingentes precium per sanguinis hostes
Conterit: & victos furis horrentibus actos
Quos necis aeterno claudebat letifer antro
Solut: & optato perduxit ad astra triumpho
Ensuper omne deus nullo sub principe solus
Est: velut ante fuit rerum pater optimus. vtq;
Semper erit: magnus: sapiens: aeternus: & viuos
In secum traheas: o lux: o sidera. cernens
Noctua clarificum tenebroso lampade phcebum
Sisto loquens: motiq; horrescunt fronte capilli
Se sibi cuncta gerens: secum sibi singula iungens.
Cuncta immotus agens: finitaq; cetera complens
In finitus: habens virtutum culmina: virtus
Ipse idem est: vero virtutum fonte nec vlla
Discrepat ab alia nec iuste dissona dextre

Baratio.

De deo.

De unitate dei
qui vnice est id
quod est.

Liber primus.

Fo. ii.

Est pia dextra quidem: nec res confusa: sed vnus
Iustificans: idemq; pius: nec dicere partes.
Conuenit hoc varias. est vnicus: omnia quamuis
Possideat: se cuncta tenens. hoc semper & vnum
Sunt & vita potens: & summa potentia viuens.
Et pia iustitia: & pietas iustissima: non hoc
Sunt diuersa duo: noxam si criminis atram
Vindicat alta furens: irataq; fulmina torquens
Si tacet & populi vinculis miserescitur: idem
Hic deus vnus adest: simplex: nec constat ab vllis
Partibus in numero infinitis: attamen esse
Finitis proprii prescriptis limite regni:
Illa vel illa deus: totum illi competit omne
Qui deus est: nihilum qui traxit in esse videtq;
Inuisus nulli: mouet & non motus: & omni
Parte sedens totus nullam non complet: in actu
Perpetuo non fessus: habens se cetera nulli
Miscetur: verbo nonq; est reserabilis vilo.
Quid loquor. at sileam pulchro sunt nomina vero.
Infima cuncta bono. cecidit truncatus & impos
Intuitus. verum concreti nominis vnum
Sit licet: & tenebris in fuscet lumina tactis
Candor. vt est oculo nunquam aspiciendus auaro:
Non plus lingua valet: quia non sunt nomina: regi
Summo haud summa damus: bonitas patiare valemus
Nil magis: ista feras: non verbo est altius isto
Posse datum lingue ne tempseris organa nostrae
Qui bonus & primus quo possum nomine verus
Et tenebras fugiens tenebris & lumina condens
Questusq; latens non vllis cognitus. ergo
Vnice summe faue te & robora sancta remitte.
Omnes quippe bonum nec quos in culmina tantum
Dirigit alma fides. ipsa ratione sed vnum
Suspexere deum suprema sede beatum.
Qui perfectus adest: vt qui perfectio. summe
Fontem lucis habens: qui solus continet intra
Sese: cuncta tamen dum sese continet: isq;
Est sine fine potens: sapiens sine fine. manensq;
Ac sine fine bonus. qui cum se conspicit: ipsum
Esse videns: motus propria bonitate phalanges

Notis.

His hanc ra-
tionis.



Thalichristie

Condidit angelicas viue quibus in clyta menſe
Fercula & æternum ſecuri temporis annum
Concedat: fecitq; bonus ſe cetera: namq;
Eſt ex eſſe boni: ſolo quod poſſidet ipſum
Se preſtare bonum. ſi ſic eſt plena beanſq;
Sola ſinu reſidens immenſa cacumina noſcens
O bonitas: populos diuina voce creatos
Si facis: vt factam donares luce cateruam.
Vt bona ſint turbis que tecum ſemper amoenis
Te preſtata: potens hæc. multa hæc. magna nitensq;
Eſt bonitas: non ſumma tamen: perfecta requirit
En bonitas tua cuncta dari: non cuncta dedisti:
Des licet illa bonus que viſo lumine læti
Deduxere chorſi: non dona immenſa paraſti
Culmina ſumma negans: aut munera ſumma daturq;
Es bone cuncta potens: aut non perfecta ſuperni
Eſt bonitas domini: quando & perfectior eſſet
Si ſe cuncta daret. ſapiens attende creator
Non bonus extremo es nulli dans omnia: quamq;
Multiſ poſſe datur dominum ſuſpicere: nullis
Eſſe deum. ſociſ deus eſt ſibi ſolus ademptis.
Quamuis quiſq; placens ſaturato peſtore diues
Te ſemper videat: menſamq; huic lucis amoenam
Preſtiteriſq; agros æternæ meſſis optimos:
Quod tibi ſolus habes: quod tecum permanet entis
Vnius haud grate partitum in dona caterue
Sic ſibi ſumma tenet: ſic totum eſt eſſe: quod omnes
Exclamare queunt: niſilum donante per altas
Diuitias proprie ſeruantem numina menti
Quas habuere pares oculis diſtantibus ignes.
Munera magna tuis ſuxerunt lumina donis:
Sic licet & pietas hæc iam vel maxima puras
Eſſe acies dona exteriora tenentes.
Non ſuprema tamen: carituraq; limite: quando
Eſt aliquid. verum quod ius eſt dicere totum.
Nulli auferre datum. perfecti numinis vno
Si quid in ente manet: quod ſoli ſolus in ipſo
Te velis eſſe deus: ſi quid tibi ſummus habendum
Te pater in tus habes: quod ſolo in peſtore ſerues
Non tribuens nobis: decet hoc vt conditor adſis.

Uia ad inueſti-
ganduz trinita-
tis myſterium.

Concluſio theo-
logica.

Lumina ægell.

Liber primus.

Fo. iiii.

Is quem perfectum venerantur ſydera ſummum
Te preſtare bonum. capere at ſi munera tanta
Gens finita nequit: ſi culmen ferre vetabit
Des licet hoc: tanto non digna potentia dono
Noſtra fatiſ: nunquid nunquid pater optime nunquid
Lux tua ſit bonitaſq; imparticipata: tuaſq;
Fruſtra habeas vires: vacuus: ſteriliſq; ſuprema
Progenie a multis vinceriſ prole creatiſ:
Summus ſumma dabit. ſummo de numine ſumnam
Da ſobolem cui cuncta bonus: que viribus altiſ
Par tibi ſit: ſummi poſtremaq; munera doni
Summa ſimul teneat: que ſe niſil amplius optet.
Non aliter bonus eſt perfecte primus. vt ergo
Sic bonitas domini ceu ſumma potentia magni
Per vada longa natans ſupero illuſtrata nitore
Concinat alma fides verum ſe ante omnia natum
Progenuiſſe deum. qui conſors compar & vnus
Cum genitore deus ſapiens: æternus. & ipſe
Huic ſua cuncta pater conceſſit numina: que non
Cetera ferre valent: qui ſumnam peſtore prolem
Concipit ipſe ſibi notus: ſummumq; fateri
Cogimur eſſe bonum. nam cum ratione creati
Qua ſumus ipſa animo nequeat ſubſtantia noſtro
Inſinita capi: natum generauit: & illi
Dat bona cuncta bonus ſummum dans eſſe: nec vnus
Frangitur ipſe potens: ſecum ſibi permanet. ipſum
Aſpicit & genitor totum ſe: & noſcitur ipſi
Ipſe idem: noſcensq; parit: ſic natus ab ipſo
Gignitur ipſe bono: perſoniſ eſſe duabus
Vno ſtante ſimul. diſtinctas conuenit ipſas
Dicere perſonas: nam prima hæc concipit: illa
Eſt concepta: tamen non ſectum eſt eſſe: ſed vnus
Eſt deus: ipſe potens noto qui ſemper in ipſo
Participat ſe ſemper habens. ſic gignitur ipſo
Ab deo ipſe deo. pater & ſic natus & vnus
Sunt res vna deus. ſe toto lumine totum
Conſpicit ipſe parens: totum dum conſpicit: ipſum
Cognofcit totum: ſic mentis notio tota
Totius. hoc gignit totum: quod peſtore noſcit.
Cum videt atq; deus ſe immenſum numen: hic ipſe

Non digna .i. no
ſufficiens.

Deſi filio.

Proceſſus di-
uinus ad intra.

Participatio =
nis nomine in-
telligit comuni-
cationem: vt idẽ
ſit dicere partici-
pat quod eſt co-
municat.



Thalichristie

Concipit immensum toto de numine natum.
Qui cum summus adest: se summum intelligit: ex quo
Producit natum non se generante minorem.
Et cunctis si summus erat si maximus ille
Qui genuit: pariter sic summus maximus ipse
Est genitus semper. nec perfectissimus esset
Ipse deus: si non communem conferat vlli
Virtutem domini. nec tantum fortis adesset
Quantum cuncta canunt: si non deus ipse valeret
Participare deum: si non & gignere natum
Equalemq; sibi. satis hoc tonat arrius. ipsum
Totus hic ipse pater: se totum intelligit: atq;
De toto totum generatur numine verbum.
Sed rogat vnde parens non maior tempore verbo
Quod parit ipse suo. diras tu abrumpe tenebras
Lumine qui sentas humani pectoris. vmbra
Difficis & nebulam terrenę noctis opacam.
Si deus ante deus generet quam summus: & ante
Quam pater ipse deus: post & generavit vt ipse
Gignit: summa dei mutatur gloria cur vos
Dicitis immensam que posset crescere: plena
Non erat illa satis si nunc plus plena: quid: ecce
Nunc nunc mens alium retinet fecunda decorem.
Plus perfecta quidem: quam tunc cum sola: carensq;
Fructu erat: ipse deus non tunc erat omnia: si tunc
Hoc sibi deficeret quod natum notus haberet.
Quiq; potens nulla poterat ratione moueri
Mobilis ecce datur: deus & variabilis: ecce
Non pater ante: pater concepta prole: nouumq;
Nunc habet ipse: nouus quod sit sibi filius. & si
Optimus aut minimam sobolem differret in horam:
Qua sine prole potens: quam non bona maxima cernens
Nosceret: & noto genuisset lumine lumen:
Cum sine prole deus non se perfectus & omnem
Conspicit: & vltimum fecundo pectore verbum
Eruclatq; bonum: non summe est maximus: atq;
Iam non quippe bonus: quocumq; hoc tempore totum
Participare negat: non summaq; munera donat.
Si deus est semper perfectus: semper & ipse
Debit esse bonus. bonus hic si semper: & ipse

Argumentum
arrii & maximi
ni.

Contra arrius
& maximum.

Nota.

Liber primus.

Fo. iiii.

Debit esse pater. pater hic si semper: & illi
Natus adest semper: cum semper cognitus ipsi
Supremum nato fecundat numen in ipso.
Vtq; pater natus deus est: nam numinis omnem
Virtutem summi fecundus concipit alto
Corde: potens bonus: & de toto gignitur ipso
Sic deus ipse deo. qui sit licet ipse parenti
Aequalis: summeq; potens perfectus: ab illo
Non soboles: velut ipse datur plene altera. namq;
Hoc oriens eternus habet: ne possit haberi
Alter in officio geniti. quando integra et omnis
Immensa immenso tota est nascentia nato.
Iam bonitas fateor tribuisti summa: sed vnus
Restat amor. verum bonitas perfecta requirit
Semper amare bonum: bonus est quem concipis: illum
O bone semper ama: bene notaq; pectora lustra
Lætus amore parens: tu te ipse fatebere noscens
Concepto eternum deberi patris amorem.
Sic deus altus amat de se quod noscit: idestq;
Hoc verbum noto genitor quod concipit ipso.
Diligit vtq; bonum: de se quod gignit: & ipse
Natus amat patrem: bonus quia natus: eum sic
Diligit vtq; bonum: dilectis ecce duobus
Sic venit almus amor: sic ignis vltimus vtroq;
Procedit: dominusq; simul: nam quidquid in vno
Esse manet deus est: manet hoc nam quidquid in vno
Immensum: eternum: non vnquam mobile vltimum
Nec simplex mixtam tenuit substantia formam:
Vno amor ipse manetq; amor ergo eternus in vno
Esse manens: amor hic qui vere eternus: & ipse
Est deus: & vero dominus subsistit in vno:
Nam deus vnus adest: & habere hoc quidquid in vno
Esse: est esse deum: qui semper permanet vno
Esse amor iste boni perfecta cacumina summi
Vendicat: illa pater quæ & natus vendicat: illa
Cuncta amor ipse tenet: geminum nec tentet amorem
Inspiciens nati & genitoris credere: quando
Et patris & nati non bina essentia: numen
Quod pater ipse tenet: tenet hoc & natus: idemq;
Semper. amorq; simul tenet omnia sanctus. & hi tres
Vnum: personis non sunt tria numina ternis.

Ab illo. s. filio.

Ascensio. i. na
tiuitas.

De ipsi sancto.

Amat enim deus
quod de ipso in
telligit hoc est
verbum quod co-
cipit intelligen
do. m.

Spiritus. s. deus

Spiritus. s. equa
lis patri & filio.

a iiii



Thalichristie

Prima deusq; deo pater est persona: deusq;
Prima est ipse deo post primam natus: amorq;
Et deus ipse deo persona est tertia: nec sunt
Tres dit: cum solum bonus alto pectore summum
Cernit: noscit: amat: tamen vna essentia purus
Non partita deus. personę viribus equę
Tres: non vna quidem personis quęlibet ipsis
Re distincta deus. nec quę prior ipsa secunda est:
Tertia nec prima est aliis progressa: sed harum
Quęq; sibi sola est: totumq; est esse. nec vnam
Dicere: nonq; duas licuit ratione: deus nam
Si solum est generans nec amator frangitur ipsa
Iam bonitas æterna deus. proh sydera quantum
Turbida nestorū delyrat nuga venenī
Ergo vbi se totum diuino pectore summum
Fœcundat dominus: de se quid maximus extra
Se prestare parans: diuino pectore formans
Ominia per natum: diuini pectoris ipsum
Ex nihilo turbas tranquilla pace fouendas
Luminis & plenos candenti rore ministros
Condidit: & puras incendit pectore flammās:
Vt bona visa colant: & amata cacumina cernant:
Cernentes laudent: purumq; ex laudibus ignem
Suscipiant plenis saturati sensibus: & non
Vna in luce pares: nec quis non plenus: aletq;
Si semper primi venerantur numina noti
Se facies semper visi dominantis: vt omnes
Semper in æternas emittant numina laudes
Suspendi radiis conspectę lucis: & ipsum
Factorem: saturis fusa pinguedine fibris
Visceribus panis & aperto pectore semper
Suspiciant: laudent: memorent: venerentur: adorent:
Quisq; suum meditatus iter: donoq; leuati
In faciem deus alme tuam. nec cernere summum
Sit sibi posse bonum: si non hos gratia sursum
Efferat: atq; oculis suprema cacumina tractis
Aspicienda ferat: diuinaq; lumina pandat.
Sic vbi cum crassus radiis venientibus humor
Alta petit: per se ante solo quis posset abire
Robora nulla tenet: sed phœbum læta per ipsum
Surgit in astra volans: nequit ille ascendere: sed si

Re. i. realiter.

Sapienter finit
materiam trini
tatis i exclama
tione. quasi ad
huc nihil dixerit

Describit pro
cessus ad extra.

Creatio ange
lorum.

Quis p quib?

Liber primus

Fo. v.

Ducitur a tepidis depascit sydera flammis.
Sic deus angelicum cernenda in numina vultum
Ducit & erectos attollit gratia visus:
Quos bona si domini pietas fecunda benigni:
Non trahat: ex proprio nil possunt robore: tanquam
Sunt si muta silex aut stet marpessa cautes
Vt nisi per radium terrenus succus apertum
Non valet astra sequi: populi sic turba beati
Tollere non vultus nativo iure beandos
Gratia in radiis subuenerit aurea fusis
Cumq; beanda cohors animis gaudentibus esset
Pura creata nitens nimum pulcherrima summo
Ac preciosa deo: donis maioribus alte
Lucifer erectus sociisq; potentior vnus
Et sibi & sociis inimico pectore multis
Ingerit amentes æterna in damna furores
Nam simulac docto cognouit corde futurum
Vt sibi naturam bonitas æterna creatam
Assumat: fontale decus celsumq; nitorem
Participans sanctę quam non scit nomine menti
Se putat hic tanto condignum munere: seq;
Esse habilem summis (o cæca superbia) dontis
Vritur hoc cupiens: supremaq; culmina poscens
Odit adorandum male sano pectore vultum.
Et cadit in rabiem. Quoniam furiosus amica
Mente superbus ouans cęca dulcedine magnum
In semet sumpti reflexus imagine doni
Contemnensq; caput vires artemq; paternam
Labitur. & solo ceu sit sibi factus ab ipso
Aestuat igne carens: ducis & vexilla relinquens
Sceptra superna petit. diuinaq; culmina poscit
Nequitquam impatiens: ac si nunc posteret humor
Aethera sole carens. aliosq; hoc crimine cęcos
Adstruit ista loquens: tam summa cacumina fratres
Hęc natura tenet: fors hęc est nostra: quod ipsum
Sumere nempe bonum: renuat licet ipse. supernum
Posse datum nobis: pleni erubescite diui
Si nostra hirsute frangentur luce tenebrę
Expectare aliam: manibus si pocula nostris
Sunt concessa capiductore in pocula duci.
Non ego sic vadam: natuq; iura reposcam:

Idest sursum
vexerit.

Causa angeli p
ditionis

Filius dei est
ars patris.

Ipsa idest deus



Et proprio in summum conscendam robore cœlum.
En pudeat nostros quod non nisi gratia sensus
Eleuet ipsa rotans. proh bestia faucia primo
Cæca malo. quæ te dementia proripit: altum
Do nouisse bonum: do finem cernere: plenos
Ducere posse sinus nullo extollente: quid ergo
Per te ductus habes quod non simul ipse teneres
Sub duce: quid propriis iuuat in cacumina neruis
In requiem nullo concessam tendere bello:
Sed cupis vt nullo ducaris principe. vires
Experire tuas ceptis immanibus. ergo
Iam cuneos ensesq; para. nam signifer aulae
Flammate pia castra mouet. damnunq; superbum
Nunquam stelligeros rediturum rursus in axes
Concipit obstrictæ vinculis vincire cathene
Certior igne nitens: & amato numine fortis
Interdum pura constructus desuper hasta
Est michael: seuq; diuino pectore turbæ
Obuius arma parat. victuraq; brachia versat.
Ipsi sursum ibant: oculosq; in summa ferebant:
Claraq; per tenebras acies truncatur obortas.
Protinus ecce cadunt: tribuendaq; lumina perdunt.
Namq; micans michael viua sub imagine fixam
Inductus galeam diuini roboris ipsos
Non secus ac pugnam fecissent tela cruentam
Expulsi & claro cæcorum pectora sensu
Ingenti toto deturbat murmure cœlo.
Sydera cuncta sonant vacuus simul intonat ether:
Agmina cæca ruunt: vel iam sua robora noscunt
Vel nouisse valent confisi viribus. ecce
Diues auarus obit: damno cruciandus iniquo
Traditur ille ruens & lætis pellitur oris
Quas male nouit habens: externaq; iura reposcens
Est etiam proprii multatus munere sceptri:
Iactus in horrendas æternis noctibus umbras
In loca cæca sinus victare mortis amarus
Pace dieq; caret: fumoq; obtrusus auerno
Terrificum rixa blasphemans numina torua
Mcestus in opsq; sitit: nec pocula sanguinis odit.
At pietas postquam stupefactos crimine cœlos
Defectumq; malum: deserta amentibus astra
Conspicit, & parto claros superesse triumpho

Michael.
Homerus dia-
bolum appellat
dammum.

Electio demo-
num a celo.

per allegoriã.

Sub imagine
idei sub verbo
patris q est ei?
imago.

Nota quod dia-
bolus est tortor
sui & aliorum.

Cõfirmatio an-
gelorum.
Amentibus. in
sanis angelis.

Liber primus.

Fo. vi.

Patricolas. placidam confirmat luce cateruam
Gratula: & nodo secum connectit amico
Illustres animas. plene sibi conscia magnum
Solllicitatq; deum: vacuas habitura cathedras
Agmina condat amans diuinaq; pectora pulsans
Apparat entheos ferre in sua castra manipulos.
Tunc bonus ideam se vitæ semine viuam
Fœcundat: pulchrasq; ex mentis imagine formas
Materiæ informi nihilo quam fecit ab vno
Indidit. ac postquam cœlestia regna potentes
Virtutesq; sui lucemq; ac sydera cœli
Composuit feruensq; salum camposq; virentes
Quattuor & rerum matres: & singula certo
Limite: & eterno legum sustentia vallo
Acceptit terram digito virtutis opimam
Vallibus ebronice: sua tanta potentia: siluæ:
Primum homineinq; creat limo: sistitq; creatum
Delitiis paradise tuis: costamq; recentem
Huic tulit immisso flectenti lumina somno
Extracto & sociam perfecit ab osse puellam.
Hæc fuit eua parens hominum pulcherrima misis
Aucta bonis. ipsa qua facta est nubilis hora.
Iamq; ambo innumeris felici tempore donis
Læta per innocuos flectebant lumina campos
Illustres pleni: radiisq; nitentibus acti:
Illis pulchra quies: & felix gloria sanctæ
Iustitiæ regalis honos: sceptrumq; quiete
Pacis erat: ratioq; potens non fusca regebat
Criminis ornatos ignoto fomite sensus.
Et procul vsq; labor. nulliq; admixta dolori
Gaudia cœlesti captabant dote sed illis
Deficit hoc solum: quod iussis conditor almus
Vnius intactos vetuit decerpere fructus
Arboris & pleno dimisit cetera voto.
Interea nigras intrauit fama cauernas
Orbe ferens animis gaudentia corpora lætis
Nata solo innumeros pariant quæ in munera natos
Vltima quæ populo fuerant ablata superbo.
Lucifer inde furens amissi luminis expers
Terribili tristem conclamans voce cohortem

Creatio primi
hominis

Iustitia origi-
nalis.

More poetico.

Deo demonis
ad comites sup
perdedit homi-
nibus.



Thalichristie

Consiliūq; pares rabie stimulante furores
Hęc ait: & crudis tremefecit tartara verbis.
O comites regniq; mei comitesq; laboris
Plangite: læsa feris lacerate & pectora palmis
Plangite: nonne acui sceleratam cernitis iram
Dirius in gladiis quam cum ferus ille superbis
Armifer ex nostro desecerat agmina regno
Sancta nocens: plenum regali germine mundum
Cernite magna simul generis fundamina longi
Corpora vę nostras quę sint habitura cathedras.
Hei mihi nam memini michael cum feruidus hostis
Misset in eternos precordia nostra tumultus
Hęc dixisse. animo nunquam rediture superbo
Is passire necem: tamen hunc & mente dolorem
Semper habe: ventura dies cum carne creatis
Hoc populis regnum tradetur munere: iamq;
(O fallax) venit atra dies & tempora: nostras
In quibus ipsa domos sedesq; intrare licebit
His populis: plorate pares: animisq; perustis
Cernite quę regnis ex instant funera nostris:
Qui dolor electis: quod nostris dedecus armis
Si nunc etheas homini detur ire per arces
Quas nunquam vestro meruistis perdere voto.
Insuper hęc damnū meror venitalter in istud
O dolor: o dolor: o seuo retinenda magistro
Gloria magna palam: cum sit sua curia tantis
Plena viris: opibusq; potens: prestare sed omnes
Consilium: rigidis ne sero occurrite morbis.
Hęc ille horrendos mittensq; per aera morsus
Et dentes acuens spumantiaq; ora retorquens
Dixerat. atq; aliis simili concussa dolore
Corda tument: rabidus cępitq; hęc murmura cętus.
Magne pater: noctis cętus pia vota beandos
Nos istis trusere locis. tua signa secuti
Occidimus. tua nos mens hęc mala tanta coegit
Ferre. etenim socii quamuis sine crimine cuncti
Pro te vincula necis patimur: candentia regna
Perdidimus lætasq; dapes: an forte peremptam
Quę superest vitam prolapsa corde parabis
Rumpere: securi promittens gaudia regni

Quamuis ha-
berent animas
nominabat tan-
tum corpora p-
pter iniuriam.

Invidia di abo-
li: mors irauit
in orbem terrarū.

Oratio cet' de-
moniaci ad pi-
cipem tenebrarū.

Liber primus.

Fo. vii.

Ante velutq; vtinam. Sed non vt viua feramus
Funera: & eternę iaceat mens nostra ruine
Hoc dabit ille premens. quid nostra ex mente reposcis
Consilium: num ipse vales vt facta superni
Vlla dei refeces: habitandas tradere terras
Si velit: inq; novos traducere sydera natos:
Quid facies: pauet ille dolens post verba cateruę
Dirę: & veprosas voluebat pectore curas.
Paulisperq; tacet: donec iam lassā superbi
Ora videt populi: flammantia guttura tandem
Erigit: ardentemq; in fundens sulphure frontem
Quod simul ore furens obsceno & naribus afflat
Terrificam collo prouoluens concitus isto
Cæsariem: rabidis quę horrebat torta colubris
Sanguineis antrum pedibus manibusq; cruentat
Pectus: amara animo faturq; hęc toruus iniquo.
O furor o cęci fratres non facta magistri
Artibus ingenuis vnquam rüstura putatis
Esse feri: nullis accessit gloria formis
Vera. ruina animos inopinō turbine lætos
Deturbare potest: an nos non ante supernos
Pertractare choros sedesq; implere coruscas
Plenaq; nostra cibo vidistis pectora crasso:
Nox hęc clara domus. pomposa sedilia cęcus
Tartarus. ecce dapes. en regna nitentia. possit
Credere quis tetro victuras carcere formas
Angelicas: mundi q; decus lumenq; polorum
Caruimus tanta multati luce: creati
Pulvere nunc donis viuunt sine crimine tantis:
Quos cęcidisse minus: poterit quos tradere morti
Quodlibet arreptum lætali ex arbore pomum:
Surgite. verba demus generi quod nulla superbo
Solicitat rabies. perituris trudite neruis
Mortiferamq; famen: nam cum scelerata cupido
Impulerit fraudos rumpenda in iussa: preemptos
Credite: tunc viuo morientur funere: rector
Iusticie solitas si non male soluit habenas.
Dixerat hęc. totoq; incurfat turbidus antro.
Verberaq; innexis in se dans seua chelydris
Ima latrans toruam voluebat ad æthera rixam:

Per allegoriā.

Oratio luciferi
ad demones.

Pulchre argu-
it a proprio casu.

Legendū est est
indignatiōe ve-
hementi.



Thalichriste

Crudeliq; feros instabat voce ministros:
In quibus: est belial: taboſis tincta venenis
Colla caputq; gerens: & obesos nexibus vngues
In numeris: tumidasq; genas & guttura passa
Cornificosq; oculos flagrantis sanguine lumbos
Mœſtaq; tartareo fumantia pectora somno.
Hic postquam torui tenuit propoſta tyranni:
Laudauit ſanctum dederat quod noctifer ipsis
Conſilium. dixitq; mei requieſcite cuncti.
Solutus ego in veſtras referam ſolatia curas:
Captaboq; viros: & noſtra ad regna peremptum
Terrigenam populum domino indignante reducam.
Solutus eam: vetitum faciamq; excerpere malum
His patribus: iuſtusq; deus ſi nomina digne
Iuſta tenet: iuſtis compenſans crimina dextris
Perſpicuens animos inopes iuſſisq; rebelles:
Non ſinet innocuum ſcleratos tangere cœlum.
Deſerat ſic ille loqui. nec multa moratus
Tempora peſtiferi præcluſus fauce draconis
Aduenit exoſis tenſurus retia campis.
Eua time ferus hoſtis a deſt. heus veſtra videntes
Claudite regna patres: inſtructis claſſibus hoſtes
Aduenſunt: dira arma ſonant: iam claſſica cœdem
Concinuere grauem: dictataq; funera: demon
Quo mihi ſene ruſ: para-diſo pergere ſancto
Quis tibi viſte dedit: non hæc tua regna tuus ve
Carcer: amara tamen veniunt iam ſœcula iamq;
Hora exoſa venit ſclerato conſcia mundo.
Peſtifer ecce draco matrem properabat adire
Fraudibus inſan- dis: ſolam quam forte tenentem
Corda procul domino dederat qui iuſſa ſuperno.
Inſpiciens: tales dat ſœuo ex gutture voces.
Virgo nitens multis tua viuunt gloria cauſis
Inſuperanda: tuum volat ipſa ad ſydera nomen:
Laus tibi magna datur nullo moritura ſub quo:
Cum neq; quod poſſes votis optare negauit
Ipſe deus binis largitus munera dextris.
Eſt tamen hic magni pre- cioſo a ſemine cœli
Arbor & vmbroſos conuectat ad æthera ramos
Que te cauſa vetat: fruſtu veſcaris ab iſto

Oratio belial.

Tentat cuâ dia-
bolus.

Liber primus.

Fo. viii.

Dic mihi nam ſapidis non parua eſt gratia pomis:
Illa refert domini prohiberunt iuſſa ſuperni.
Mors etenim pomis forſan latet alta ſub iſtis.
Serpens tunc. donis excepta hac arbore veſtris
Motus ob inuidiam quamuis tot gaudia ſeuam
Non ero. magna dedit vobis: ſed plura magiſter
Abſtulit: eſt pomis ſapientia clauiſa ſub iſtis.
Hæc iubet an dominus quia forte inuidit auarus:
Cui parat hæc: vobis ſi non parat iſta beatis?
Cui dabit: an nulli: cur que iubet ipſe negari
Hæc creat: & tribuit: ſed tu male prouida lignum
Reſpice ſuaue quidem ſed tu male prouida: cui nam
Cui pendere ſua patiaris in arbore poma?
Quid facis hic: placidum ſapientia ex arbore fructum
Iam cape: tuncq; malum dabitur vos noſſe: ſimulq;
Noſſe bonum: & cunctis tranquilla potentia votis
Pectora veſtra deos aderunt ſimilitudina magnos.
Proh rabies. mundi- que dolor. proh ſemina diri
Vulneris o primi furioſa licentia damni
Credidit hæc laqueo: mentisq; immenſa cupido
Inſtat more nouo: morſusq; optare timendos
Incipit: & vetitos nimia dulcedine ramos
Ore petit ſeuum retinens in peſtore votum.
Conuocat atq; virum: ſeuicq; ad ſerula pomi
Incitat: incautumq; inſecit labe maritum:
Iamq; pater ſeuum dum vult male tangere lignum
Dira triumphato generabat funera ſenſu.
Iam cecidit mundus. morimur. iam ſcilicet intra
Viſcera tam longe gliſcunt ergaſtula pœne
Ve mihi quanta. furor: furor. o furor improbe ve: ve
Flumina quis ponti: gemmati culmina teſti
Vaſtat flamma rigens nimium properata peremptis.
Hoſtibus vnde locus: quo lucem ſyderis: cheu
Cuncta parens tibi cuncta nihil: quid baltheus auri
Tutator ferrum galeę radiantis acutum
Enſis & haſta valent: hoſtem ſubitus intermem eſt
Armiger: aſtra dolis comites armate cadentes:
Sunt quibus arma detis rapidis obuera ſagittis:
Apta manus gladis: ni iam cecidere receptis
Hoſtibus ad bellum ſuperi descendite noſtrum

Reſponſio eue
ad diabolum.

Rurſus ad eua
diabolus.

Peccatus eue.

Deploratio ſu-
per ade peccati

Per allegoriam.

Vocat angelos
in auxilium ho-
minum.



Thalichristie

Mœnia mota labant: ne muris fidite magnis
Magna ruunt: & non vinci potuere: sed vrgens
Arcibus in summis foribusq; aduersa relectis
Signa: duces mortis vitam rapuere subactis
Luminibus: tristem vigiles arcete soporem.
Surgite noctuagi tribulos confunditis apris
Eruitis socios impletis pascua magno
Hęc tria grata deo. superi descendite. cur non
Nunc liceat monstri laqueum lacerare peremptis?
Quis tunc posse datum gemmis orientis onustum?
Verba dolor scindit: claudam expirare querelam
Hic facit. in latebris lachrymas: attendite nostris
Scitis enim. penetrare. necans dolor hei mihi veh mi
Cęce parens quoties moribundo pectore diras
Vultor & in lachrymas animatę gloria terre
Hei mihi quanta foret: in te male sana tulisset
Ambitio. nullis mentem exonerare querelis
Fas mihi. cęce pater diuis sta perfide iussis:
Pulsus homo (miserere tui miserere tuorum)
Viuus: amœnus: ouans: optatis plenus: abundans
Et satur: & sapiens: & criminis impos: & herens
In gremio tribuentis opes: in culmine lucens
Pacifico cunctis celo inuidiosus & astris
Et sine fine foret. nunc sensum cęcus inertem
Te pereunte feret scabie tabosus & ira:
Pernicem lanatus amans: notasq; tenebras
Noctis sponte sequens flamma corrosus iniqua
Instabilis: fame motus: hians: aciesq; reuerfas
Tabidus eger habens: nodosis funera querens
Implicitus laqueis: gladiis moriturus in ipsis
Quos acuet subiturus auens sine fine labores
Ac sine fine metus: sine fine horrentia passus
Vulnera: vicini pecoris contagia morbi
Vefanamq; lupi vocem subiturus: & antri
Mores nonq; dati prestabit classica cœli
Cernere: quin macula renebrose plebis iniqua
Concidat effusi violatus labe veneni
Quis furor: illicitum que tanta superbia pomum
Carpere: quis diras immisit pectore flammam?
Sistite. cęca patres rabies que frangere iussa

Excellentia ho-
minis an lapsu.

Miseria homi-
nis post lapsu.

Liber primus.

Fo. ix.

Hortatur domini cœlestia regna superni
Qui parat hęc vnum quem laudant sydera solum
Auctorem dulces qui leto in tempore patres
Vos creat & vitę largitus dona beatę
Terrarum cœliq; parens. proh crimina sæuum
Siste gradum rabies patresq; o sistite totum
Cęde genus vestro maculatis crimine: totum
Peccati incautum merfatis sanguine mundum
Sistite. non fraudis conuictos perditis hostes
Sed natos ipsosq; patres mentisq; decorem.
Siste pater compesce nefas: tua viscera pergis
Pergis acerbe paras stygias inferre sub umbras?
Suspice quam recto voluantur candida cursu
Sydera: quam magnus libretur pondere mundus
Prospectat uatura deum sub legibus omnis
Conditio. vos cęca fames e culmine diuo
Precipitet: multis silua est vberima pomis.
Quid iuuat? ex totis permissa licentia lignis.
Cur placeant que sola necant? pater inscie quidquid
Quid facis? ah demens stygios forpsure furores
Quid tibi poma sacrum fas contra iura deumq;
Rapta dabunt? quidnam promisit lætifer vnum
Nosse malum. sola hęc reddentur premia? verum
Iam tibi nosse bonum que tanta est gloria dirum
Nosse malum? ferre atq; graues sub pectore lites?
Dum loquor & vanam depingit charta querelam
Ambo patres nobis parituri funera natos
Hoi miseros vetitum rapuere: o crimina: pomum.
Vix bene desierant miserandis guttura succis
Commaduisse: feri referunt cum præmia facti
Aspiciunt nudos artus confusaq; secum
Iustitie de flore cadens primo icta pudore
Fons pauet: atq; tremens nebulis inuoluitur atris.
Proh dolor. o lachrymas cessatis lumina iustas
Fundere. iam totus iacet alto carcere mundus.
Etnondum natę senserunt funera turbæ.
O dolor. hei nostram serpunt incendia gazam.
Expertesq; cibi soluemus crimina nati.
O dolor. ecce deus scelerato crimine iustus
Concitus ipse graues dextra minitante furores

Item primor
parentum.
Ambo rapue-
re: s; no simul. s;
pu? Eua r post
ea Adā concita
tus ab Eua.

Damnatio pri-
mori parentis.

b



Illoquit deus
Zadā & maledi-
cit peccōi.

Thalichristiæ

Aduenit: hosq; boni tranquilla pace superni
Mulstauitq; sacrum morituros linquere templum
Iussit: & infandis subdit transgressa periclis
Corpora: venturos materno corpore natos
Ius cōmune necans & noxia semina damnans.
Hæc ait. & quoniam cum sim tuus author & vnus
Sim deus: esse deos quorum sub imagine multos
Credidisti illicitum referens per irania votum
Ausus es edicti transire per orbita sancti:
Lex mea iure pari cunctis aduersa malignis
Grata bonis osæ cruciandum destinat iræ
Te miserum: sæuam veniesq; extorris in vmbra
Iustus obducto mille ad phantasmata vero
Serpentisq; dei quorum sapientia lapsis
Est optata viris dextram præstare iacenti
Non poterunt: sunt namq; nihil. qui existit & ipse
Vnicus author opem nollet dare. sic tibi cæco
Vulnera sæua feris immixtaq; frigora flammis
Ira/dolor/ gladii/ sitis/ & metus/ vltio morbi
Et labor & fraudes & pronæ in crimina leges
Instabitq; fames periuram scindere terram
Quæ spinas tribulos pariet magnosq; dolore
Dans segetem sudore graui morboq; perenni
Exagitet raptō tua labra nocentia pono.
Donec adumbrata versus præcordia terræ
Pulvereos artus deponas morte. sciesq;
Cum tua lætales adrodant viscera vermes
Pulvere cū iaceas quod sim deus. omnia solus
Qui facit expectans quo non fallatur. & ipsam
Si libeat calcare necem qui possit & hostem.
Sic fatus lætis homines detrusit ab hortis
Atq; illis gladio cherubim præfecit acuto
Arceat impuras vitali vt palmite dextras.
Iamq; relegati plorant sua crimina nostri
Expositi plagis: & membris tegmina nudis
Mella merūq; parant hamatisq; artibus instant.
Cur tot acerba deus: cur tanta in vulnera motus
Qui pius est: summe quia summa iniuria dextræ
Facta per horrificum finesti criminis actum.
Se scelus finitum est sed magno dedecus vni

Dat occulte spē
redēptionis.

Cherubin loca
tur in custodiaz
paradis.
Exulant primi
hoies a paradiso.

Assignat causā
cur peccō mortā-
li finitū ipis de-
beat pena infini-
ta.

Liber primus.

Fo. x

Fit peccante viro contempto numine. quamuis
Peccas finitus: quia summus crimine læsus
Peccatorq; bono te auertis adusq; relicto:
Non tua finitam pepererunt impia mortem
Crimina nascentes læsura perenniter omnes.
Parua queror. magnos nihil est efferre labores
Corporis. horrifico nunquam interitura sub antro
Mens perit (o patriæ funesta superbia noxæ)
Corpora cumq; animis generata crimine gentis
Proh dolor in rabidas veniunt crucianda cauernas.
Est locus vmbrosi penetrati in nocte barathri
Horridus: irati pulsos qui culmine cœli
Summipetas nigrae sinu stygiisq; cruoris
Aequore & anguiferi suscepit vallibus orci
Vltiores rabidasq; manus furiasq; tremendas
Ille fouetq; necis patrem gnatusq; superbæ
Noctis: echineo turbataq; flumina tabo
Ante fores habitant mortalia crimina septem:
Vmbra tremor: gemitusq; furens rabiesq; dolorq;
Et tabosa lues atq; horror languor & vrgens
Virus: & imundis horrentia fomina castris
Horribilesq; doli depastaq; fraudibus ipsis
Rixa cruentatam ppriis actura megeram
Ignib; hic viuo (mens contremit ista) flagello
Verbera dant animis tortores dura superbis
Terrificisq; minis rugiunt sæuoq; furore
Dira scripta ferunt moresq; & crimina poscunt
Horrendiq; nigras in vulnera iusta cateruas
Exagitant. tristes durant in funera manes.
Et miseris viua mors est sine morte catena.
Insuper hæc domini terrefacta absentia sancti
Verberib; flammis ferroq; cruentior ipso
Ingeminat pluresq; vulnere cuncta labores.
Hic locus est omnes quo noxia semina gentes
Deueniunt primo conceptæ crimine: nullus
Tam formosus erat null; tam fortis vt orbi
Possit communis dirūpere vincula mortis
Nec tantum iust; lachrymanda o secula iusti
Sed non sic rabidæ subierunt pondera pœnæ
Namq; hos limbus habet. qui quamuis mcest; iniquis

Descriptio liti-
ferni

Iusti ad limbū
descendebant:
nō ad infernū.



Thalichristiae

Ex tenebris nullas admittat luminis escas:
Non tantum excruciat plebi nam longa ferenti
Exilia impressas releuet quæ pectore curas
Spes æterna datur veniendi ad sidera: regiq;
Almo astare choris per sæcula cuncta beatis.
Iam cum ergo patres sorpserunt funera pomo
Parta suo impletis dominus quos prestitit amnis
Conduntur limbo: licet illi crimina: iusti
Post crimen culpæ namq; hos dolor intimus atrae
Expiat: æterniq; extractos faucibus orci
Prestat olympiaci tergendos fontibus agni.
Longa patres mœsto tandem iam tempora limbo
Dormierant: gemitu cum iam miserabilis imo
Lapsus yterq; dolens nimium sanctiq; pudorem
Corde gerens tales effundit in æthera voces.
Magne parens dignis ne iam mea corda flagellis
Corripias. vultum quo cernis cuncta decorum
Fer precor in natos sub eodem iudice pressos.
Peccavi fateor scelerataq; facta recordor:
Grande nefas nostrum: sed non mea crimina tantum
Pondus habere valent: quod non tua maxima dulcem
Det pietas veniam culpis non victa. precor te
Huc ades: & dulcis despectens lumina cordis
Proflctos mœstos & iniquo turbine factos
Cerne. quid ista parens: cur tanta vltoribus ipsis
Gaudia iuste dabis: si me quod perdere possis
Stant decreta boni supremo crimine læsi:
Est simul & pietas quæ flammis arceat atras
In se cuncta vocans. nec iustus crimine sæuo
Desinit esse pius: qui nostros cernere casus
Desseat exofas in olympica regna cateruas
Et cupiat tunc ferre: furens cum iure parant
Effera quæ miseris iaculetur fulmina terris.
Stet pietas: iustæ secedant fulmina dextre:
Si velis æternæ pertefos subdere flammæ
Quis valeat restare dec: nisi vincula neccens
Et religare iubes. furto si lumina sæuo
Perdidimus: magnæ miserantia numina dextre
Deficient: verum est meritis damnatur ab ipsis:
Sed pietate nocens minor est offensio: nosq;

Oratio primo-
rii gentis ad de-
um ex limbo

Nota.

Liber primus.

Fo. xl.

Heu miseros verum est potuisti cedere iustus:
At sanare bonus. meus es pie conditor. hecur
Quæ facis illas necas: sobolemq; acerrima damnas
Iusticia: est verum est: manibus furiosus in istis
Immaculo implendas generosis fontibus urnas.
Rex bonitas sed vitia manes. si læsus ademi
Gratia vitales quos fudit prima liquores:
Labe pium perimo: viuum est tibi parcere. magno
Quid iuuat ex diris ereptos munere poenis
Esse tuo: glaciemq; feram ferrumq; superbi
Murmur is iratam flamma cruciante gehennam
Euasisse reos rabiem faucesq; luporum
Infer namq; luem si nunquam pace quieta
Traditur ire domos sacrumq; ascendere coelum:
Quid spes ista datur: si tristia vincula ferentis
Tempore non miseræ cura est moritura cateruæ?
Hei: mihi cuncta videns dictis ne aduerte superbis
Si patior iustum est. gladio resecemur acuto
Plus mereor. caput hoc trifidis inuoluere flammis
Seu pater æterna rapidi taetemur in umbra
Nos subeas: ratione potes. stant crimina sæuos
Damnatura patres. miseros tamen ipse iacentes
Erige summe valens nostros si obmota furores
Est tibi iusta manus homines quæ in vincula rebelles
Mittat habens miserum cum librat facta popelli
Tunc tunc & grandem cum dicit funus amorem:
Est etiam pietas animum motura rigentem
In melius. miseros furis horrentibus actos:
Cerne pater lacerosq; hostili vulnere seruos.
Iusticiae pietas æquanda est. almus & illi
Vinctus amor nigris immittat lumina terris.
Iusticia damnor: pietas me saluet: & hos qui
Ob tam seua meum patiantur vulnera casum.
Cur pater ingratos accusas maxime seruos
Iudiciumq; vocas: noscunt sua crimina stentes
Et miseri. nostram non est mihi condere culpam.
En fateor: damni non est opus indice nostri:
Quid loquar: occidimus. quis linguam soluere coram
Iudice te fractis irato legibus vsquam
Audeat: est animis non tanta superbia victis.

Nota.

Medicat boni-
tas nõ possum:
vocat eã regẽ.

Patiunt vul-
nera. congratu-
tis naturalib9

b iii



Thalichristæ

Hei mihi nate dei nostro miserere labori: Surge pius sanctæ diuinæq; brachia dextræ Porrige. quingētis duplicato tempore lustris Amplius & multis sub regno funeris annis Te sperat gens ista bonū de vertice lapsum Sydereo quem mittat amans te pignore voces Ad recolit mens ista tuas: hoc mo sius: Ifac: Hoc Abramus habet: genitor Salomonis id ipfis dat numeris. nostræ tandem miserere ruinae Dulcis amor. num te delectant funera: num te Mors iuuat: hic dulces ascendat clamor ad aures Rex bone vere tuas viuūq; inuerte furorem. At si nostra necem meruerunt crimina fortem Nec te viuū amor nec adhuc tua regia tangit Te pietas: primi patiamur verbera lapsi. Respice sed flentes quos hæc mea culpa nepotes Fecit ab æthereis turpata cadauera formis Cur lucis sancti faceant fumantibus vincti: Quiq; sacerdotes qui puro pectore vates Demulserunt tuis hominū præcordia verbis Quæq; duos lapides plæbs est venerata nec vnquam Dissonat ad quercus doni non immemor alti Quo sibi quæ scisso cesserunt flumina ponto Inuoluunt pharias in se reditura catenas Inspice corda potens intactus & omnia tangens En tua nō isti fregerunt iussū. iacentq; Compeditibus vinctiq; dolent. hos improbus oēs Vnus ego æternam (sed tu miserere) iram Exacui pacēq; scidi cūctosq; peremi. Sed miserere. tuos immani & pondere natos Solue potens. patriā bonus ad pietate coruscam Duc precor: electis vt cū tua facta ministris Corde canam laudes referens tibi cernuus omnes Quas memorare dabis: nec enim tot gaudia vocū Quanta cherubin habent dulci tibi forte propinqua Trade mihi: haud tātas exposco in carmina linguas Indignus luteo veniens de puluere. tuq; Turba decens viuo referans quæ viscera cantu Laudibus intenta & summi omniparētis amicum Ter resonas sanctum: nostro addas nomine rector

Fontē. i. eternā.

Quercus gētes.

Compeditibus qz nō hnt libertatem esidi ad patrias verā. Dolēt. s. de sideria tue visio nis.

Liber primus.

Vnice trine potens generis miserere perempti. Dixerat ista gemens. puris cōceptibus omnes Coelicolæ orabant maculam tergere cruentam Summigenum cunctis diffundere gaudia coelis Insimul ista volant: & læta in claustra quieti Deuenere poli bonitas & protinus illis Pandit in accessas (prima hæc sunt munera) valuas. Quæ postquā veniunt iusto examinata timore Coniacuere procul. dominus vocat illa misertus Seminis atq; patrum propriusq; accedere iussit. Et simul ac tristes admisit pectore voces Condoluit: miserosq; patres gnatosq; iacentes Tunc erat in claros iussurus surgere coelos Promissasq; domos: diro sed concita casit Iusticia immensi memorabat semina damni Accusatq; patres: effractaq; iussa reposcit: Sollicitatq; ignem ne det sua dona beantem. At pietas duram suadebat soluere legem: Sistit & ante oculos homines ex fraude peremptos Spemq; datam recitat: petit & pia munera. tandem Sanctus amor loquitur memini te conditor alme Anteaq; populum damnare crimine mecum Mente parasse viam turbas quæ a morte peremptas Suscitet: ecce altum repetunt iam sæcula donum. Da pater alme tuo soluenda hæc vincula nato: Da faucem lacerare necis: rabidūq; draconem Frangere: da paruum mortali ex carne figuram Sumere qua iustus non iusta morte peremptus Per sua comunem mastrabit funera cadem Vt quoniā summo facta est iniuria vero: Rex summus summi placabit sanguine veri Dedecus atq; omnes quæ sæua ob crimina gentes Morte iacent: mortis exoluet nexibus idem Iustus homo immanē patiens sine crimine mortē. Et meritū plebi donabit funeris omni Soluat vt hoc altis prædigno pondere culpas. Sic placat eris. nec crimen mota per atrum Iusticia egressis damnato semine turbis Dicet inesse necis gladios: ac sancta valebit Sic pietas vinctos æterna in munera nostros

Tergere a tergo. ges. non a tergo. gis.

Per allegoriā.

Pietas intercedit p hoibus

Cōsiliū spū scī de saluādis ho-minibus.

Nota.



Thalichristiæ

Ferre cruenta lauans: murum de sanguine formans
Quo tegat ipsa suos. iterum sua crimina saluus
Si quis odorata deflexus pondere terræ
Ad redit vt dominum geminata morte necandū
Non sit opus miseris iterum descendere terras:
Saluetur semper semel emorientis ab ipso
Sanguine. si iussis patrarit dissona nostris
Et dolor & cæsi preciosa potentia christi
Corporis hunc diri tenebrosi faucibus orci
Eripiant. nunc alme pater quod lumina poscunt
Omnia: quod stentes exoso crimine patres.
Sic volo. da miseris. summo tunc motus amore
Libri tenens vitamq; parat verbumq; supernum
Pro populis patriæ precum se destinat ire
Ostenditq; modū tenuit quem mente paratum
Quo genus humanū nitidis circūuolet alis
Vista ex morte micans viuumq; ascendat in orbem.
Hic modus est: hæc forma placet natoq; patriq;
Spirituq; simul: casto qui in ventre laborat
Magnum opus: vt christum carnis non semine natum
Aspiciat totus de carne ac sanguine mundus.

Finitur primus liber Thalichristiæ.

Thalichristiæ secūdi libri argumentū.

Aduenit Esaias diuini & nuncia regni
Perboat optati referens pia classica christi.

Thalichristiæ liber secūdus.

Anteq; de9 ve-
niret in carne
misit nuncios de
suo aduentu.

ANte etiam regē mittunt signa beantē
Plurimaq; æthereas circūuolitātia flāmas
Carmina: voxq; virēs: terrenaq; comin? astra
Iam dñm cecinere virū: cecinere tremendū
Iā prope tartareo venturū desuper orco
Excidū: bellūq; rubēs ac arma tremendū
Excussura iugum: clypeum fractura superbi
Dæmonis: illa virum funestos viua per agros
Qui trahat: atq; ambas perfusus sanguine dextras
Victor echinei disturbet iura tyranni
Virus & anguicomam telo spoliante megeram
Spargat agenorei per opaca silentia tauri

Liber secundus.

Fo. xlii.

Luminaq; vrgentem patre & titubante sonorem
Criminis: an videat qui sæcula tanta nefandā
Per maculam sistro regnabat turbidus atro
Se quoq; posse rapi. pro lux o sydera siste
Siste canens. moesto quid tam noua nuncia mundo
Tam properata sonent. non vox hæc sancta cyrenem
Testatur: verbum nonq; hoc a fonte relatum
Hamonis: vanq; deductū aut vertice cyrrhæ
Quod misera cæcam seducat imagine turbam.
Dant tripodes clari non hoc: non phæbados ora
Spumea: non chalcas: non dīro concita thyrsō
Rupta comas vates tūcū magis ebrīa dicens
Sanctior. hoc dominus: pietas hoc: voxq; superni
Spiritus hoc: tenebris nunquam fraudata nec vnquam
Fraudatura: potens: vera indelebilis: omnem
Viua diem. sancti quos non maculata ministri
Vita negat læsos æpulis accumbere sacris
Hoc resonant: non his rixantia turpiter ora
Occupat antiquus pansura arcana lieus
Quæ claufere dei: non luxu expletus amati
Corporis extremas venit hic cantator ad vmbas:
Quem faciat pauidas timor intentare latebras
Consults allesto fufurum dicta palato
Consona: sed sitiens: sed nudus: pauper & exul
Concinit Esaias: sociq; simillima claro
Turba choro. fragiles non si per pila per enses
Veri hominū tempfere minas: tempfere cruentas
Atq; manus: tempfere neces: ac corde sereno
Effera nō trepido damnantes crimina vultu
Derisere neci ceu qui post verbera diri
Carceris: & vacuas limoso pondere venas
Pacis regna: boneq; expectent cernere vitæ
Auctorem: plenis mellitaq; pocula vasis.
Lucis opes: dominū vinclis retinentibus actum.
Non his fumus aues: fulcantia sydera: merens
Cynthia: phæbus habens flammā melioris: & ignes
Sulphurei: obiuictis vel victima concolor extis:
Non pyra: non sortes: tremulis non populus vndis
Syrmativæ canes: seu quidquid prona vetustas
Protulit in leges: grata illis gratia voces

Esaias & socii
s; pphete.

Tangit aliquis
perstitioes pdi-
cendi futura
apud gētilis.



Thalichristiæ

Sed dedit has: veri sed mens præstata magistri
Aspicienda: videns ceu sint præsentia nobis
Quæ ventura parat: dabat hæc præsentia seruis
Iam tunc esse suis ventura potentibus annis.
O fortunati nimum: quibus ista canendi
Tempore venturum permissa licentia donū:
Quo requies: quo terra nitens: quo dantur aperti
Regna poli: ex siccis quo semina percita faxis:
Accessumq; subar: medicataq; vulnera tetro
Scabra situ: supera quo densq; pulsus ab aura
Noctifer infernum præcepit se iecit in antrum.
Ne properate tamen: mœstum expulsura dolorem
Gaudia sint nostris paulatim absorpta medullis.
Illymphate sonus: hæc tam noua nuncia grandes
Sunt actura dies: magni procedere menses
Incipient: magnæq; simul procedere voces:
Paulatim vero: noceant ne pondere magno
Gaudia: iam cæsi senserunt saxa sepulchri
Iam lætale sonans genitrix vlulauit: abustū
Iam fleuere caput: iam tristitia firmata regnant.
Sed iam nostris pietas miserata perempti
Aduenit: exclamant multi: quibus inclyta fandi
Fas non visa palam: magni quos inter amosi
Filius hæc princeps diuersum vocis in actum
Corda trahens: & nunc maternæ semina noxæ
Diffusumq; nefas nocturnaq; fœdera flamas
Et cineres: casusq; virum: stragemq; suorum
Secum mœstus agit: quo lumina cuncta resoluūt
In lachrymas. nunc nunc summam aduentare medellam
Vulneris immundam tersuraq; flumina plagam
Vicinosq; deos: famulataq; sidera: magnum
Terricolam: qui cuncta nouet: qui desuper illam
Fundat aquam: pecus omne sitim qua torqueat & qua
In rabiem canis ater eat: fœcundaq; tellus
Parturiat dignos phœbi ventientis honores
Cogitat. hinc grato feruore reuerentia vultu:
Fortescitq; nimis: quem regno missus ab atro
Cerberus: & stygiæ genus exitiale tabernæ
Non turbare queant: vt mortem rûpere diram
Qui sciat: & gladio gratetur sectus in ipso.

Silius Amos est
Esaias.

Liber secundus.

Fo. xliii.

Tandem vates hæc campis hæc dicta prophanis
Haud placitura refert. gentes accedite: vosq;
Huc propius populi vos flamma & sanguine cincti
Hunc audite sonum: vocem hanc attendite: verbum
Terra habeat partes gradientur sancta per omnes
Orbis: & herculei peragrent confinia ponti:
Gangiuoras niliq; domos: solemq; tepentem:
Brumalesq; plagas arctoq; frigora. nulli
Hæc nescire licet. succedite cominus. inquit
Ista deus. domini dextra indignata superni
Est super omnis hiæns: accensa phalarica gestans
Ferratamq; manum: telumq; haud debile toruos
Obtutus furor est super omnia castra superbæ
Militiæ in torto quassurus demona rastris.
Interfecit eos gladiis refecantibus: illos
Et dedit horrenti mille illis vulnera nocti
Mille neces viuumq; pati per sæcula: necti
In gemitus campos & proficientur: eorum
Horrificæ facies & fœda cadauera tetrum
Pollutura nigros spurcis fœtoribus agros:
Tabescent montesq; illorum sanguine: & omnis
Militiæ & cœli turbæq; exercitus atræ
Aericolæ veri luce vt veniente fugari
Lumina cernentur: quæ regnis maxima viuus
Alternas tenuere vices: nunc pallida viso
Quassa deo: ceu cum maculis infecta sub atris
Lumine fraternis mulstatur dælia flammis.
Turbatq; poli tunc complicabuntur: & aer
Inuoluere focis: & libri cladis aperti
Iudicio defluent: folium velut arboris vt sciam
Legulus extremam discerpit sordidus vnam
Sydera & æthereos nihilum obseruare meatus
Præstabit libyca vitrum metientis arena.
Noster erit gladius quia sanguine tinctus: & asper
Ebrius & vacuo repletur murmure cœlo
Cæde rubens acuat scelus hunc quem compserit atrox
Flamma molochei ceu thetidis vnda tyranni.
Ipse super terram dextra hunc crispante niuosam
Acer idumææ rupturus tela sagittæ
Atq; super populos æterna clade premendos

Que sequuntur
vsq; ad finem istius
seculi libri sunt
8 prophetia Esa.



Thalichristiæ

Descendet magna frustati sanguinis ira
Quam diffiammet adeps: agnorū sanguis: abhorrens
Fronsq; medullatos & olentes turpiter hircos.
Victima nam domini tormenta; ferrea mundi
Urbe aderunt: faciē que in dire armata potentem
In superos miseris posuit munimina fastis.
Concita sanguineo putrescent corpora campo
Cladibus: horrentes spirīs nexantibus hostes
Edom ad caueas: comitesq; neronis auernas
In latebrasq; cadent: perituris cornibus idem
Exitus est tauris: confusa potentibus hydris
Finis eritq; locos tabosi sanguinis imos
Crapula dira premet: taurino & verbere quassam
Fumantem crassi tellurem aruina veneni.
Nam ventura dies rapidos visura furores
Horrorūq; metus flāmataq; murmura: magnus
Vltor vbi armatis in torto harpagine dextris
Fronte minax poenā despecti funeris altam
Vindictatq; arctis astringat laxa catenis.
In pice nigrantis vertentur labe cruoris
fluminaq; & tetrē decurrent sanguinis vnde
Sulphur humus: piceis cōbusta per æquora flāmis
Nocte dieq; foci nulla sub nube terendi
Regnabuntq; ferū semp memorantia fumum
Signa aderunt cuncto per signum luminis quo.
Non erit inde vians: nec prato falcifer vllō.
Desertūq; solum versabit hericius: atq;
Ibis: ab aurato fugitiuaq; noctua phœbo:
Quod prius antiqui tenuit fundamina templi:
Regalemq; domū: laqueos mensura cruentos
Stat super: infandis æquataq; vulnera telis
In nihilum tractura duces qui plebis ad aures
Acclamare lyram toties risere supernam.
Surde dolebis ager. peregrinū missus in orbem
Nobilis: ingentem sero post funera patrem
Quæsieris: iam disce preni: qui rege iuuari
Abnueris: ne quere vehi: desiste precari
Principibus nāq; ista manent: passura furore
Regna simul: diros populabitur ipsa tiphœos
Flāma rigens: totos veniet mors vna per agros

Liber secundus.

Fo. xv.

Concussura domos: templo densescet in ipso
In simul & tetra palfurus demonis aula
Inq; ruinosis orietur spina cathedris
Quas quondam facies frustabat pulchra: potensq;
Murus ab inferna tacturus sydera cauda.
Terra thoruscq; draconis erit: dignumq; cubile
Dipsadis: & moestis retinebit pascua campis
Structio: qui vanis simulanter ad æthera pennis
Pergit: & ad summum mentitur ferre volatū.
Tunc onocentauris veniet vis demonis. atri
Siluestresq; viri pilosaq; simia scent
Alter in alterius torquebunt murmura planctus.
Illic tartareo requiescens lamia somno
Accipit in flatis resupinum stertere dorsis.
Illic & foueam spinosus hericius atram
Sphæratumq; caput catulos nutrit: & illis
Dirum acherontea fecundat virus in umbra.
Illic & milui fraterna cæde gregati
Et sibi & iunctis fecerunt pabula monstris.
Eheu securam populū dormittis ad auram.
Non iniussa cano. venient. cur merfa profundo
Mens habet: heus nostris venient sua tempora dictis
En deus ista tamen deserta atq; inuia semper
Haud ingrata bono veniet noua nupta marito:
Gaudebitq; videns: habitusq; exuta priores
Cædis odorato deponet vulnera ligno
Splendescet siluæ: visq; in lucis amore
Plenus ager cunctis emittet roscida campis
Poma cleanteo cererem victura sub antro.
Spe genitrix pariet natum admirata fidelem
Fontis opes: vlmis concludet flumina paruis
Non disiuncta foco: conceptu pectoris almo
Lætabunda placens epulas habitura perennes
Laudatura virum quo sit sibi vna peremptum.
Iamq; decor libani carmeli ac gloria siccis
Danda locis: steriles ignoto flumine valles
Ac faroniceo fulgescent sydera castro.
Iamq; arcana boni rudibus tractare verendi:
Fit versare polos: & regnum lucis amœnum
Cernereq; & campos antiquo puluere testos.



Thalichristæ

Confirmate manus: aderunt sibi magna. quid imas
Vultis aues? furua quid gressus claudicat ara?
Forte genu. vifi concurrite dentibus apri.
Vosq; quibus portæ prospecti syderis altæ
Lac fauis & panes & nostræ cura medellæ
Dicite lectiferi nox abominanda veneni
Iræq; insidiæq; & nomina dira timorum
Hinc fugite: hinc nostros teneat pax vltima natos.
Ecce deus noster nobis venit. vltio magni
Sanguinis atq; oculo seruabit plenus in albo
Nos nazarethæ securos tegmine pallæ.
Tunc vada cœlicolæ lustrabunt cœrula flammæ
Auribus in surdis cœlestia carmina: cæcis
Missa dies: salient omnes quorum atra tenebant
Vincla pedes: placidæ resolutaq; claustra loquelæ
Laude stonei percurrent gesta triumphi
Annalesq; boni: quia scissæ in cautibus vnde
Fœderis atq; fluens deserta per inuia torrens
Quæ sitis & mota torquebat syrtis arena
Fontibus optatis toto nec in orbe repertis
Quem male iam ex primis vrebat syrius amnis.
Qua prius horrentes carpebant dira dracones
Somnia mortales & fex obscena volucres
Iam viror/ah/silviam viror ingens occupat albam
Lilia florentumq; & semina cuncta rosarum:
Et calami vero noti: quibus extet in omnes
Charta dies chartæ calamos fractura superbæ
Tunc ibi deserto lucebit semita vasto:
Lucis iter: via sancta nimis: sub noctibus atris
Ostensura polos: qua non sinat ire profanos
Mundus erit vobis hæc hæc via certa salutis:
Quæ recta in summi mortales culmina cœli
In patriam patremq; ferat: sedesq; perosa
Quo doceat vitanda gradu: quo clausertit hostis
Angue necem: quo sint tetri contagia morbi
Et dolor & pestis monumentaq; cuncta furoris.
Hæc etiam stultos ærato dæmone fraudos
Secto errore trahet possessaq; pabula perdet
Taurus qui gladii qui funeris auctor acerbis
Non erit hæcq; leo: non hæc mala bestia: non hæc

Liber secundus.

Fo. xvi.

Sit licitum fixa colubris incedere petra.
Indeq; quos precio redimet mercator ab ipso
Aduenient: laqueiq; locis tenebrisq; relictis
Conuersi æterna caput illustrâte corolla
Laudibus excelsos resonabunt dulciter hymnos
Gaudentes læti nullaq; cupidine moti
Semper erunt: priscis fletu gemituq; fugatis
Fratris in ardentem satiabunt lumine frontem.
Hoc solare dolens: miser o solare: recessit
Ira furens: blandis iam te hierosolyma verbis
Suscitet ex busto seruator fluminis atro.
O proceres tristem cœtu resonante sororem
In tenebris iactam sub amaro turbine pressam
Captiuam laceram perituraq; castra secutam
Huc reuocate. sinus en dicite matris apertos
Blanditamq; manum liquefactaq; viscera coctum
Iamq; cibum patris: iam iam sibi summa salutis
Reddita: iamq; quies iam regnum lucis apertum
Vernantesq; loci dimissa piacula quæ iam
Iam tergentur aquis aut flamma aut sanguine fuis.
Nuncq; duo binas sicut pro crimine poenas
Suscipit: estq; datum collataq; gratia regnum.
Vox sonat: & solas aurore classica silvas
Attonitant: clamorq; virum clangorq; tubarum
Insequitur: domino callem fulcite superno
Floribus. & dignas venturo lumine valvas
Pandite caute vias (non hoc vacat indice) rectas.
Credite: paciparæ summittite colla catenæ.
Omnis enim bina veniet super ardua penna
Vallis: & elati præuincet culmina colli:
Caucasus ida cadent: rectumq; habitura decorem
praua: ferox vires amittet cædifer omnes:
Aspera mitescent: hirsutaq; tesqua fatiscent:
Fusus vbiq; deus: per apertos inclyta campos
Gloria cerberei fumum sparsura barathri
Surget: & pulchros emittet silua racemos.
Et pariter cunctis populis notescet ab vno
Hæc præuisa deo clama inquit: vocibus altos
Tange polos: quæro quid sit mihi clamor ab illo.
Heus tibi q̄ vana est terrena potentia: quantum



Thalichristiæ

Vestra dies tenebris: salus est & vestra sepulchris
Quam vicina: caro quantum sibi fecis: iniusto
Flos iacet vt campo siccoq; simillima sceno
Cæsa oriens moritura vigens quam vana iuuentus
Decipitur: tanto curarum fluctuat æstu
Mentis inops plebes: cui non sibi cognita finem
Floribus instar habens: per primum cæsa calorem:
Fors citius. tritum miseri succernite foenum.
Cuncta cadent: solum manet ast in sæcula verbum:
Quod dominus: missi quod nos venientia serui
Cernimus atq; datis properamus pandere iussis.
Tu super excelsum qui celi nuncia saxum
Tanta ascende sion: sonitu fortesce: tuamq;
Sume chelyn: castrum non est metuenda marini
Torua phalanx: animam non est sibi rûpere vestram.
Vrbibus in cunctis selecte plebis amandos
Sparge sonos: veniet veniet sub fortibus armis
Cuius vt infamem spernebat acrisus ensen:
Dum facies serui: famosaq; moenia lagi
Diruet: & longis deuoluet cuncta lacertis
Arbitrio: grandis sumpta & mercede laboris
Libri tenens lapsi pensabit facta duelli.
Ipseq; qui magni venturus numine regni
Pastor eritq; gregem fluuiali gramine dulcem
Pascet: & extensa satiabit fortis in vlna
Disperfas pecudes: per ruraq; cæca vagantes
Coget oues gracilem iordanis amare liquorem
Supportans foetas humeris cadentibus: atq;
Semper ferre novos gaudebit in æthera partus.
Quis neget: aut verbi promissa ad munera tanti
Quis dubitet: quis nam est dabit hic qui talia cunctas
Mensus aquas solo concludens sydera palmo:
Quis tribus in digitis terrene molis opacos
Supportare locos: montes in pondere: quisnam
Aut trutina valeat colles librare: quis vnquam
Adiuuat hoc verbum cæmini: quis protulit illi
Consilium cunctæ missuro semina massæ:
Quisve illi ideam venture prolis vt altam
Mente habeat magnum fixe aut rationis habendum
Dixit iter: quales teneant fundamina leges

Liber secundus.

Fo. xvii.

Orbis: & æthereis que tanta potentia castris
Quis sit inesse modus quæ mens: quo vertere cursus
Quemq; decet. cum quo facturus singula fando
Explicuit sensum quod plus doceatur: & vnum
Quis instruxit eum: quisnam: sibi solus habebat
Non socium æternis frenaret vt equora vinculis:
Cum te aurora facit: te sol: te cynthia cumq;
Votum cordis erat: ditandam condere turbam.
Ecce quidem gentes huic si referantur inanes
Quamuis & elate nec noto posse superbæ
Sunt ceu stilla feri quam fecit situla mauri.
Vt statheræ partem facili flexanda per omnem
Lingula que ad primam siccentur protinus auram
Sunt atomi terre violentis fluctibus aste.
Quæ datur huic soli quod digna sit hostia regi
Sufficit haud mundus: non plena est victima taurus
Non libanus flamme: non sunt animalia terre
Cuncta satis: verum quid si referatur ad illum
Quid: nihil orbis erit similem quem feceris ipsi
Terra iouem: terris non est sibi concolor vllis:
Nonq; pollo. solus. non est imitabilis eius
Et manus & facies & non imitabile fulmen.
Nunquid enim vestro claudetis numina vallo:
Sub qua tam magnus captetur imagine vultus:
Nunquid apelleo quæ sit sibi consona ligno:
Nunquid ob impressum signabis dedalus aurum
Hic labyrinteum quamuis tibi fecerit orcum
Vis veneris pennas quamuis sibi sinxerit illas:
Forte leget lignum: succa imputribilis illi
Inquirenda manet: viuum facturus orestem
Heu faber ex factis expectat regna figuris:
Hunc habet & patrem quem iam sibi fecerit: hostem
Ah potius. pudeat te mens incredula visis
Prona dolis. omnes circumuolitaui ad aures
Ille ninus tristi posuit qui moenia fraudi:
Qui sibi de sectis effecit numina sinitis:
Quæ colat: ah demens viuos aditure furores.
Que facis illa times: tuq; o gens perdita nescis.
Hæc scelerum effigies fabrilis cuspede nascens
Quid queat: in scelix quæ te dementia nunquid



Thalichriste

Non audita atris babylos maculata venenis
Quos habet authores funesti criminis: chert
Principio magnæ non sunt tibi cognita dextræ
Nuntia: seu legem videas formas ve creati
Tam varias: nunquid solidi fundamina muri
Non capis: vt gyro circumdet singula longo
Stans super ipse solum sceptro virtutis in alto
Cuncta mouens: quem non succussi pilla metalli
Effecere deum: tamen hic facit omnia lucis
Sede sedens vestris habitator in vrbibus omnis
Est nihil: & maior saturni prole iouisq;
Progenie. dominus qui nos qui sydera summus
Ipse deus: tenues celos qui extendit & illos
Pandit amore potens: diuis subsellia nobis
Tegmen: odorantes qui in iussa arcana furentes
Dat quasi non fuerint: foueam mihi dicite qua se
Merferit ille poli scrutator pallidus alti.
Namq; velut primo velletur plantula choro
Hæc radice carens inopino turbine gentes
Arescent: cunctis nonq; has berecynthia natis
Conteget ex flatu: nec quæ regina iouisq;
Et soror & coniunx vna cum gente tot annos
Bella gerit. cui vos cui me assimilastis: hic ipse
Sanctus ait: superos ascendite lumina campos.
Quis fuerim magni nascentis ab ordine mundi
Discite: quot solum faciam per sydera verbum
Quæ loca: quos populos vnita pace quietos:
Qui numero stellas: qui celos nomine quicq;
Cuncta habeo mecum: rerumq; hominumq; deorum
Principium sine fine trahens ventura per omnes
Facta dies. quis sim mentes quoq; discite: sum sum
Sum pius: & nudum demulcens tegmine saxum:
Teq; vocans soli sociandum cominus vni.
At ferus vltor ero: magna indulgentia quando
Exiget iratam postremaq; fulmina dextram.
Ergo iacens puluis vicineq; vermibus atris
Cur loqueris domino non est via nostra superno
Nota: laboranti qui det bona munera cordi:
Qui mercedis opes: illatis tela ruinis
Qui paret: infractam qui sit memor vsq; querelam.

Liber secundus.

Fo. xviii.

Nonne hoc cernis iners: nonne has tibi pagina voces
Prisca dedit: deus est qui solo solus ab vno
Cuncta creat: nihilum qui traxit inesse regitq;
Omnia: qui membris expendit robora dassis
Quæ eneadum solo confundant pila galero.
Deficient pueri sub iniquis casibus acti
Temporis igne ruent: miseram fractura iuuentam
Febris erit: solo qui reposuisti in vno
Spem domino: claras renouato corpore pennas
Assumetis: onus nec pondere sentiet altis
Mens oculista focis. audi nunc: insula dirò
Pressa mari: charam recitat sambuca loquelam.
Ecce sonus vite populis: attendite: campis
Surgat ab extremis concessæ signa salutis
Quisq; videre cupit. matris ex ventre vocauit
Me pater ante ipsum memorauit principis ortum
Nomen erineo rupturum cornua claustro
Mortis: & ex gladiis malchonî in castra cruentis
Armat hic ora sui ventura potentia nati
Per latebras charon atre tuas: fouitq; manuq;
Protegit: electam posuitq; inuersa sagittam
Agmina vt intacteq; abscondit luce pharetre.
Dixit & ista mihi. limi ratione recepti
Serue meus nostris venturæ ad funera iussis
Sed moriens victure canes tua gloria nostra est
Gloria: tu binos vna sub voce lacertos
Extendens: viuosq; extolles nostra per agros
Nomina. lethalem verum est arcere soporem
Inuigilo dixi: sed non bene grata decori
Verba viri in sparsos abierunt irrita ventos.
Pauca laboranti subsunt mihi dona: direpti
Fructus quos colui: nihil est quod prelia gessi
Non profecturis hominem consumpsimus actis.
Dicit & hæc dominus: vtero formauit ab ipso
Qui sibi me seruum: selecte gentes ad ipsum
Vt referam natos: & non sociaris ab ipso
Gens que sita deo: tunc & regiesco beati
Luminibus domini: deus est mihi dextera summi
Summa boni: dixitq; mihi solamina nostri
Sanguinis. hoc nihil est: quod sis mihi seruus iacob

Regiesco fortis
sio.



Thalichristie

Morte tribus tollas vt tetra & fece sepultas
Frater ab exuste subducas puluerre terre
Lux mihi gentis eas extremos victor ad aphros
Icitus pax vita virum requiesq; meorum:
Haec deus. ista potens taboso gurgite gentes
Qui leuat ad vultum despectu cedis abactum
Exosq; animos cecis pia castra secutos
Martyris. ista suo cui cuncta potentia nato
Ergo age iam tectis radiant magna siluis.
Pande decus belli: rorantes sanguine christas
Nudatamq; manum raptumq; ex hoste trophæum
Vole: duces videant: reges vereantur: adorent
Te propterq; patrem: quia vocem sancta fidelem
Verba dei: veris producet consona iussis
Secula diffusi qui te in medicamina morbi
Eligit: & placidam iuravit vallibus vmbra.
Ista pater nato. te grato in carmine cernens
Audio: perfectum quo sum tibi tempore donum
Auxilio moriens: cum dextram summe vocares
Principis: insana te immunem iacte procella
Seruo viden: patrii cum circum pergama muri
Feruicus arsure iecisti tela coronæ.
Teq; dedi in foedus seruandæ plebis: vt ipsam
Terram tartarei suppressam turbine summi
Post modo tam longæ passuram insomnia curæ
Huc reuocans populo fieres rex vnus in vno.
Dispersosq; viros & noctis fune ligatos
Dic exire: suæ dirumpant vincula catenæ:
In tenebris iacto populo: dic lumine cordis
Cernite: coniuncto nebulas infringite phœbo:
Dic videant: superisq; thoris vescantur: & vmbra
Aeternum. non atra fames: non vils egestas
His metuenda doce: grata illis flumina: verè
Non sitientur aquæ: non illos æquora: non sol
Percutient: maculae non dira potentia lunæ.
Hos reget ipse pius pro quorum funere cæsus
Diriget: & sanè potabit fontibus vnda.
Inq; viam planam quos fecero culmina ponam
Montes: non ferrum: non saxea fulmina: molles

Liber secundus.

Fo. xix.

Non actes: rapide nocturna ve tela sagitte
Hos superent. verbi sublimis semita nostri
Et feriat nubes: & calles visa per omnes:
Ecce vides longis ventunt de partibus: illum
Auster: & hunc ganges: letas in sydera voces
Quisq; ferat. magnis diffundite gaudia venis:
Astra superq; polos: numerosis laudibus hymnos
Personet omnis amans: seruataq; terra liquecas
Huius amore. deus solatur tristia magnus
Eq; polo miseros ditauit missus egenos.
Dixerat. ecce sion. vè. me bonus ipse reliquit
Oblitusq; mei qui curat cetera morbi.
Nunquid ait: puerum mulier terrena creatum
Deserit: infanti vel non miserescitur illi
Quem peperit: tamen est si non memor ista creator
Oblituscar ego: non hæc mea cura: sub alto
Te mihi corde gero: manibus tua pectora nostris
Sunt descripta: tuos oculis deducimus annos
Semper: & en venit: venit te structor: vt ipsam
Destruat: atq; terens gladius te trictus ab ipsa
Exiet: in famis manibus post terga reuinctis
Venditus vt vendens. oculos circumfer ab omni
Parte vide vt magni veniant tua prandia cigni
Carpuri: ah quales inter viret herba colores.
Viuo ego. iuranti securos credite regi
Omnibus his sagulo velut es ornanda decoro:
His vt sponsa datis non es superanda maritis:
Non sude: non vinclo: non vi: non murmure cæco.
Nam deserta tui vasta & dispendia campi
Nunc angusta nimis: quod ciuibus illa decoris
Plena nitent puro collucent moenia saxo
Iam locus in cunctis non est nisi glorijs agris.
Sint profuge vulpes qui te sorbere vagantes:
Ite procul rabidi bonus est custodia milui.
Haec deus & sterilis fueris quæ: ex auribus ipsis
Cernes purpureos dicentes in æthera natos
Est mihi nunc prisca locus hic angustia templi:
Fac spacium vt vadam: fac toto ex orbe patecant
Limina lucis: eam: plaga ne comprimar ista.
Ipsaq; tunc natos quis mi generauerit istos!



Thalichriste

Sum captiua gemens sterilis non apta creandę
Iam soboli infaustis postquam maculata triumphis:
Quis nutrit eos: eos ego iam deserta relicte
Sola domi merens: quis hæc mihi pignora matres:
Tunc dominus dextram per gentis munia longam
Destine mirari: supera pietate reflexi
Fœtifer igne potens gladiis armatus acerbis
Hæc mihi signa traho nullo caritura trophæo
Ad populos: placidis & ob hoc tibi seruis in vlnis
Offeret hic prolem reuerenti voce superq;
Os humerosq; trahet: grataq; in sede reponet:
Nutricisq; loco venient tibi lacte superno
Regis: humo & fusi subtracta fronte decori
Te mihi thuricremas sustollent pectoris aras:
Te super astra ferent: calcantibus oscula figent
Et pedibus fatuam terrenę messis aristam.
Tuncq; scies magnus quod rex ego: maxima solus
Qui queat: expectans quo non fallitur in omni
Tempore: qui plenis prestabit consona votis
Munera. nun quid amans hæc est tua tanta potestas
Ut genus humanum lætali cuspide fossim
Viuum acheronteo subducas solus ab antro:
Prædonemq; teras: cæcataq; vincla resoluas:
Tanta quidem: maiorq; nimis quam cernere vestris
Fas oculis. tetri confringet colla tyranni:
Et chaos & flammæ & regna furentia diras
Excussit: atq; imo miseros subducet ab orco:
Iudicis atq; tui damnabit facta nefandi
Criminis & fotos venturo funere natos
Conteget: horrentes ipsorum excarnibus hostes
Ipscibabit: ei mustoq; in sanguinis acti
Ut fera rixoso celebrabunt orgia claustro:
Et sciet omnis homo quis sim: que præmia passo
Pro miseris nostrę debenda nepotibus arę.
Sed cur tam tecto fraudamus gaudia cantu.
Surgite iam populi scelerosa nocte direpti
Surge iacensq; nouo iam nunc splendescat amiclo
Debilis. induere chlamidem non noctis amandi
Plebs domini: solitum vicino puluere gressum
Excute. surge. vide: tranquillaq; facta quiesce:

Liber tertius.

Fo. xx.

Heus tibi surge: tui funestaq; vincula colli
Dirue: iam sanctę sonuerunt classica vite:
Iam viret omnis ager: bullantibus incita venis
Pura coloratos interstrepit vnda lapillos.
Surge dolens. sacro natum iam corpore virgo
Concipiet. parietq; bonum: nomenq; vocabit
Emanuel: quoniam vobiscum magnus: & vnus
Aduenit ipse reos patrio qui seruet olympo
Carne viros: qua vos: qua nos: qua sydera: qua se
Lætificet. tantum iam sumite gaudia verbi.
Hæc canit esaias. pariterq; his plura. simulq;
Hæc eadem multi diuerso tempore nati
A samuel veri clara vsq; ad tempora christi.

Hæc alij pro-
phete a samuel
vsq; ad xpm.

Finitur liber secundus Thalichriste

Argumentum tertii libri.

Sancta futuricano mira adrectantur ab esdro
Aduentum & veri præsignat nomina magni.

Thalichriste liber tertius.

E tiam fulmineum merito iustissimus ensem
Soluerat: atq; procul sacratis finibus exul
Ad babylonis aquas confusaq; moenia circū
Abramides fractis lugebat crimina plectris.
Non citharę psalmos: nō voces organa lætas
Prestabant. sed seua. altos angustia sensus
Præsserat: & poenis culpam adplectebat amaris.
At pietas (nec enim terras oblita polosq;)
Iacturam miserata grauem sic inquit ad esdram:
Qui nuper longas dario regnante catenas
Exuerat. vade: & diuina ad pascua flecte
Isacidas. populoq; scelus: propriumq; furorem
Huic memora ignitis exurens viscera verbis.
Ut quoniam nostro circumfuit horrida campo
Tempestas: serpitq; meos angustia natos:
Hoc sibi non regi reputent. cecidere paterno
Vulnere: iustus agens dominus furit: ipse superbos
Vltus auos: taxatq; nefas: & rectus & insons
Hos super horrifico dat frena bacchantia læto
Demeritis plebs chara tuis: que nomina terre

Que sequitur
vsq; ad finē istius
tertij libri sunt:
de tertio & quar-
to esdre libro.



Thalichristie

Vana colis: tenuisq; mei pia foedera magni.
Nonne ego de pharia miris hos grandibus umbra
Eduxi: solemq; dedi roburq; viamq;
Inclita que electos duceret in astra maniplos?
Ipsi autem vere splendentia dogmata vite
Tempseruntq; patrem dominum regemq; ducemq;
Obliti aethereas turparunt sanguine lymphas.
Tu tamen ipse caput diris exolve: comamq;
Excute in hos verbo dans atra precamina iusto:
Me quoniam iecere procul. quo feruidus vsq;
Immemor: & ferule tardamus lora magistres?
Hos propter pharao rabida summersus in vnda
Cum pueris. curruq; altos: regesq; ducesq;
Perdimus hos propter percussis gentibus vno
Vulnere. & hos propter populos orientis & austris
Strauimus. & viuis immania corpora telis
Fudimus hos propter. nostro at tu nomine vates
Hac illis. fert ista deus. vos ipse per vndas
Extulit oppressas. ipse hostes arma fretumq;
Subdidit: & vestris concessit robora castris.
Ipse dedit mosem ductorem plebis & aris
Mystarchem: pauido flammataq; marmora coelo.
Ut sint abruptis tua lucida castra tenebris.
Vos autem sevas insanaq; murmura voces
Funditis. & nostro temerata fronte triumpho
Cece vsi tacuistis iter numenq; viamq;
Nunc etiam frausas durato corde querellas
Murmur habet: querisq; dei pia munera magni.
Nonne arabum siluas exustaq; solibus arua
Tecolui: gemitusq; tuos lachrymasq; precesq;
Acceptans cum dira fames vrgeret vt ollas
Optares pharias diuinis panibus escam
Vitalesq; effundo dapes: quibus inclita pascit
Curia sublustres animos. meminisse necesse est.
Nonne siti torquente patres cum nullus vbicq;
Viuens humor erat: digitos excisa per istos
Torrída perpetuas tribuerunt marmora lymphas.
Texti estus foliis vestros terrasq; superbas
Diuisi vt vobis pinguis pascua gnatis.
Nonne chananeos pheresica castra ducesq;

Exprobatio in
gratitudinis.

Liber tertius.

Fo. xxi

Philistinicos stravi: faciemq; timendam
His feci: & vestram decoravi cedibus arcam?
Cumq; superba cohors blasphemo demone nomen
Tentaret nostrum: non ignibus aethere missis
Non phlegetonte laxato turbine capri
Percussi oblitas animas: sed flumina reddens
Dulcia demisso ligno quo cessit amaror
Cognita morreis est nostra potentia campis.
Quid faciam plus? in ista iuuant? si cecus iacob
Restat. & a nostro diuertit in aera tergo?
Stat mutare domos aliasq; ornare latebras.
Gentibus & tandem placitis dare candida viui
Vincla thori: aeternis offerreque foedera pactis.
Sit procul a mensa qui me male deserit alma.
Tuq; procul: licet ora nouo plangentia questu
Exertes: quinisq; implores numina psalmis
Quattuor atq; notis. vobisq; petentibus a me
Auxilium aethere conclusam limina portę
Auribus obtulis: quoniam maculastis opima
Cede manus: & chari diffuso sanguine iusti.
Nonne ego vos orans vt gnatos candidus ipsos
Sæpe pater: gnatasq; parens: puerosq; recentes
Vtq; nutritrix petii quod plebs mihi charior esset
In populum: deus atq; potens dulcissimus essem
Huic populo: pius atq; parens regeremq; tenellos
Funibus: o quoties pullos vt congregat ales
Vos ego frustrata collegi pectoris umbra.
Quid faciam vobis: a summa tegminis arce
Proiciam in falsos fluctus: vultuq; seuro
Marcida pollute fugiam libamina dextre:
Frondentescq; choros: neomenia vestra profanos
Iamq; dies: quoniam vates puerosq; videntes
Quis pater igniti commiserit horrea verbi
Immemores nostri gladio lanastis acerbo.
Heus ait ista potens. domus hec deserta nefando
Crimine. & vt vanę choro raptantur ariste
Sic olim mihi grata phalanx multata decoris
Germinibus: quoniam neglexerit optima veri
Iussa boni: fecitq; malum presente magistro.
Propterea funes venientibus vndiq; vestros



Thalichriste

Partiar abluto populo: qui dogmata credunt
Nostra: quibus nec signa dedi: nec luminis altas
Diuitias: puro faciunt sed consona coelo.
Testor & ipse caput populi venientis: amoenas
Et charites: cuius soboles exultat: & insons
Pariulus arrepto gestit noua sydera saltu
Memet mente videns: oculis non carneus equis
Innocuam collustrat ouem: fiditq; tenetq;
Nostra deo. nitide que sit noua gloria genti
Suspice. cerne. vide letas oriente cohortes
En super orbatq; fulgescere rostra carinę
His ego que fuerant primo promissa parenti
Dona dabo: abramiq; toros: saaciq; fluenta:
Sceptra iacob. oseosq; sonos. amos. atq; niches.
Atq; alios viuo super alta cacumina versu
Iffe per ora nouem solitos. mea premia disce.
Tanta paro inuictis animis. penasq; malorum
Disce simul. memorare altum quo concidit istum
Furua gomorra. iacet cinerem pertracta picemq;
Exitus haud impar manet illos (optima testis)
Sis bonitas qui me temperunt: viuuda lingue
Verba mee amplexis feceruntq; irrita monstris.
Hac deus omnipotens verbis vrentibus esdra
Ter cane venturo populo: quod regna superne
Pactis amor viuens mellitaq; conferet arua:
Que prior israel sperabat regius: a me
Si sua non solymo mutasset cornua campo.
Ultimus illius plebis qui corpore iungam
Vtraq; solemnes summam mihi sanctus honores.
Abramidasq; murus prisco mosea decore
Ad spolians mihi templa: dabo venientibus escam
Perpetuam: & viuo fundata palatia saxo
Quae fueras habitura foror. viteq; renatis
Lignum erit vnguentum: solo quod pellat odore
Carne venenatos morsus: rabiemq; scelusq;
O lignum mihi dulce. licet cum sanguine charo
Tingaturq; nouas incendat sanguine tedas
Connubii: paret atq; pios in sanguine foetus.
Ite precor loti. quicquid queratis ab illo
Accepisse datur. post secula pauca licebit

Nota.

Liber tertius.

Fo. xxii.

Iam vobis regnare palam. gaudentibus astris
Inuigilate piam testantia sydera dextram.
Conterit ipse. malum dominus: creat atq; magistrum
Ipse bonum. simul atq; est & bonus ipse creator.
Viuo ego. non motę generatos credite vite.
Tuq; parens hinc sume tuos: illosq; verenti
Leticia nutrire decet: similisq; columbae
His firmato pedes: gremio ne luminis almo
Confoti optatis vnquam rapiantur ab egris.
Te quoniam simplex charam de millibus vnam
Eligit. en ruptis quatens acheronta tenebris
Imperio monumenta traham: cęsosq; reuellam
Morte potens. quoniam clare inter corpora turbe
Nomen gnosco meum. pulcherrima filia mater
Gnatorumq; meis electa & fota sub alis
Non trepides casum vires habitura rigentes
Et pueros. erit esaias: erit atq; ieremus
Presto tibi: vt viso firment tua robora vero
Quam veniat totq; ante dies. hos ipse secundum
Sanctifico tibi membra: parans membra inclyta membra
Bissenis vario radiantia germina fructu
Arboribus: totidem fontes lac melq; fluentes
Tempus in immensum: septemq; ingentia montes
Culmina foeta rosas lilium spirantia verum
Exsuperis viuam ducentia fontibus auram
Ad gnatos mi gnata tuos: quibus inclyta fundens
Gaudia theoparo componet candida vinclo.
At si tanta cupis: si te deus incitat ardens:
Iustifica viduam: ne durus egentibus esto:
Infantem tutare inopem: gelidamq; senectam:
Tegmina da nudo: confricaq; crura medere:
Nec laudis irride potens: mancumq; dolentem
Et mea cecatos admitte ad lumina vultus.
Nolo necem. sed vertor auens ad viuuda vota.
Propterea expansis nullo discrimine dextris
Subq; tuo muro pariter iuuenemq; senemq;
Conserua: extremo componeq; membra sepulchro.
Hac faciens tibi prima feres: cum magna resurgat
Virtus: catholico que abrumpet funera sceptro.
Plebs mea iam pausam pacem requiemq; laborum



Thalichriste

Accipe. & vnus fontis sub flumine lucens
Esto nonq; mea tenebrosis pestibus acta
Plebe duplex tendet geminatas tartarus vmbas.
At requies te æterna manet. festiua decoris
Nexibus alma nitens in fantibus vbera sacris
Da nutrix: firmosq; pedes: sensumq; manumq;
Fortificans gemino funde his carchesia succo.
Nemo boni tribuit tibi quos mea dextera seruis
In teritum passurus adest. ego namq; requiram
De numero cernens. nullis te sternere curis
Fas tibi. namq; aliis passa lugentibus ira
Horrifico stratis gemitu tu sola choreis
Angelicis immixta placens illustra forbens
Gaudia psalmicanos ductabis ad astra nouellos.
Suspice. de pleno datur hæc tibi copia cornu.
Inte torta phalanx poterit nihil. inclyta pressis
Gentibus exurgens terra potiere relicta.
Dextera nostra tuos charissima pignora partus
Conteget. & flammis & opacæ noctibus hydræ
Eripiet. mihi casta soror coniuxq; parensq;
Fide deo: & lapsum regnantis ab arce maritum
Expectabis ouans: quoniam mea gratia nunquam
Deficiet: iam iamq; venit. sic fatus. & esdras
Accipia domino vocem: qua ex orbe profundo
Ifac diuitias exercitus iret in amplas.
Iam vento: iussimq; paro. sed turba repellens
Vitales latice felicia verba decusq;
Respuit: & somno radium calcavit iniquo.
Propterea illustres animæ que mente videtis:
Iam requiem æterno fundendaq; pocula vaso
Expectate pares. flamma iam pastor & vnda
Proximus instat. erit qui sacra per vltima longe
Norridus & moto distillans lampada vultu
Infelix lolium: sterile & conteret herbas.
Vos tamen ex lachrimis ad læti præmia regni
Surgite. perpetuas lux e: habstanda per horas.
Heu quid parua iuuant animos: quid fumida plenos
Vmbra mouet: sæcliq; decor labentis & acti
Turbiniibus: si vera sedet si grata manensq;
Gloria que refluens fraterno pendula vultu

Liber secundus.

Fo. xxiii.

Labitur in carnem. testor pia nomina viui
Seruatoris. adest domum. sunt nomina. dextris
Et fas ferre viris. que vos nocturna moratur
Segnicies: que tanta animis ignauia vestris:
Sumite præstatum numen. lætataq; circum
Corda bono prestare pias gratesq; preces qui
Vos vocat vnigeno regna ad coelestia verbo.
Surgite: & stantes signatorumq; videte
Expletum numerum: quem maximus induperator
Aduexit magni generosa ad prandia ligni:
Et beat indutos stolis splendentibus auro
Viuisco. quos de scelerati temporis vmbra
Translatos locat empyreo concordia campo.
Felix & nimium felix quem tempore mæsto
Nunquam noctiferi strauerunt vincula tyranni.
Heus cape sancta sion numerum. conclude clateruam
Candentem: gnatosq; tuos quos cernere tecum
Votum erat: ex numero nullus tibi deficit omni.
Virtutemq; dei domini imperiumq; rogato
Ut populo genitisq; tuis ante ipsa vocatis
Tempora summigeni vinculis vnita beati
Sanctificans pueros tribuat pax alma lacertos.
Cernite & hoc. vidi tranquillo vertice montis
Pacifici magnam quorum pia nomina turbam
Non numerare queo: gratis qui cordibus altum
Psallentes domino resonabant cantica læto.
Hos inter iuuenis medius qui corpore cunctis
Celsior atq; nitens sublimior omnibus illis
Vnus perpetuæ pulcherrima ferta coronæ
Imponebat amans: per donaq; lætior ipsa
Hæc faciens proprii celebrabat gesta triumphi.
Hæc ego dum capto mirabar pectore præsens
Angelus æterni doctus mysteria libri
Quosq; colit viuos clarissima curia fastos
Hi dixit fractis deuicta morte sepulchris:
Mortalem posuere togam: victuraq; sumunt
Tegmina: & æternos habitus in sæcula. namq;
Diuinum mæsto confessi tempore nomen
Accipiunt nunc ferta alacres palmasq; decusq;
Ille autem cætu iuuenis pulcherrimus albo

Nota.



Thalichristie

His pia regna parans sub amcenam fronte coronam
Imponens palinamq; manu vultuq; vigorem
Filius ipse dei: nitidis quem fortiter armis
Confessi intacto fregerunt demona cursu.
Hæc tibi fer vates: gentemq; hæc festa per omnem
Funde palam. ad verum quod quæ non pectora pulchrum
Ducat solus amor: sperata ob præmia saltim
Occurrant domino: vitæq; fruantur opima.
Interea immensis ingenti pondere curis
Vinctus ego dominum raptis conceptibus altum
Alloquor. o primo doctor mihi purior auro
Tu qui virgineæ de rubro corpore terræ
Fecisti carnem: qui carni robora præstans
Flaminis erectos vicina in sydera vultus
In paradisiaco posuisti vitifer horto:
Præceptoq; regens hominem: lucemq; viamq;
Ostendens (quoniam transuerterat optima iusti
Iussa boni) vlticem statuis hunc serpere mortem:
Eius & innumeris communia funera natis.
Ergo ingens numerus populi: fecundaq; passim
Viscera. sed cæcis simulac gens perdita factis
Turpia in astricomos intentant prælia sanctos:
Deseruere iubar. sensusq; effusa preemptos
Pestis agit. tunc ipse furens effundis a quarum
Robur: & excessu mortalia semina ponto
Mortificas: solumq; noem cum nomine seruas
Humano: vt cunctæ faciat fundamina genti.
Cumq; noes numero soboles descenderet alto:
Gensq; decem geminis erraret perdita monstris
Antiquum prægressa scelus furiasq; priores
Legisti abramum placidum: famulumq; fidelem
Atq; illi æterno disponens fœdera pacto
Promittis pia dona potens victuraq; semper
Lumina de illius sobole & regnumq; ducemq;
Perpetuum. clarusq; iacob cum semina longæ
Tenderet & libycas numeris equaret arenas:
Ducis ab ægypto famulos. terrasq; fretumq;
Concutis. & magni ductatos vertice synæ
Adreficis. celosq; mouens orbemq; trementem
Tartareosq; sinus transit tua gloria curru

Liber tertius.

Fo. xxiii.

Fulmineo. præstasq; tuis pia fœdera charis.
Et si non rabiem prauati cordis acerbam
His refecas: votumq; ferum sensusq; malignos:
Hoc fuit in manibus donum: quod lex tua presso
Fructificet. nullis luxq; expugnata tenebris
Splendescat proprio modo: mereatur & ipso
Vbertoris opes & visa beantia sensum:
Clarificumq; iubar: quo sceptri signifer alti
Mercedem libret meritis summamq; labori.
Ex hoc cuncta videns post sæcula multa creasti
Magnanimum regem: cithara qui perfonat alba
In thalamis rex alte tuis: visusq; perenni
Tractus ad ignitos rexit vestigia fratres.
Huicq; tui sanctam dixisti nominis urbem
Aedificare potens: & thura calentia mandas
Offerre. hinc solymas radiabat sancta per aras
Progenies veri celebrans tria nomina sancti.
At peruersa cohors a zelo protinus almo
Destitit: exempli terreno & corde maligni
Visa nefas patrium sceleratas intulit escas.
At bonus omnitenens animos non passus inermes
Et vacuas splendore domus stygiumq; venenum
Tradidit hanc hosti rabido: iussitq; superbis
Seruitis sudare: graues & ferre furores.
O deus. o iustum. nonne ipsa pientior hostis
Est babylos aut grata deo polluta nefandis
Numinibus magni dominetur vt agmina iustis
Num melior solymis babylos: aut quæ tua sicut
Percoluit mandata sion: sic fabar. & instans
Horrendos animo gemitus curasq; reuoluo.
Tunc bonus a sociis huriel mihi missus amoenis
Increpat ingentes ausus. ergo omnia vestris
Peruia pectoribus: misero tu altissima sæclo
Perspicias decreta iacens: dominumq; modoq;
Tu metiare tuo: via soli cognita regi
Pertrahit ad sensus tales vitamq; potentem.
Terrenus terrena capit. cœlestibus ipsis
Tantum habilis: qui tuta colens tam sine quiescit.
Hæc autem te scire licet. quod semina diri
Sunt dispersa mali. nec qui bene destruat illud



Thalichriste

Venit adhuc. ergo ni nox inuersa: tenet que.
Semina iacta mali: locus & discesserit in quo
Fruet iniqua seges: ille in quo semina viui
Sancta boni: nunquam veniet. que fecerit adam
Initio manifesta fides. scelus ille chaosq;
Seminat. ille malum sensusq; hebetantia vestros
Vincla dedit. dabit vsq; malo plena area rupto.
O quantum dispersa mali tot gramina. quantum
Impietatis habent luctus gemitusq;. videq;
Cum refecata seges spicis arentibus omnis
Hæc sit de numero quam magna erit area tanto.
Dixerat. & quando ventura hæc area? quando
Semina sancta rogo. dixit mihi. desuper ipsum
Festinare deum cupiat vox terrea? nonne
Hoc dixerat patres: quando spes nostra decusq;
Adueniet? fructu consurget & area nostro?
His responsa tulit viuo ieremelus ab amne.
Cum fuerit numerus completus seminis in vos:
Ponderat in statera sæclum mensurat & omne
Tempus. & in numero numeravit singula certo.
Nil moturus erit. firma & dabit omnia semper
Visa: donec plenos mensura coerceat annos.
Dixerat. instabam. venis heu perdita nostris
Gratia & hostiles animi floresq; perempti
Pertineo ne forte pios auertere vultus
Cogant carne deum. fontisq; charismata sancti:
Morbosa exuste fugiant contagia terre.
Sic dixi. & contra charitis sic filius orfus.
Cum fecunda nouem complevit menstrua mater
Non poterit retinere suum sub pectore partum.
Lex legisq; parens vterum pregnata tumentem
Effundet. latebrisq; animarum scrinia longis
Matrici similata parant seruata tot annis
Reddere: & exuistas festinant crimine palmas.
Huic ego. si inueni charitem. si grata tonanti
Vox mea: dic quando. da certis tempora signis
Nota: quibus liceat speratum cernere partum:
Et placidas tentare vias: & sistere vero.
Incipit ille. dies venient: quibus omnia terre
Regna premens multo taxabit inermia censu:

Liber tertius.

Fo. xxv.

Inuoluetq; notis populos. via candida veri
Abscondetur. erit sterilis regioq; fugata
Nigra fide iniustum premet inconstantia sæclum
Et deserta domus. post tertia classica cernes.
Splendescet subito noctu sol redditus. vnum
Ter phœbe est visura diem. lignoq; cruento
Stillabit sanguis. lapis alta voce tremendū
Concutiet sonitum. terraq; habitantib; ipse
Inesperatus erit dominans: vertetur & ales
Pulsa loco. pisces quasi stagna alta cociti
Proficient. clamore maris rumpetur & aer
Vulnificus. tetrūq; chaos noctemq; ferensq;
Conteget emotas per opaca silentia turbas.
Ignis mirato demissus ab æthere puras
Collustrabit oues. & aggressis bestia cæcam
Mutabit sub nocte domum. parientq; receptæ
Monstra nurus tandemq; & falsæ in dulcib; vndis
Inuenientur aquæ. telis tunc obuia tela
Alternas passura man; & fœdere rupto
Occultis sensus latebris positusq; sepulchro
Intellectus erit. multisq; petentibus his non
Inuenire illum dabitur tellure coacta
Gorgones harpyiæ scelerataq; nomina contra
Virtutem ruitura sacram. conuersaq; dicet
Ad sociam. nunquid per te iustissimus actor
Transiit illa negans stipulis obdetur amaris.
Sperans fallitur. erit sine numine nomen.
Dixerat ista docens dicturus plura. sed Esdras
Affectu motus calido pater optime dixi
Rex regum: si tam decreto immota superni
Stant promissa boni: quod dono maximus alto
Soletur terram miseram: seruetq; regatq;
Quis precor iste potens medicus sit: pande fauentis
Nomen: & immundis per quam tua munera nobis
Sint tribuenda manum: verbo tunc incipit almo
Cunctipotens lachrymas quod nocte expellat & umbras.
Initio ad primos radios orbeq; recenti
Anteaq; sæclis constaret dextus altis:
Anteaq; tumida spirarent neruiter auræ:
Anteaq; voces tonitruum: rutilisq; nitores



Thalichristæ

Luminibus: firmata priusq; lucis haberent
Fundamenta domus: & floribus alma decoris
Arderet facies: contentaq; desuper ingens
Immota virtute suos effunderet actus:
Et prius angelicis quam milia sancta maniplis
Collecta infusi docuissent robora sancti:
Antea q; muros flammatos tolleret æther:
Susciperent numeros & firmamenta: stonq;
Cerneret elatos æstu flagrantem caminus.
Antea q; priscos annis præsentib; annos
Urgerent libri: quam crimina sæua nocerent:
Aut cõmune nefas: titulo vel candidus albo
Signatus fidei gessisset præmia sanctæ:
Tunc deus omnipotens reputans me cætera solus
Cogito. & a solo ceu sunt bene condita magno
Per solum complenda manent. finisq; ab eodem
Extat: & initium: factor perfector hic idem
Et finitor erit. nec erit qui perdita possit
Instaurare alius: quam qui sub voce potenti
Produxit veras species: nihilq; peregit
Esse aliquid: sterilemq; ornavit partibus hylerr.
Dixerat. ipse rogo. quando precor vtraq; solues
Tempora: quando potens ventura est gloria: quando
Primo aderit primi finis rutiliq; sequentis
Iritum geminos cœli nascentis ad axes
Perueniet: dixitq; docens. quando inclytus edit
Semina bina parens felici ventre Iacobum
Esau cumq; gerens: calcanea prensat Iacob
Fratris ab initio. finisq; est temporis huius
Esau: principiumq; est aduentus Iacob
Atq; extrema manus hominis labentia retro
Sunt interq; manum. nõ vltra hoc quærere verbis
Esdra potes. sunt multa alti quæ rector olympi
Non voluit penetrare viros: secumq; recondit
A terræ aspectu. sed te ne culpa dolusq;
Exagitent: aderit viuentis. vincetur & ambo.
Vinceturq; nefas: dolor omni pulsus ab orbe
Exul tartareas fugiet calcatus in vmbra.
En tempus veniet. venient signa omnia vati
Præmonstrata tibi. baculoq; sponsa decoro

Nota.

Nota.

Liber tertius.

Fo. xxxvi.

Apparebit ouans: ipsa apparente iubarq;
Ostendente altis quæ nunc subducitur vmbri
Terra feret radios. seuq; ereptus ab hoste
Suspiciet mea mira iacens: dextramq; decusq;
Perpetuum. meus ecce potens & gratus Iesus
Filius æthera circumradante corona
Labetur terris: glaciemq; æstumq; reuolvens
Develata orbi monstrabit numina. gensq;
Lætata altisonos cantus aget. atq; relictæ
Sæcla quater festo confurgent sensibus almo
Liposo exciti somno: terramq; virentem
Et latites placidos asprisq; rosaria siluis
Spectabunt oculis. etenim cum fulgidus altum
Sol annis centumq; quater lustrauerit orbem
Ipse meus gnatus morietur christus: & omnes
Inspiratæ acies pariter. seclumq; timore
Concussum magnis in prisca silentia visis
Vertetur: septemq; dies vt fama priori
Iudicio est. vitæ nemoq; relinquatur horis.
Postq; dies septem: excitum quod tempus adusq;
Non vigilat: ponet maculas. ruptoq; veneno
Mors morietur. erit qui vitam funere passo
Parturiat. reddetq; solum pallentia tetris
Lumina sub tenebris. orcoq; facentia rupto
Agmina puluis aget supera ad conuexa silentes
Reliquas seruata piis & pectora dextris
Quæ licet horrida transfixæ cuspide letum
Dilacerent: rapiantq; suos a pestibus agnos
Myrrham stillantes & nectar sanguinis: a quo
Absterfus stygio populus remeabit auerno.
Post iterum venturus adest: sed luce potenti
Clarior igniuomis rex & manifestior alis:
Iudicioq; sedens altissimus. inde labores
Transibunt gemitusq; miser. coniunctaq; votis
Felix magnifico splendescet pistia nexu.
Elpora præualidas vires. & vtramq; sub vna
Lance sequetur opus. promissaq; præmia plenis
Ostendentur agris. verumq; stabit. & alta
Luce dicas polio vigilabunt æthera verbo
Iusticiæ nexata alme vitæq; perenni.

d ii



Thalichristia

Inustus scepro multabitur: atq; per umbras
Si queat æternas facinum exercere furorem
Non dominans tamen ultor erit. fraudesq; nefasq;
Vlciscens propriis idem sua viscera flammis
Torquebitq; ipsi ipsa grauis crudescet erymnis.
Dixerat. infandę compunctus imagine poenę
Obstupui. veniamq; petens hæc fabar utroq;
In terram cilio: sanctas pater optime nostri
Principis Abramı voces: sodomęq; ruentem
Ille videns precibus dominum pulsauit: & orat
Pro populo Moses scelerantia murmura qui se
Fudit arenosi circum dispendia campi:
Rectoresq; alii lapsa pro plæbe superbus
Cum regnabat Achas: Samuelq; & maximus orbis
Psalmiger obfractum gemebunda precamina poplū
Promisere: simul Solomon cum templa superno
Fundaret sancto: proq; imbribus Elıus: & pro
Morte rogat: stetit atq; precans vt viribus altis
Redditus umbrifero iuuenis remearet ab orco:
Zechıus & genuit confuso corde furens cum
Sennacherib terrę vastaret moenia sanctę:
Hoc multi fecere alii: lachrymasq; dedere
Ad dominū pro plæbe pius: conuerteret estum
A populo & culpıs ignosceret altior altis
Nunc igitur si ferre preces pro crimine sanctos
Et gemitus liceat cum circum lætifer hostis
Sæuiat: & ternis expugnet nostra sagittis
Viscera lætifico maculans tua templa veneno:
Cur tunc æternas compellitur ire sub umbras
Impius: & nullis precibus queat ille iuari:
Sed subeat sine sole domos mortemq; nefandam
Qui nunc iustorum voces admittis: & illas
Tunc tibi ferre potes: atq; exorabile numen
Reddere: peccatis miserefcere deniq; cunctis.
Tantum effatus eram. sufflamine motor amico
Sic ait. hoc misero quo frondum est vltima saclo
Finis quo dubium mouet inconstantia votum
Ac per vtrūq; latus discedere versa redire
Mens valet & nitidi nunc fixa cacumine coeli
Stat: nunc tenareas ad prona reuertitur umbras:

Liber tertius.

Fo. xxvii.

Fas precibus locus esse piis: iustisq; decentes
Per gemitus alias orare nocentibus horas:
Ac super inualidas acciri numina turbas:
Spes etenim quod lata manus conuertet ab agro
Iudicium & iustam decreta ferentia plagam
Dum damnare nefas: & adhuc mutabile pectus
Gestat homo: & viam rediens pulsantis ad auram
Exarmat gladium iusti omnimouentis acutum.
At cum extrema dies perfecto temporis orbe
Mortalem exuerit labem: iudexq; verendus
Igne sedens oculo librauerit omnia puro:
Spes iam nulla manet. rerum immutabilis ordo
Surget. & æternis stabunt altæ singula vincis.
Non vita admittet mortem. vitæ impia discors
Mors & erit. dies ipsa dies. tenebręq; tenebrę
Semper erunt. nulla quatentur lampade noctes
Tartaricę. nulli iungentur sydera nocti.
Discretos quęq; vna gradus vitæve necisve
Suscipiet: frustra q; preces fundentur inanes.
Quin etiam nullis precibus via. nulla precantum
Vox aderit. namq; atra phalanx comprehensa malignis
Quassibus extremę dissectaq; verberare fundę
Labificum nullis murmur sanabile sacclis
Æternamq; vomet rixam furiasq; nefasq;
Accessura bono nunquam. nec gratia mentes
Ibit in obliquas verumq; negantia corda
Perpetuis agitata odiis somnoq; perenni.
Ipse etiam rex altus ouans non deseret vnquam
Iusticię pia frena potens. namq; esse benignum
Hunc est esse bonum. quicūq; est optimus idem
Iustus erit. dempto nec enim substantia iusto
Esset summa deus. nihil est pietate superna
Iustus (hoc venis inscribite protinus ipsis)
Iusticiaq; pius nihil est. hoc efficit vt non
Rex paradissaca quenq; deus pellat ab aula:
Quenquā firmatis vel tollat in astra tenebris.
Hinc etiam proceres vera tunc luce potiti
Cessabunt lachrymis & inexorabile numen
Cernentes nullos fraterna ob funera questus
Mittent. dum pulchro sub amcenis frontibus acto

Nota.

d iii



Thalichristiæ

Contenti æterno pleni satiantur ab vno.
Non est plura loqui. tandem his contentus abito
Expectans domini puerum patremq; beati
Temporis haud procul est: vt vatibus omnibus vnus
Vifus erat. firmatq; poli legisq; deiq;
Dogmata: & æthereos lux approbat optima cantus.
Esaías Ieremusq; dolens letentur. & eiam
Danylus hæc numero concordet tempora sancto.
Elius & firmos dictis veracibus annos
Suscipiat: centūq; alii. quibus enthea virtus
Reddita theosonos excussit in ordine versus.
Finitur tertius liber.

Thalichristiæ argumentū libri quarti.

Sibyllina sonant sacratīs consona libris
Carmīna dauitici simul associata camœnis.

Thalichristiæ liber quartus.

Sibylla cumea

Vltima cumei venit iā carminis ætas:
Verus ab integro sæclorū nascitur ordo.
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Iā venit & virgo: veniunt iā dulcīa regna:
Dulce iugū dulces damnata p̄ auita leges

Dulce quietis omnis. venit en quo ferrea primum
Desinet: ac toto surget gens aurea mundo
Iam puer exusta plagis ab origine terras
Innumeris muscoq; putri pallecere fontes
Arboribus sanem confecta; mella cruore.
Vina veneno agros & flāma & sanguine cinctos.

Sibylla delphica.

Rex miseratus adest. nullos passura furores
Non ledenda foco: non vi: non turbine virgo
Virgo parens: licet hoc stupeant fera tartara quātū
bella timentis lucis hecate crucietur auernis
Iuppiter & tota quatīatū gorgone virgo
Virgo veni dominum castis habitura feuerum
Visceribus: propera: tibi se iam stellifer orbis
Compisit: & ornatis flāmata palatia testis:
Incipe iam roseos ad sydera tollere vultus.

Liber quartus.

Fo. xxviii.

Incipe sancta parens superos haurire liquores
Vberibus lac atq; nomum tibi traditur infans
Vt nutrias vīua qui pascit fronte phalanges
Æthereas cuneosq; poli: qui ligna securi
Franget: & æquoreas siccabit concitus vndas.
Te series diuina vocat: quam funus in olim
Legerat: & vera formatam principē vīta
Corde recensebat: causas actura reorum
Vt venias intacta placens hoc corpore summum
Donatura deum: quo læsam tabe sororem
Morbososq; greges & abactos diriter agnos
Rapta violandi conuectet ad ostia regni
Bis mercatus oues. charas inuisere terras
Iam soboles diuina parat. iam turba polorum
Candida festiuas ductorum ad munia vestes
Ventilat: vt gratas comitetur principis horas
Altum iter. empyreis crepuerunt classica portis
Albet equus frenis despumans mella sub ipsis
Nectareas latices: rubro quasi tincta colore
Arma nitent bellis & sæuo in tempore nullis
Per terebranda locis: vt quæ de lumine toto
Temperat ipse pater cunctis cum viribus: vt quæ
Mon ipsa anguiferi furiosa incendia rostri
Non pyra non stygiū valeat p̄ringere castrum
Vtq; gigas late cursurus in æquora syluæ
Gaudet adire viam: nulli tentata virorum
Horrebat quæ dura nimis: quæ sentibus arctis
Frangit odoratas acies dextra;q; potentes
Acriter obiecti terrebat imagine ponti.
En venit: immoti summoq; a cardine cœli
Egreditur. votūq; sequens iam carnea matris
Claustra subit. verbūq; caro fit corpore sumpto
Vt deus ante manes: vestitaq; numina mēbris
Matrīparāq; marem: siccoq; iacentia fœno
Lumina nō nocui contactaq; puluere campi
Cernere eritq; p̄ium mediis sub sonibus agnum
Ad se ferre lupos: & amœno sanguinis ostro
Tergere proficte liuentia tergora damæ.
Huc precor. huc animos. huc pura & corda deumq;
Cernite formosæ nutritum lacte puellæ

d iiii



Thalichristiæ

Quos pepulit regno genitrix infausta nefandis
Pressa dolis: quos turbat apex: & pondere victi
Dira soli. sceptro ventet rex inclytus alto:
Laomedontæ qui colla potentia romæ
Aeneadas populosq; acres patresq; latinos
Subdat: & in turbas non pila minantia gestans
Non ducibus gladiisue potens: sed paupere dextra
Diuitias calcabit auens se principe reges
Edocuisse famem vitæ potioris: & ignes
Mittere per scythico concretum frigore taurum
Diuitias superabit egens: arcesq; niales
Prostituet maiora parans piscantis & hamo
Solutus apollineis colla obliquantia frenis
Captabit: syriisq; deis & in Ioue fracto
Cessabunt quercus: consulta trophonica dira
Cessabunt sortes cessabit amalthæa nutritrix
Cessabit pharisis baccata licentia monstris
Nam ventura dies supera cum sede iacentes
Respiciat damnator amans: humilesq; suosq;
Agmina quæsito meritis damnata metallo
Erigat: & turbas fraterna sorte beandas
Ad sua poma vocet mellita & lactea claustro
Natus in hebreo foetaq; ex virgine radix
Crescat: & extremas caput allatura per auras
Ornet olympiacum gemmis viridantibus hortum.
Bethelimum te fata vocant decreta superni
Non violanda boni: proh quanta est gloria ruris
Exigui. qui tantus honor tibi candidus æther
Inuidet: & superis præfixa cubilia castris
Sunt confessa parem. quid nisi tuus aspice regis
Filius est: gremioq; tuo nascetur: & illi
Aethereas aperire domos dignatus amoenas
Inferet excubias: viuoq; ex orbe vocatos
Dat tibi nosse viros: diuini pectora nati
Dat tibi seraphicæ rutilantia tegmina turbe
Cernere: dat tremulas inopino carmine chordas
Audire & veros roboantia tympana cantus
Tympana theouoræ dextris agitata cateruæ.
Illud erit postquam promissi nuncius alti
Per nazarethas caelo aduentauerit oras

Per allegoriã.

Sibylla hel-
leispontina.

Sibylla tibur-
tina.

Liber quartus.

Fo. xxxix.

Signa salutiferæ referens incognita fædæ
Paschalesq; thoros: pastor quibus accubet ingens.
Compita tartareæ facturis inania siluæ.
Illud erit postquã vicinæ præscia pacis
Terrea pacifico subdatur machina tauro:
Et gens nulla vacet phrygiis non conscia telis
Inditium factura: viri quod sanguine cæsi
Aeuigenas populos inter deus ipse direptas
Init amicitias seq; ipsum desuper vrens
Cui gladius vigeat atrox: qui singula vibrans
Crimina foemineæ sæuret ad vltima noxæ.
Fortunata parens quo te nunc carmine foelix
Prosequar: huc vestros insana ad dindyma cantus
Ferte patres galli: biugos agitate leones
Huc precor. ista dei genitrix clarissima falsas
Calcatura deas & inania nomina dire
Fraudis adest. coniunx veneri iam nullus olores
Iungat amicleos. pauorum insignia nullus
Det sceleris sociæ. somnis nõ cynthia tardis
Endimiona trahat pedibus substrata decoræ
Virginis ipsa iacens. lunam si latmius heros
Lucis amore vocat: studiis vigilantibus istam
Ad properet. parit ista diem. fouet ista parentem
Luminis & secum materno iure ligatum
Continet orcei tenebras acerrima ponti
Nubila sanguinei fracturū pondere mali.
Scandet enim mulier solymorū a stirpe virorū
Pulchra genas roseas & primi crinibus auri
Cincta latus radiis repletaq; luminis ora
Ora manusq; ambas: distracto tecta leone
Candida nectaream stillantia pectora guttam
Sede sedens quallī nympharum nulla nec vnquam
Acriter incussa tenuit tritonía patina:
Et nutriet puerum coelesti lacte: marisq;
Nomen habens geminas æterna per æquora lapsas
Sparget inexhaustam digitisq; alventibus vndam.
Quæ mcestū pharaonis onus currusq; super bos
Vertat vericolis tribuens vestigia plantis
Fluctu illeça fero: patrio coniuncta marito.
Huic ignota tamen plenã quã castus Ioseph

Sibylla chi-
mica.



Thalichristiæ

Numine submissis veneretur sensibus atrum
Nil cogitans: nil turpe parans: quæ cernet ab ipso
Pneumate qui pacis conductans flumina primis
Aduolitabat aquis grauidam: partuq; solutam
Mellistuo primi gestantem insignia nati
Ipse adorabit opus domini miratus. et almi
Fructus ventris erit: misera qui fece iacentes
Mundet oues sicci medicatus vulnera foeni:
Iratumq; patrem terræ intractabile numen
Concilians populos æterna nocte premendos
Aduocet in radios amissaq; pascua primi
Temporis: & fixæ confidens sanguine dextræ
Concitet infernos animosa in prælia tauros.
Ille erit ille potens monstris oppressa marinis
Hunc galatea petes: nullo detenta furore
Fusca moreris iter: non sunt huic pectora tetro
Torua supercilio: pius est nec fulcra profani
Reppulit vlla tori. præsto est albescere nigris
Si modo prompta venis. non sint tibi fabula summi
Verba dei placidus miseris aduentat Iesus
Mella gerens biniq; infundens pocula dextris.
Est deus: est & homo: nihil est quod bella recuses
Sub duce tam claro. choreis æquanda fruendo
Angelicis mosea veni: fociuq; patremq;
Plebs Rachaelis adi facies hebetata seueri
Iudicis ipsa datur: ne te malus auferat error:
Immemor accepti siccatum ad nereia doni
Arma ducēq; ferum phaleras currusq; virosq;
Cum vorat vnda cadens: nocturni lampadis atq;
Immemor & pastæ diuino pane ceteruæ
Non timeas: rubicunda dolens properabis ad ipsum:
Qui te frugiferæ lustratam fune loquellæ
Fecit erythrei molem superare profundæ.
Magnum agnosce parem velamina nota trahentem:
Ecce sinus: ecce ora viri: patriumq; nepotem
Ecce pedes: patulasq; manus: nil distat ab illo:
Qui tibi fraudati depictus ab ordine sæclī
Per vates: cantusq; sacros: chartasq; salubres
Affuit: & firmo præstabit pignora verbo.
En veniet mundi præueris montibus alti

Sub galatee
noie intelligit
populū gentē.

Sibylla euro
pa.

Liber quartus.

Fo. xxx.

Per colles laticesq; volans per inhospita syrtis
Littora sospes erit: nocturnaq; signa fugabit
Aereosq; duces instructaq; munia fraudis.
Hosq; sono hos solis (vox est pro vulnere) pugnis
Hos mucrone necans & amara cede trucidans
Sacrum sentiuoma caput illustrante corona.
Egredietur ouans vtero de virginis atrum
Dilacerare iugum: simulato pacifer ense
Prouidus ad caulas pastorum maximus vna
Paupertate valens: reges & ferrea sæclī
Nomina: tresq; duces: ignitaq; tela gigantum
Conteret: & quassis per amata silentia terris
Proferet imperium: quod nō in gadibus & non
Aurora extremis etiam nec terminet astris.
Non sopor istud adest: sed coram agnoscere vultus
Mens putat ista sacros. plena eructatio summi
Numinis atq; dei completa potentia magni
En datur agnoscī. nec sat potuisse videri:
Palpatur: sensuq; hominū manibusq; tenetur.
Vtq; potens natus regali ex virgine: vixit
Vt miser vtq; reus: folioq; simillimus acto
Sub pedibus feruicq; ferens opprobria chari
Non secus ac vincit cultris sitientibus agnus
Proh furor! irato tradetur vt hostia celo.
Tempus erit. sauoq; instructos Marte videbis
Summipetas viros virosq; cornua tetros
Atq; canes: stygiosq; duces: scelerisq; nefandi
Consocios liuore actos stridentibus iris
Mittere tartareas diuina ad membra sinistras.
Cerne catenatam tenebris lucem: inclyta colla
Restibus acta feris solem adnigrescere diris
Verberibus rigidis exesaq; corda flagellis.
Aspice lux quanto vacuetur sanguine fixis
Sentibus icca gemens: pallatia numina nō iam
Lumina cerne oculos etiam sub caede venustos
Cum dominum patremq; vocet sociumq; perennem
Non sibi sed genti miseræ sed & hostibus: eh iam
Aspice: vt egreditur nitidis exercitus vndis
Bella per & gladios: cuius pars maxima sedes
Non ante elistas sub amoenaq; fontibus arua

Sibylla agrī
pa.



Thalichristia

Vitalesq; dapes habitura est: fortibus equis
Quam delecta soror crebris regionibus illas
Deserat & quercus paulinaq; pocula vitrix
Sorbeat: & plenos fecundet huminis haustus.

Ecce deus proceres ignoto posse furentes
Rumpet & horrendas terreni principis alas
At sua lora trahet. summoq; excelsus olympo
Arcanum magniq; ferens decreta tonantis
Ecce aderit. mulier deserti in vallibus imi
Ad vulgata sonat: gemmis que ornata nouenis
Virginis os habitumq; gerens natumq; patremq;
Humanis generis puerum non sanguinis edet.
Ille erit ille mihi semper deus: illius aram
Lustret amor simplex: soliq; vacantia caelo
Pectora turbatq; vndarum oblita siori
Per filoem: pacisq; domos non merfa profundo
Sint in perpetuas lucrati temporis horas.

Sibylla phica.

En genus infandum stygii fera bestia ponti
Lucis adorta nefas nocturnumq; orsa furorem
Corruet: & telis calcabitur obruta sacris.
Nam venit ecce salus gremio de virginis. ecce
Aduenit ille potens insignis in aethera ductor
Lux patriae superumq; decus spes unica cuncti
Orbis: & immoto circumdet vt omnia gyro
Iam properat: blandiq; fremit sub pectore factas
Noctis in insidias. spumantia feruidus ora
Iam coluber cohibebit. adest sitis aspera contra
Stet licet ipse sathan gladiis aduersus iniquis:
Magna sacerdotis restabunt nomina: cuius
Marmora crura voces vt castra nitentia: longos
Igniferosq; pedes rigidos calcare leones
Qui valeant acresq; dolos arcesq; nefandi
Principis: ipse licet furis & dentibus atris
Mittere marmaricas festinet in arma leenas.

Sibylla lybea.

Expectata dies oculis placidissima nostris
En veniet: dominusq; poli dominusq; profundi
Labitur. ecce atras flamma illustrante tenebras
Tartaraq; stygii sub opaca furentia claustri
Aduenit ecce salus fraternis montibus. ecce
Nata sionei regis quondam aspera quondam

Liber quartus.

Fo. xxxi.

Cæca colubriferi transfixaq; cuspede conti
Iam videt atq; placet: tranquillaq; facta quiescit
Pulchra nimisq; alti circumdata lumine caeli
Gaudet ob & patriam maternaq; damna ruinam.
Iam taceas oculita cohors: labrisq; repressis
Desinite obscuris inuoluere candida verbis:
Vatibus atq; sonis iam nulla est gratia prisca.
Mutescet ieiuna chelys. mutescet & ille
Qui cineres culpamq; virum plagamq; reorum
Solutis cobareq; deflebat margine ripae:
Threnorumq; pater patriam lachrymatu habenda
Hoste sub & laqueis. satis est quod tempore tanto
Vester honos vixit: satis est pressisse iacentes
Enachios gentesq; feras arabesq; secasse
Sit satis & pauidi penetrasse per vltima ponti.
Conditor orbis adest. donec deus iste veniret:
Quem miseri montes. quem sicca armenta vocabant:
Gloria vestra fuit. concedite regna vocatis
Retigeris solo piscentur vt omnia verbo.
Hic sunt in vestris heredes fortibus. hic sunt
Turbida mundani quos horreat vnda popelli:
Qui laceros artus anfractaq; turpiter ora
Non trepidant: ipsiq; minis ridere tyrannos
Assueti horridas frustrabunt morte megeras.
Spes animis tanta est: superisq; e sedibus ardor
Vulnificus: vero sic corda simillima iusto.
En venit empyreo soboles aeterna teatro
Humanum subitura iugum. rex ipse deorum
Est homo. cerne virum gremio de virginis altum
Exire: infantem cunabula dira ferentem
Respice. matris adest vterus qui singula penset:
Et puer ipse pater: nostro qui impulsus amore
Regnabit pietate cadens qui perdita querens
Bina sub vnigeno concludet ouilia saxo.
En dominus veniet fructu de pauperis. illumq;
Orbis adorat apex: illi sua munera reges
Laturi ignitas placido clamore per auras
Dicent purpurei suprema per atria caeli
Laus domino laudis: decet illi carmina nobis
Ferre. sioneae praecelso in vertice siluae

Jeremias.

Per allegoriam.

Retigeris. i. a. postolito.

Sibylla Samia.



Talichristiæ

Te decet hymnus amans: qui nostro e pectore curas
Pellis: & in ternas aptasti ad carmina chordas.
Inclita saleneos tibi dentur vota per agros
Rex pacis: tibi cuncta sonent grantibus hymnis
Pectora pneumatici calamis motata susurri
Nos sumus imbelles miseri nos lucis egeni
Quos super astrifidi furiosa licentia tauri
Præualuit: captosq; trahit sub cornibus ipsi
Spe sine: de rostro in nos deus ipse superbo
Eriperes mansib?: populoq; piissimus omni
Saucia securam reuocasti ad agmina petram.
O fortunatum tibi qui assumptus: in omne
Tempus viuifici ditabitur incola cœli
Par meritis: par posse patri: par viribus ipsi.
Nos quoq; felices: si non malefecerit anguis
Immemores: habitare tui quibus inclita campi
Mœnia dasq; bonæ saturari panibus vrnæ.
Proh tua templa parens æqua & penetralia quisnam
Explicet: o torrens donorum maximus almi
Fons & origo boni carnato numine terram
Luctificam tetramq; sitim te fonte leuasti
Ebria ditatæ sustollens corda cateruæ
Astra per atq; aquilis lustrata cacumina veris.
Flumen aquis domini repletum est dulcib?: illis
Fercula viua paras arenata guttura donans
Lance salutis amor. qui se tibi credidit illi
Non dabis assyrio gurgustia picta veneno
Non putridos latices: nec amare pocula circes
Mella meruq; dabis: riuum eius lacte refundens
Lacte ouis inocuæ: quo quidquid fecis iniustæ
Mens habet ingeniti vertatur imagine riuus.
Mensibus & festis nutriens anniq; coronæ
Per benedicet amor: messisq; vberima longe
Vestiet innocui lætantia iuggera campi.
Pinguetq; solum desertaq; pascua pulchras
Ostensura comas viridantibus vndiq; ramis
Plena aderunt: placidæ colles ad gaudia lymphæ
Gingent: spretæq; ferent & germina siluæ.
Estaries indutus ouis. se vallib? imis
In segetis pleno diffundet copia cornu.

Liber quartus.

Fo. xxxvi.

Clamabunt pueriq; patrem: laudemq; ferentes
Cura erit æthereo dis pergere lilia cantu
In quibus æterni sedem sibi rector olympi.
En nouus ipse parens hominum florentibus annis
Carmen erit. cantate deo: mentemq; leuatam
Ducite theosonæ per prata nitentia nymphæ.
Heus proceres cantate deo: quos toruus iniquis
Gurgitibus plestebat aper: verbuq; salubre
Ferte per exosas gratissima nuncia terras
Ferte preces: ferte arma citi: ferte oscula vincto
Et sensus libate deo: nec sola petantur
Littora iordani resonent quibus inclita vocis
Robora: sed cressos calamos agitate: rubentem
Ite per euphratem: rhodanum: per frigida tauri
Iura per excinctos radiis vrentibus aphros.
Gentibus in cunctis exponite signa beatæ
Lucis: & in populis domini sit gloria cunctis
Edita. magnus enim dignus quem & cuncta sequantur
Sæcula: quem turbæ citharis albensibus actæ
Glorificent: solo qui mota tonitrua palmo
Incutit: & fortes draconum exterritat vrbes
Maximus & stygii tentoria nigra tyranni
Desuper. vnus habens quo cœlum & sydera formet:
Et ferat in nihilum: quo nomina falsa deorum
Frangat: & admoto rumpat fera tartara ligno.
Non nugæ aut fraudes: non & immania dirii
Vincla doli ante deum sedes habuere beatum:
Sed veri candor simplexq; modestia sanctos
Peruolat ante sinus: nec non pulcherrima summi
Dulcis imago boni famulū factura perennem
Magnificum & fixi sublimem vertice mali.
Heus domino patrie populorum afferte quietis
Cordibus igniuomos diua ad præconia cantus.
Ferte deo dulcem præexcite vocis honorem.
Gloriaq; æthereos circūuoluet aurea lucos:
Illius arcanum veneretur numen. & vno
Trinus in orbe sonet. dirum est tam longa manere
Tempora fraude Iouem: tripodes adisse nefandos
Niliacasq; domos & nomina sæua dearum
Sat sit: & obscuri lustrasse oracula sæcli

Psalm. dauid
Lætare dño can
tici noui. 26.



Thalichristiæ

Perfida nonq; deis sed linguis ficta profanis
Cum plus vera dolis semper fallentia testis
Acclartum phytium triphyleave querere monstra.
Iam micat altus honos domini iam vera salutis
Nuncia christano referant precordia plectro
Iam purus sine labe dies: iam cynthius orbi
Verus adest: fauet atq; viris & induit armis.
Quis vetat armatae prauincere sydera genti?
Et pedibus pulsare polos: manibusq; tonantem
Ad se ferre suum: firmatae & foedere pacis
Iungere odoratas acies & lambere mella:
Tollite corda pares hæc vera hæc hostia mentes
Tollite funerei resperfas fece chelidri:
Et circum firmi florentia limina castris
Pectore submisso suplices adorate silendo
Factorem medicumq; pium: quæ singula noscunt:
Et bene coelestes coluere per omnia ciues.
Illius a facie terra emoueat: & omnis
Lingua ferat cunctis mundi regionibus ipsum
Regnare intacta dempto sibi sine potesta.
Exultetq; solum: coeli adlatantur: & æquor
Concitet emotos vndosa per atria fluctus.
Cantet humis: placideq; toris vernantibus herbe
Prata: nemus: frondes: letisq; nitentia campis
Ligna canant dominum coelis aduentare: nec illum
Vt solet fratrum: sed amicæ pondera terræ
Qui subeat: nostrosq; velit perferre labores.
Sic soboles benedicta dei: benedictus & ipse
Sic deus & dominus selecte plebis opinio
Longa trophæa trahens precio de sanguinis. etiam
Lætificat populos materna clade peremptos:
Et redimit: seruatq; fouens: secumq; reducit
In regnum pater alme tuum. cornuq; salutis
Erexit nobis Davidis germine: sicut
Iam senibus promisit auis: saraica donans
Semina demissi preciosò corpore nati:
Sanctorum p labra loquens ab origine prima.
Qui sibi moseam p tanta pericula turbam
Seruauit manibusq; feris & fluctibus altis
Illeam pulchræ pmissa ad pasua terræ

Caricum Za-
charie.

Liber quartus.

FO. xxxiii.

Duxit seuorum calcata per ora gigantum:
Vt faceret pietatis opus cum patribus ipsis:
Dedere quis summi dignata est pignora doni
Mafestas inuicta malis: vt iurat ad illum
Qui bona pacifice suspexerat vltima membrae.
En venit. ecce datur. procul hinc absistite terror
Et metus horrifici nocturnaq; tela barathri.
Erepti & laqueis per flammam bella per hostes
Seruite huic puris animis: cunctisq; diebus
Querite conatu nec vos labor opprimat vlllo
Quid placeat regi: cuius super astra ministri
Imperitant sceptris per secula cuncta decoris.
Tuq; puer vates domini diceris. & eius
Ipse parabis iter: verboq; & flumine sacram
Ante vltimam: æthereæ vicina piacula lymphæ
Predices & pacis aquas insignia primi
Solis: & ipsa agno tergendam cadauera cæso
Ferre salutis opem. per te sapientia plebem
Edocet: & nostro scelus exulabit ab agro:
Incipientq; atre fluuiorum albescere turbæ
Sub ripis: nitidoq; caput preconde re celo:
Summaq; mundatis tractare negotia dextris:
Viscera per domini: quibus ille piissima mœstos
Exoriens populos coelorum ex arce reuifit:
Electibus & tenebris & amaro puluere tactis
Luceat vt: tremulisq; ferat vestigia plantis
Fundamentisq; suis: tranquilla ad moenia charis
Pacificalq; domos: ad aquas nos prouocet vnus
Ostendens pia signa pedes: dextrasq; latusq;
Sentibus & rigidis rorantia sanguine fersa.
Finitur liber quartus Thalichristiæ.

Argumentum quinti libri Thalichristiæ.

Virgo oritur domino genitrix electa beato.
Ducitur in templum. coelorum & voce maritum
Accipit. & votum non virginitalis amoenæ
Hæc violat coniuncta viro: descendit ab alto
Æthere qui summi prestat sibi nuntia nati.
Assentit. verbumq; caro fit sanguine puro.

Thalichristiæ liber quintus.



De Joachin et
Anna.

Isaac sacer =
dos ex pbat io-
achi sterilitate:
eius pellit e te =
plo.

Oratio angeli
ad Joachin.

Thalichriste

S Ed iam tempus adest: per amoenę copia lucis
En venit: ecce chori sonuerunt tympana sacri.
Horrida tartarei rupturus classica regni
Rex venit horrentem cęsurus funere mortem:
Quem pietas primis domini pmisit ab annis

Effuso immundas loturum sanguine terras.
Ioachim nupta viro iam sanctis anna diebus
Splendet: & innocuis fletebat numina factis
Ad se. virq; simul: superis qui glorius armis
Pectoribus nostris quamuis dirissima: quamuis
Fortia posse teri testatur semina morbi.
Quem virtutis amor vereq; incendia vite
Suppeditare valent: lucemq; infigere menti
Quę sit perpetuis victura perenniter astris.
At vero optata in donatus prole dolebat:
Infamemq; torum maledictaq; nomina secum
Ingemit: anna simul. dure hos oracula legis
Exagitant: longis & inurunt pectora curis.
Corde tamen dominum venerantur semper: & ecce
Vir bonus vt sancto libaret munera templo
Hunc vbi clausa dei non noscens mira sacerdos
Isaac: magni prospexit cardine templi
Sub missum placidis flexurum numina verbis
Sic ait. & sancti prohibent te iussa magistri
Hanc sine prole domum: templumq; intrare verendum
Esto vir esto procul nec terram pollue sacram
Quem sterilem pia dextra notans his arcet ab aris.
Occupat inde genas hominis verecundia castas
Extemplo & timidis quasi falsus crimina membris
Quorum nec primi mens est sibi conscia teli.
Perfugit in campos armenta; pinguis solus
Aspicit vt valeat miserandas pallere curas
Aspicit ille boues: dominus tamen aspicit illum
(Viderat hunc semper) primisq; ex millibus vnum
Mittit ab angelicis faturq; hęc nuntius alis.
Me deus. vrgentem pateris qui hucusq; dolorem
Respice vir tandem domino pia gaudia pleno
Suscipe: iamq; deo qui dat bona cuncta beato
Fer grates natam dabit hic tibi munere pulchram
Quam sibi namq; deus prelecta est crimine magnus

Liber quintus.

Fo. xxxiiii.

Servabit ne lædat eam flatusq; potenti
Conteget & noxę dimotis sordibus atrę
Conferet huic: regis mater sit digna beantis
Erratura casis veniant cum numina vestris.
Hancq; dabis templo: quo viuens candida virgo
Vera nitens alti conscendet ad vltima regni.
Dixit. & in dextram roseis se sustulit alis.
Atq; eadem sanctę presentat dona maritę
Quę simulac placido concepit nuncia sensu
Sternitur: & talem dabit imo pectore vocem
Da bonitas tua facta loqui. da munera dignis
Sensibus alta sequi: quę dat pia dextera nostris
Non meritis: sed mota boni pro robore summi
O pietas. solitis clarescant hausta querellis
Lumina nostra. ruunt iam tela furentia. quando
Quando erit vt dulces possint mea pectora voces
Semper habere tibi: magna est tua gloria. paruis
Viribus hęc medioq; arefcit lingua palato
Vocis inops. quantum de summę munere dextrę
Venit onus: plene teneor nunc tempore vitę
Quo mens ista deo penitus tibi seruiat alto
Quærere opus: quantis ditabo carmina neruis
Læta: quibus ve modis: valeam quis munere tanto
Dignos ferre sonos: grates actura perennes
Pectora non fessis victurum ducite carmen
Vocibus: ecce tuos solaris munere seruos
Luciparo: tanquam si humanę pondera culpę
Non videas: gressus vel non bene noris iniquos.
Qui scelerata altum scrutatus facta flagellum;
Incussurus eras horrentia fila relaxans
Dona refers: geminas effundite pectora linguas.
Quid faciam regi possim quo offerre beanti
Tyssia: centenas implere ardentibus aras
Lancibus & tremulas perfundere sanguine vittas
Non satis est. terra quę solum diligit ista
Corda dabo: & radiis exponam viscera veris.
Non minor interea ioachini cura supernum
Tollere voce deum: gressusq; in tecta citatos
Dirigit: & clausam penetrati sede maritam
Inuenit: & gratis ostentans gaudia signis

Agit anna deo
gratias pro pro
missa filia.

Tyssia gen^o ho
locasti purissi
mum.



Conceptio in-
maculata virgi-
nis marie.

Thalichristiæ

Rettulit hinc plene simul hæc & nuncia. iamq;
Nox erat: & lætis lucebant sydera campis
Grata simul nullis mœrebat pressa tenebris
Terra velut primo canderet phœbus eoo
Amboq; ne tanticaruisent munere doni
Casti animis: lecto posuerunt corpora mundo.
Candidior cunctis: o nox memoranda diebus
Saluæ. æterna manet tibi laus & inclyta semper
Gloria: te regno sustollent læta profundo
Colla patres gaudete vtri: sacramq; per orbem
Læticiam lætis festiuum spargat habentis
Missa quies: roseoq; ferat pax aurea curru
Iam pecus ebronice per prata virentia siluæ.
Vos quoq; thespides quondam pia turba sorores
Si quicquam vestri quod non sit fabula doni
Bellerophontas hæc ferte in carmina lymphas
Aontasq; domos: & tecta virentia campos
Linqute & ascreos: vobis iam templa decoro
Fixa tago: primi ripisq; potentibus auri
Sumite dausticos psallentia tympana cantus
Tempora iam clari veniunt promissa trophæi:
Iam noua seruando fulgescent gaudia mundo:
Iam venit illa dies sæuos fractura furores
Serpentisq; caput: nec iam tolerabile sceptrum
Ditis: & optati crepuerunt flamma ventis:
Iam dies illa venit rigidum cæsura tyrannum
Virgo venit: tenebrisq; venit lux abdita: iamq;
Virgo patrem paritura venit: proh gaudia. iam iam
Concipitur. quantum semista cadauera donum
Debetis nitidæ qua prima piacula nocti
Incipiunt christi vicino sanguine tergi.
Hora beans nimium fœlicia tempora: fœlix
Hora beans cunctis herescens crimine natæ
Crimen: quod populis materna superbia cunctis
Fuderat: electam prohibetur fece mariam
Commaculare sacram: sæui nam criminis ante
Quam lex lata reis: dominus seruarat ab ipsa
(Nota loquor) claram cuius de carne puellam
Sancta potens viuo legitset semina nato:
Et iam tempus erat nocturnis cynthia flammis

Excipit conceptio
marie a comuni
lege ppter sine
q erat incarna-
tio dei.

Liber quintus.

Fo. xxxv.

Quum noues syriis flexarat cornua regis:
Iam matrem dulcis vexabant pondera ventris.
Annaq; iam niueum properabas edere partum.
O bona lux. toto fundantur gaudia mundo
Et superis pleni descendant collibus hymni
Nascitur: oh mœsto nunc primum rixa barathro
Incipiat diris furias agitare flagellis:
Oh. oh. quis miseris cantaret læta peremptis
Nuntia: pro tempus cuperet quo quisq; beatus
Umbrantes flammis: timidas penetrare cauernas
Intus adire patres sub opaca nocte facentes
Dicereq; egressam materno ex ventre mariam:
(Vocem audite poli) que summo candida regi
Certa parens primæ tersuro crimina noxæ
Porta boni passum miseris prestabit olympum.
Nexibus: o cæcis lætisq; coercita vinculis
Plaudite & æthereas surgentia claudite lymphas
Pectoribus nigro mortalia corpora cæno:
Iam vicina salus mundi: iam virgo maria
Nascitur. o quantum riserunt secula dicto
Nomine mœsta sacro: quantumq; o corda canentis
Secum grata sonant superas & aguntur ad auras:
Fortunata manus que primum substulit illam
Nascentem: gratum memoranda o brachia purum
Fertis onus: mulier toto venerabilis æuo
Semper eris: dominam manibus que prima beatam
Accipis: o tantum si fas optare quis illam
Cerneret inferni fracturam colla tyranni
Quæ furias tetrumq; iouem: turbamq; superbam
Dilaniet: cœli quam sperant regna: chaosq;
Iam lætale tremis rupturam tartara fructu.
Ventris: adorandæ quis det mihi membra puellæ
Cernere: qua æterno mors est claudenda sepulchro
Ipsaq; pandendas promittunt sydera valuas.
O mihi. qualis erat: quanto cum grata decore
Deuenit in mundum que instaura sancta peremptum.
O quanta in toto viguerunt gaudia cœlo.
Angeliciq; chori trino præconia sancto
Ter recitant vocesq; piæ pulchro omnia vultu
Læta dabant tantum venerantia sydera festum.

Matuitas vir-
ginis marie.



Thalichristie

Clarior & phœbus miserandum lampade limbum
Circuit: & viuos sperant suspensa nitores
Agmina mœsta virum nebulis circumdata tetrīs.
Et iam virgo decens miro nutrita decore
Apta deo æthereas voluebat pectore curas
Iam patribus iusti veniunt iam tempora voti
Proflitam inferni rabiem visura tyranni.
Virgo igitur vitę properans ad gaudia lætę
Ducitur in sanctum quo tunc sua pectora templum
Obtulit alma deo: cui post dedit vbera nato.
Hoc erat: & teneris iam cœlo inserta sub annis
Alta mouens animo: numen merebatur olympo
Cernere: & æterni pensabat facta magistrī:
Factoremq; bonę sublimen in culmine vitę
Trinum: vnumq; deum frontisq; immensa serenę
Lumina: mellissuas & amicis sensibus offas
Hinc vehit: & viuā lustrato pectore flamma
Lactea legiferis lucratur tempora chartis
Hortaturq; alias diuina ad iussa puellas:
Instruit & sociosq; modum suadebat amandī
Principium finemq; deum: normamq; petendī
Haud renuenda docens veniam: vitamq; viamq;
Fœlices quibus vsus erat sermonibus almis
Hanc comites: sanctamq; loqui: sanctamq; videre
Præsentem: & veras audire & reddere voces.
Ecclēces socię quibus est ea gloria magnę:
Fœlices dominam comites quia cernitis illam:
Quę dominum niuei defleat cordis odore
In latebras veneranda suas: quę sæua draconis
Colla necat: rigidosq; valet dirumpere dentes
Ditis & horrendas flammatis frontibus hydras
Inuisitamq; necem: tabentem sternere fraudem
Quę parat est soli cui regna latentia cœli
Pertractare datum: niueoquę magna supernam
Pandet amore vsam. dominam cognoscite seruę.
Corpus & extensis part: arum ducite palmis
Verum hominem simulq; deum. præconia tante
Virginis in fractis efferte ad sydera linguis.
Hęc prima æterno firmavit candida voto
Virginitalis opes. proh quanta est gloria: carnem

Præfatio marie in templum

Exercitiuz marie in templo.

Laus marie.

Maria p̄ma fecit vestis seruā de virginitalis.

Liber quintus.

Fo. xxxvi.

Vincere: quod castas similes facit esse puellas
Virginis: est domino genitrix quę electa beato
Ante dies: parti quę regnum lucis ademptum
Restituit: gremioq; fouet quem sola parentem
Nec mare nec cœlum nec totus sufficit orbis
Vt capiat. grandes actura es vrfula voces
Et tecla intactę docuit quę prima marię
Pernitidam carnemq; immunes ducere sensus
Criminis: oh. viuum recites clarissima cantum
Virgo sequi gressus cupiens catarina beatos
Nam nisi cœlestem hæc referaret corpore callem
Tu quoq; nescires & sponsa vt virginis esses
Signa ferens digito cœlestia coniugis albo.
Hęc vt continuis laudaret numina verbis
Summa per oblatam sociarum voce salutem
Dat domino grates: responsaq; digna videntes
Hęc: auctore sacre duxere simillima turbe.
Perlegit hæc vates: vtq; ipsa ad verba legendo
Venit venturum populo signantia verbum
Gaudia digna tenet: miroq; in cordis amore
Non bene perlectas inmittit pectore chartas
Cordis amœna bonoq; adiungit basia libro.
O quoties quoties matrem venerata nitentem
Corde placens proprias cantauit ad æthera laudes
Seq; putans aliam: quoties quotiesq; rogabat
Ipsa patris matrem si se voluisset habere
In famulam. quoties cœlorum in sede potentem
Contemplatur eam: diuine & corda puellę
Offert danda sibi flammisq; agitata supernis
Ipsius in magno lucentia nomina cœlo
Inuenit. ast claram prælustri sydere plenam
Te dominam virtutis ama: cui seruiet alti
Turba beata chori: retines quę testā salutis
Claustra manu & lacero præstas medicamina mundo
Da tibi gaudentem tua sunt hæc munera laudem
Te solam. ipse cupit solus tibi sola parauit
Dona deus niueo venturus corpore carnem
Assumpturus eam per quam sua regna vocatis
Tradat habenda viris. grates tibi virgo perennes
Sola dabis: quę sola potes curuare tonantem

Maria hęc salutationis morē p̄ma inuenit vt i resalutatioe disceret deo gr̄as.

Maria in legis & prophetarum lectione meditata batur.

Laus marie.



Thalichristæ

Maximus vt veniat morituræq; membra reposcat
Viuus: vt in fernis exurgat mortuus armis.
Te matrem ipsa voca: nam si tua facta requiris
Inuenies vnam que dices sydera solam:
Vnam quam seui dirissima tela tyranni
Pertimeant timeatq; dolus: frendensq; tremiscat
Tartarus: horritonq; amittant pabula flamme.
Nonne vides flatum totam qui infusus amœnum
Confouet astruomos meritis amplexibus arctus?
Cur non cum tantam matrem veneraris in ipsam
Ventura illeſo meditaris præmia vultu:
At vos: o comites magnum est in virgine nomen
Quid facitis decor ista polli: decus ista perempti
Seminis: huic suplices meritis cum laudibus omnes
Obsequium præstate pium: summissaq; corpus
Colla ferant niueum ne forte incautibus albos
Vulneret ista pedes: manibus cœsura tyrannos
Ducite membra feros: sociamq; adorate puellam
Vt licet: hæc laceris expendet rura colonis
Vitalesq; domos: & opacam montibus vmbra
Irriguis. regemq; inter morientia magnum
Iunget amicitias humanaq; semina vite
Perdita restituet: generosaq; tela parabit
Versus in vrgentem qui cuncta hucusq; draconem
Dilaniat longisq; refert monumenta triumphis
Exuitas belli nigra in subsellia nostri
Hei mihi. nunc totas acciri in carmina musas
Non iuuat hæc: nullis datur & præconia verbis
Virginis vlla loqui post summum summa tenentis
Culmina: nulla valet mundana potentia tantum
Pandere voce decus. proh. copia perdidit ipsa
Ingenium: culmos & terra vberima longos
Præcipitat: iubet ipsa fari tam digna vereri
Maestas: vetat ipsa loqui: densumq; per equor
Non sinit iri ratem: quassatam & gurgite puppim
Vnda refert. metuo: sed tu tibi cognita virgo
(Plura potes) faueas: vt saltim charta figuras
Exponat: primum & repetamus carmine somnum
Astragis. hic vitem præspexit nocte decoram
Ex vtero nate crescentem: floribus altis

Laus marie.

Figure beate
ginis marie

Liber quintus.

Fo. xxxvii.

Quæ formosa suo mittebat semina regno:
Ac patriæ placidam præstabat frondibus vmbra.
Dicitur ingentem paritura est ipsa nepotem
Magnanimos interq; duces: & maxima quondam
Inter colla nitens veniet: fuit ille per alta
Sydera non lassis inimica cede lacertis
Qui tulit vsq; caput claro qui capta triumpho
Reste palestine religauit brachia gentis.
Astragis hæc nata est: genitrix pulcherrima: vitis
Nam vera: & ramos das luco solis: amœnos:
Frondibus & gratas effundis vallibus vmbra:
Dasq; hominem propria dominum de carne ferentem
Antineces gladios vexillaq; grandia vite
Arboris ipse atras ceu lucifer igneus vmbra
Effugat. & sevas precioso sanguine turbas
Vincit & oblectas stygia ferrugine portas
Pandit: & exuinctos perducit ad æthera seruos.
Hæc per signatam conclusi graminis vndam
Significatur. eam clausam nam pectore matris
Creditor æterni signatam caute sigilli
Sanctificasse deum: fota qui clausit in ipsa
Virtutem lucemq; sacram: radiosq; quod vnquam
Non sit pressa dolis nocturna ad nubila tractis.
Hæc quoq; que tumido moribundas equore nostras
Dirigit vna rates sydus venerabile terris
Corda mouens viso per vatem cernitur astro.
Regis & in virga patris de stirpe creata
Secula mellifluis mulcentis cantibus ipsa
Præsignata parens: casto: que adiuncta parenti
Tam viridis viridem genuit de sanguine florem.
Radix sancta nimis que fructum florida tantum
Præbuit: humanæ qui dat medicamina morti
Purgat & immanem que in festo tempore pestem
Nostra venenatis violarat corpora succis:
O fructum summe sanctum floremq; decorum
Cuius odor valuit flammatum scandere cœlum
Ignitasq; domos dominicq; hucusq; seueri
Lenit adoratum trino diademate vultum.
Qualiter & florem peperit non rupta nitentem
Vidimus in clausa que nunquam e cardine porta

Iste est christus rex
perfarum.

Applicatio figu
re.

Alia figura bea
te virginis.

Alia figura: vir
ginis.

Alia figura vir
ginis.



Thalichriste

Voluitur: intrantes que arcebat lumine gentes
Intrabatq; deus vate illam teste beatus
Soli & aperta patri patuitq; & clausa potenti.
Hanc quoq; que immundum prohibetur tangere mater
Sanctis: hancq; nouum diuina ad foedera plaustrum
Signabant: viua & templo splendente lucerna.
Cernitur & templo mater solomonis in illo
Ex auro & gemmis candenti & marmore. virgo
Candida namq; fuit: que mente & corpore nouit
Primigenum seruare decus castissima gestans
Pectora quae nitidis superauit carnibus omnes
In candore nives purumq; ardebat vt aurum
Dulcis amore dei primoq; oriente beate
Virtutis gemmas referens ingenia nobis
Dat monumenta bonum caelorum in vertice nummum
Condere non seuo ledendum tempore. nulla
Quem rabies humana premas. oblatio sancte
Hinc fuerat nostrae tandem preostensa marie
Regis amica sacro cum fertur victima templo:
Thura dabant roseo prebet quia lumina pncebo
Heliseque: pleno & mittentes retia ponto
Piscibus obiciunt: illosq; vt ferre putarunt
In medio claram piscantur gurgite mensam:
Miraq; adorato redduntur munera pncebo:
Digna velut radis placidis inuenta sub vndis
Aurea mensa quidem tu virgo es candida nato
Digna deo: soli donaris munere vero
Qui tenebras frangit: qui noctem visus ademit
Verberat & gratas radiorum lampade terras
Pulchra & mensa: sacras miseris que cordibus escas
Caelestesq; cibos alimentaq; vera ministras:
Viuificumq; merum panemq; ex corpore cuius
Agnus & ille venit per quem ratione peribit
Dilacerata fames pecus & qui carne decora
Pascet & arentem satiat sanguinis orbem
Fluminibus vacuum repletia pocula celum.
Moribus interea nitidis crescebat & annis
Virgo parens seruata patri. pia corda mouenti
Desuper hoc dignas tam summo in munere flammis
Angelicis seruata vris: qui semper obibant

Alia figura vir-

gatus.

Alia figura.

Alia figura.

Alia figura.

Alia figura pre-
sentationis ma-
rie in templo:

heliseq; .i. sequa
ces solis.

Liber quintus.

Fo. xxxviii.

Dulce ministerium: diuinaq; carmina letis
Vocibus in refuio prestabant melle phalanges
Aethereq; turbas erat en tibi cernere sacras
Associare deam (si fas est dicere) nostram.
Ornaturq; choris virgo haec caelestibus ingens
Aula dei: caeloq; splendet pulchrior alto.
Paruula mortalem si quando ad moenia regem
Creditur ire: ruunt famuli: pariterq; superbos
Prestruxere toros quibus inrequiescat: & illum
Expectant gratis rutilantia culmina testis:
Esse putes nostro constructa palatia christo
Qualiter haec: sceptrum regnis qui albensibus altum
Aethereamq; domum & fragrantis incolit arces
Inperit quo cuncta mouet: quo cuncta supernus
Mente tenet: ventura videns: presentia cernens
Preteritum nostrisq; oculis quod semper in ipso
Est prebens: solus qui fecit caetera: quisq;
Cuncta regit: quali concurrent lumine primi
De famulis quos ipse fouet quos condidit vnus
Caelicolas aptare locum: triclinia summi
Principis: intacte que corda excelsa fuere
Virginis: haec quanto miscetur regia luxu
Interius dux alte puta: summaq; quando
Chamaleonq; velut varios in luce colores
Suscipit humanus diuina indagine sensus:
Pectora volue miser vitiat's vsta falernis:
Atq; salutata patrie de fontibus vndam
Ingenii bibula venturam in funde lagena:
Arbitrio tibi cuncta patent: mutanda per omne
Quod cupiat mens ipsa rapi: caelestia votis
Vel terrena tuis sunt peruisa: more ferarum
Brutescet qui carne iacens dormitat. & inter
Non bene tam notos vertentia sydera lapsus
Sydus eris. q; animum maforaq; vota secutum
Inq; relegatum viue penetralia mentis
Si referas: regni trascendet vincula leati
Angelicos interq; choros albensia purus
Agmina conspicue lucis fulgente corona
Stabis: & ante caput membrum venerabile letum
Vtq; seraph dulces absorte mentis amores

Excitat affectu
p comparationez.

Mira fors hos
muns.

Nota hominis
dignitatem.



Maria moreali
arum virginum
no voluit assen
tire matrimo =
nio.

Draculum cele
ste ad sacerdotē
qd faceret i ma
trimonia virgi
nis.

Thalichristie

Percipien: scherubimq; velut splendoris amicos
Dans radios: sicutq; thronus distantia longe
Clasasq; cunctorum penetrans fundamenta rerum.
Tertius vndecimo dominam iam coeperat annus
Publica & hæc omnes constaret tempora quas tunc
Iam compleffe tori nexarent vincula sancti
Pontificis clasas vrgebant iussa puellas:
Coniugiumq; petant: nec enim tunc temporis vllum
Relligionis onus quam vincla iugalita terris
Arctius ignotis: quod pectora conderet astris:
Pectora terrenas non admittentia curas.
Lux latet: vt mundo nascantur semina: nondum
Connubis pugne dat tela basilus alte
Clara potens socias nondum docet ipsa verendas
Contempisse famen: rursuri temnere secli
Diuitias crassum aspirare in lucis acruum.
Iussa parant alie: summissaq; colla maritis
Dant placide: repetuntq; domum. sed virgo maria
Sola negans viuo cupsebat viuere voto.
Digna sacerdotem vexabat cura timentem
Frangere vota deo: thalamis & virgo negatis
Ipsa nouos celes poterat inducere mores.
Quid faciat violare nefas si vota: simulq;
Ni violet: variis dubius metitur vtrumq;
Sensibus: angelicoq; expectans pergere iussu
Consultit ora dei: voluit qui vtrumq; roganti
Ferre illi: & sanctam sub vtraq; in parte medellam.
Ecce autem: vox lapsa polo peruenit ad aures
Hortatur dulcemq; legant in carmine vatem
Quo iesse egressam recitat de germine virgam.
Vt videant hac luce viro cui corpus habendum
Virginis: vtq; sacrum seruetur foedere votum.
Verba vident: dicta ante notant: iam templa subibant
Hi proceres siccis quos nondum vincula ramis
Sancta tori longas nexerunt pectore curas
Inter & est lectos eiusdem: sanguinis ipsos
Ioseph: quem doni sperabant munera tanti
Pauper: habens animo gemmarum millia pleno:
Plurima qui feruens veteris contagia morbi
Idaliasq; acies: ac seua cupidinis arma

Liber quintus.

FO. XX.

Calcare & stygium potuit vincire tyrannum.
Tradita cui castis fatalis virga manebat
(Fata voco decreta dei firmissima. non quæ
A celo: aut certis contingunt eruta causis)
Vt manibus viridem subito dat culmine florem:
Turgentescq; refert gemmas. mirabile visu
Hanc super excelsa descendens sede columba
Pontitur: inq; nouo turbantur lumina casti.
Præcipue cui maius onus miranda sacerdos
Facta videns: cunctos domini in præconia neruos
Extulit: atq; viro sociauit rite beato
Coniugio dominam stabili: nec virgo negauit:
Ille nec alterius namq; alter munere sancti
Spiritus angelicum valuit transcendere votum.
Fortunate senex cui tot durasse per annos
Traditur vsq; istas immunem coniugis horas
Vt dominus nati foelicia templa superni
Hæc seruanda daret: summo pete dona regenti:
Pignus amoris habes: electæ & corpus amicæ:
Quam fecit factamq; fouet quod casta potentem
Sit genitura patrem: digno genitricis amore
Quam coluit dedit ipse tibi: quam cætera plusquam
Diligit. o quantos tibi vir memorande triumphos
Omnipotens aptat foelici tempore quantus
Surgit honos: magniq; decus nomenq; mariti
Est seruire deæ laudes cui cuncta mariæ
Astra dabunt: cœliq; omnes ac perdita tellus
Ventre redempta sacros recitabit dulciter hymnos.
O venerande senex nostrarum maxima laudum
Pars & habenda tibi pariter cum coniuge: nostro
Patris adesse loco pro maxima munera christo
Cui datur: & dominum manibus nutrire supernum
Cui datur & fletus: & curas virginis omnes
Mulcere alme comes dominæ solatia fessæ
Sancta dabis. cum lassa viet phariasq; per oras
Effugiat diri metuens mandata tyranni.
Auxilium bello turbæ pereuntis amaro
In manibus pater alme tenes: & pauperis orbis
Thesauros: regniq; caput: flamman tia cœli
Lumina: perpetuum summi omnipotentis amorem

Virga ioseph
floret.

Despōsa virgo
maria ioseph.

Hecq; alter cōse
sisteri alteri ni
si vocete spū scō
ali alteri? ppo
steti cognouisti.
Hec ambrosi.

Laus ioseph. vi
ri marie.



Thalichristiæ

Vt serues lecti commissum foedere sancti.
Aspice ne longos patiaris rumpere quæstus:
Cum petat amissum gemebundo pectore natum.
O felix custos dominæ tuus aspice quantum
Crescat apex: veræ tibi dantur moenia vitæ
Arx tibi celsa datur: quæ tantum fulta duobus
Armiferis totum potuit contemnere mundum:
Mille tenet clypeos: quorum sub tegmine nunquam
Nostra acherontani raptabunt colla capistræ.
Virgo senex domini virgo venerande superni
Custos matris ades: donumq; hoc sancta parauit
Virginitas: corpusq; nitens: nam sic vbi sæuo
Tempore discipulo commisit numina casto
Virginis: esse parat seruandam virgine: teq;
Virginitate vocat: te viuens concinat ætas
Sæcula tota canant: laudesq; effundere dignas
Tempora nulla vacent: proh quanta est gloria. solus
Dignus eris magno cui regis dextera mundo
Seruanda ætherei committat dona metalli.
Nemo tamen fidens inuentis audeat atris
Damnare inuuptas mater quia sancta puellas
Sit nupta: & socium teneat lux nostra maritum.
Sunt etenim multe virgo quibus inclyta causæ
Iungitur ista toro: prima est. ne credita virgo
Vera velut iustas pateretur adultera pœnas
Tempore quo natum signaret ventre repostum:
Ventræ & elati petitur si causa: maritus
Liberat hic nũueam linguarum a vulnere famam.
Huius & in sancto cum non sint semina christo
Iuncta deo: lecti communi nomine casti
Dicitur esse pater: virgoq; immunis ab omni
Crimine virgineum fecundo in ventre decorem
Seruare ignoto potuit coniuncta marito.
Vtq; sit antiquo pietas occulta tyranno
Ignoretq; deum: valeat nec cernere tenfos
Virginitate dolos: instructaq; funere tela.
Altæ etenim causæ irarum sæuicq; dolores
Semper erant animo: manet alta mente repostum
Iudicium: coelq; domus mutata cauernis
Excrutiat: gladiusq; necis: tabosa furensq;

Assignatur ca-
use cur maria
traddita est ma-
trimonio.

Idest a rumore
plebis.

Liber quintus.

Fo. xl.

Inuidia electe superanda in sydera turbe
Viscera rodit hians: metuebat tempora flammans
Bellua quis tristes exoluat carcere gentes
Iustificus: qui vincula dedit: iustumq; requirit
Omnibus in terris pauitans: si forte virum quem
Inuenire potest: cui primi damna parentis
Non valeant nigro moriturum immergere ponto.
Inuenit & nullum: nam quamuis singula christi
Facta videt cæcis præbentem clara leuatis
Lumina nunc tacitas soluentem pectore linguas
Nunc quoq; de clauso cæcos reuocare sepulchro
Virginis ignoti fraudatus voce mariti
Esse putat natum damnato ex sanguine christum.
Virginitasq; latet: latet & mortalia summum
Summere membra deum.
Nam nisi nesciret serpens lacerandus inermem
Deuenisse ducem qui summis infima rebus
Tungat: & argentes precioso sanguine fordes
Abluat in fixis pansurus sydera clauis:
Nunquam quippe male corrumpet ilia turbe
Nec peteret rabidum diuina ad membra ministrum
Monstrous laceranda feris: dirosq; furores
Hic potius cohiberet agens: testesq; scelusq;
Panderet. & tetræ turbato præside flammis
Infanti armatas arceret sanguine dextras.
Ipse etiam clare veluti spectator adesset
Lucis in hoc clausam resonaret corpore lucem
Huncq; hominem simulq; deum veramq; tonantis
Progeniem: patrio lapsam descendere cælo
Clamaretq; nefas verba accusantia christum
Immeritum: & falsos acciri ad crimina testes:
Aeternoq; reas maculari sanguine turbas
Deniq; tartareo si nosset prouidus orco
Non sibi cædendi vitasset funera christi.
Onimium venerande senex sub tegmine cuius
Incidit in laqueum laquei mortisq; repertor:
Retibus ignoti captatur bellua christi:
Horrida & infernas amisit seruidus artes
Piscator populi linitis melle sepulti
Anguibus: ecce tuo pendet deprensus in hamo

Laus ioseph ex
conclusis.



Thalichristie

Fortunate senex sub cuius tegmine fraudes
Indidimus fraudi: fallatur fallere semper
Qui solitus letisq; infundere mathea vasis:
Pro te funeream non visis nexibus hydram
Vincimus veloci; tui sub nominis altum
Non videt illa bonum: tenui nec puluere fortem
Sentit stare ducem: pro te frustratus in ipsos
Corruit ille dolos potuit quibus inlyta seuus
Laetifer aeterno subnectere colla capistro
Tempus erat summi promissum munere doni
Quod fuerat: superis quo lux & gratia regnis
Deuentat: miseros & flamma & sanguine merfos
Quae leuet: & turbas squallenti puluere iactas
Suscitet: & busto maternae cladis acerbo
Sanguinis ob dulcem sint fusa piacula fontem.
Angelus a domino gabriel demittitur alto
In nazaretheos ducturus nuntia campos
Que mare que terras quae totum dulciter orbem
Quem primaeua nigro clausurunt crimina ponto
E luctu ad superi reuocassent gaudia regni.
Ioseph sponsa deo genitrix electa beato
Tunc erat: vna deo genitrix que digna: paratus
Cui pater est rerum quod sit sibi filius: vna
Nobilior caelis: cunctisq; nitentior astris
Vna: potens verè diffundere gaudia vite
Cum pariat: preciosa: bonis pulcherrima cunctis
Vnica: cui summus potuit que munera natus
Cuncta dedit: moestos letantia carmina vultus
Illa legens: populis patria que clade peremptis
Promisere deum: tergendam in crimina natum.
Angelus hancq; petit: namq; ad hanc deus ire volentem
Iusserat: inferne quod ferret signa ruine,
Armaq; sub stygiis ventura potentia campis
Paruit. ecce casam simulato corpore letam
Introit: ad dominam loquitur sic. aue maria
Plene chara deo: domus ille tecum altus: & inter
Foemineum sexum summe est benedicta. loquentis
Vocibus in mediis turbata est virgo. sed vnde
Vnde timor genitrix: vnde istum sancta ruborem
Fers roseis tremefacta genis: audire nouum ne est

Salutatur maria ab aegelo ga bucle.

Anuntiatio vite.

Alloquit angelus mariaz secū dum lucam.

Liber quintus.

Fo. xli.

Angelicos tibi virgo sonos: inopinave surgit
Caelorum vox ista parens cui constat vbiq;
Aethereos cantare choros: dominūq; supernas
Excubias laeta circū seruare corona:
Quem metuis soctum tenuisti ex ventre: nec vnū:
Sed plures turbae numero saq; castra beata.
An quia corpus habet finitaq; membra creatus
Sicut homo: formamq; paues: faciēq; virilem:
Virginis est trepidare metu casusq; loquentis
Vocem horrere viri: sed cur mortalia corpus
Ora timet domini seruatū numine: curve
Custodia deo taceas nunc territa: virgo
Virgo times hominē quae vinces tartara quam nūc
Horridus inferno formidat lusor in antro:
Virginitas graciles inductet mente pudores:
Hos cur diua metus: regi tua nāq; voluntas
Si petitur magno regni & caelestis origo
Te sine uon charum sacratū mittere verbum
Viferibus voluit vere illustrissima quis te
Virginitalis ea queat exturbare corona
Qua venias nitidi super alba cacumina regnis
Quis tibi nostra salus furis agitatus iniquis
Vincula vel fraudem vel saeva inferre parabit
Vulnera funestis manibus si summa potestas
Consensus petit ipsa tuos & dulcia verba
Quarit vt his nostrae vanescant semina culpae:
At virgo stupuit: propriis quia laudibus hēsit
Lingua pauens quonia pudor igneus vltima secū
Verba premit turbatq; facer tunc nuncius in fit.
Vnica turbantes o virgo ex mente timores
Excute: nā dominū iam perdita gratia magnū
Iuxta inuenta tibi: quā longis maxima vitae
Semina per nostros sparsura es viribus agros.
Concipies vtero sanctū partēq; deiq;
Natus erit: natusq; tuus verissimus. illi
Et sedem deus ipse dabit dauidis: eritq;
Rex terrae: rex atq; poli: regnabit Iacob
Inq; domo. regniq; eius non tempora finem
Vlla videre valent sobolem ventura per oēm.
Hic timor: hic labor est: turbantem & casta pudorem



Thalichristiæ

Nunc renocat: manet alta fides: nã legerat ante
Virginis esse deum venturum corpore: credit:
Nec se nosse vetat: sed dignam munere tanto
Non putat. atq; fides pariter: pariterq; timores
Tela alterna rotant: lacerat fides ipsa timorem:
Et timor ipse fidem pugnabat pellere: tandem
Voluit terga metus. nonq; addubitabat in ipsam
Velle venire deum: sed formã interrogat vt sit
Hæc paritura virum quæ ignorat virgo superna
Per decreta manens: ceu clarè gnatus Amos
Vidit: & ipsa sibi placidissima. nuntius atq;
Sic fatur. magni quæ quondam sancta magistri
Dextera communè vetuit te nosse furorem
Ignoti immensam faciet tibi numinis vimbram
Te intactamq; potens supera virtute fouebit
Quod sis sola satis: sanctusq; spiritus almas
Ipse aget ipse vices patris qui singula solus
Artificat coniunctus agens: vt tempore mater
Non expectato parias dia germiua mundo.
Propterea coelis nomen sibi comparat altum.
Ventris virgo tui fructus venerandus: & ecce
Lisabahet veteres annosq; viscera carnes
Fœcundat: macras & obimplet sanguine venas:
Redditur ignotos: o magna potentia partus
Apta senex: vterq; trahit mirata tumentem
Vt iuuenis iussis: domini: cui sancta voluntas
Quæ volet illa volens: non teporis indiga multis
Mira parat formis: oculis non cognita vestris.
Hic tibi promissum mundo ante sæcula donum
Seq; deũq; dabit: solum tua verba reposcit
Consensumq; petit: nam quãuis possit habere
Te sine te matrem: non te sine duxit habendam
Vt nunc ipse potens peragat tua iussa paterq;
Qui faciet natus: quiq; olim voce parentis
Corda trahet: casto conclusus corpore nondum
Hoc agat: hoc ista signum tibi prestat in hora
Quamq; humilis quantum summittet colla supernus
Conditor. & quantum genitrici subditur ipse
Legifer æthereum qui legibus instruit orbem.
Virgo parens: quocũq; feras redeasve redibit

Esaias Amos
filius.

Nota.

Liber sextus.

Ipse comes: nec solus erit nam summa potestas
Vnica personis quæ super essentia ternis
Vna aderit genitorq; simulq; spiritus: atq;
Filius ipse: tuæ facient ea consona menti
Quæ facient: nam mater erisq; sponsa simulq;
Filia sub pedibus coelos habitura decoros
Et pater ipse suam (foelicia nomina) natam
Spiritus & sponsam: genitricem natus eandem
Accipient: aliusq; preces: aliusq; beatæ
Coniugis optantes explebit numine voces:
Iussa feret natus: trias & quæcũq; parabit
Esse velis. famulum cur iam remoraris iturum
Me genitrix: responde deo. si perditã quando
Eua per illatum peperit fera funera sensum
Tam citius regina taces: quod tardius alter
Credidit: & ad magnæ dubitauit munera dextræ
Mutus erat. primè properatũ credere matris
Sic fugias tardare senis: tuq; inter vtrũq;
Fer medium genitrix: homines quæ virgo deũq;
Concillas: mediumq; dabis: quo humana tenebris
Perditã in æthereos exurgant semina tractus.
Dixerat. alma sinus attollens virgo beatos
Ecce ancilla dei fiat tua verba secundum.
Et silet. & clausum populis patefecit olympum.
Finitur liber quintus thalichristiæ.

Alter. s. Zacha
rias.

Erat. i. fuit.

Scitis Ambro.
de virgine ad p
positũ. ne citra
te saperet Lue:
sed ne tarditate
saperet Zacha.

Thalichristiæ argumentũ sexti libri.

Virgo senem grauidam solatur candida. sanctum
Ventris onus soluens peperitq; hominẽq; deumq;
Aethereus gabriel pastoribus inclyta regis
Nuncia dat. pergunt: puerum matremq; salutant:
Ignoto & pauidas admotant carmine siluas.

Thalichristiæ liber sextus.

Tunc fuit ipse deus verbo conceptus in ipso
Virgine: tunc regi natura est nostra beanti
Sumpta deo: carnẽq; tenens eterna ppago:
Matrẽ habet atq; solo solã sine cõiuge celo
f ii

Verbũ caro fa-
ctum est.



Thal:christie

Qui sine matre patrem. proli verba potentia lapsi:
Expectata nimis mundanę o verba quietis
Principium: mors alta cadat: confusa tenebris
Nox ruat infernę voluantur murmure valuę
Terrifico: assiduus rauco stridore flagellis.
Tartara nũc doleant: christanaq; tela tremiscant
Artifices fraudum. vosq; o primordia mundi
Læsa patres: qui mortis onus: qui vincula primi
Tenditis ad vestrę primi noua gaudia vitę
Surgite: vosq; decus: vos primam pectore laudem
Ferte deo: & sanctę partu replenda Marię
Ducite vasa: sacram diuini fluminis vndam
Sparget in hæc siccos primæuis torribus agros.
Concipitur christus nullo sub crimine sancto
Conceptusq; deo natusq; ex virgine: nullum
Vulnus habet. de se genitrix pulcherrima iustũ
Edidit ipsa virum: quę virgo est sordibus iisdem
Libera. lex christũ nec est premat vnde beatum
Carnis. & ipsa fero genitrix exempta sepulchro
In simul. at christo licet ipsa ex virgine nato
Læus maior. taceant qui nigrũ in cãdida vertunt
Et dominã cum labe volunt: æquare timentes
Et matrem & magnum superato crimine christũ.
Nec nos labe fera si intactos dicimus ambos
Cum nato æquales cantamus matrís honores.
Factus homo dominus mediũ p pneumaticis altus
Liber lege virum natura est: solaq; matrem
Gratia cõmuni cassuram gurgite seruat
Quã tamẽ ante ruat. patribus sic distat ab ipsis:
Distat & a nato: bina & sic vulnera sumpsit
His immane scelus. quid nunc tua vincula profer?
Hic potuere sathan: damnataq; crimina sæuę
Iura necis vbi nunc: vbi sunt horrentia prisca
Verba dolis: ah mœsto recitentur gaudia mundo
Sitq; quies vincis sub amœnia pace ceteruis.
Palladis hasta ferę perëat: ianuscq; bicornis
Belliger amentem reserat qui maris amorem.
Pax venit. ecce quies spoliatum missa p orbem
Signaq; pacis eant: procul arma horrentia. dirum
Quid tibi cæsar aues parthorũ voluere sceptrum

Impossibile ẽ
vt incorruptio
pariat corrupti
ones. hæc Bern.

Excitatio ad pa
cẽ ex vnione hu
mane & diuine
nature.

Liber sextus.

Non & habere parem: furis cõmotus acerbis
Quid cupis in pharia iacuit si Marcus arena?
Quid cades: quid bella sonant: cur vulnere mundus
Læditur vt gentem referas tua iussa per omnem?
Lenfat ista feros hominũ pax ista tumultus:
Et noua mundanas teneat concordia rixas.
Pax venit: & populi pater deus ipse perempti
Fundat amicitias veteres: quęq; ante solebat
Mittere per miseros feralia fulmina natos
Mittet in vltiores: pacem deus ipse petiuit:
Querite vos populi pacis noua foedera cuncti.
At memor interea Gabrielis candida virgo
In montana volat sedemq; in trauit amicę
Lisabahet dominam simul hæc vt conspicit ipsam
Sit ait: vnde mihi tanta hæc est gloria: mater
Vt domini miseram dignetur visere seruam?
Fortunata domus testis o felicia: quę te
Excipiunt: te te: te te: lux maxima nostri
Seminis: alma parens: o magni gloria mundi
O decus. en vestrã quum primum nostra salutem
Auris habet: dulces infundis mente liquores.
Ac vitale iubar diuinãq; gaudia. motos
Cerue sinus. gaudens intra hos exultat & infans
Paruulus: & teneram vult in noua carmina linguam:
Conaturq; loqui: visusq; ad motus amico
Exigit ad lætos potuit quę brachia saltus:
Imaq; materno dessectit crura sub antro:
Teq; simul recolitq; deum: quem cordis adorat
Viribus ignota peregrinum veste: beata
Es genitrix cui tanta fides: quę dixerat ante
Ipse deus venient: æternũ numine summum
Iungere mortali datur hoc tibi sanguine regi.
Virgoq; tunc dulcem tenuit laudata ruborem
Et pudet ad laudes: cupiensq; indigna videri
Tunc plus digna placet domino: quẽ laudat: & inquit
Magnificat mens ista patrem: q; extitit in ipso
Spiritus iste deo: cuius veneranda salutem
Dextra dedit seruę diuinãq; munera paruę:
Contulit hoc dominam ventura in sæcla beatam
Me dicent omnes cui dona ingentia gentes

Pax est christi
qui fecit vtraq;
vnum.

Salutat maria
elisabeth. Con
gratulaẽ elisa
beth marie.

Nota de Joan
ne baptista.

Idest pficietur.

Canticum beate
Marie.



Thalichristia

Hæc dat habenda deus qui nostro in pectore clausus:
Cuius adest pietas sedes metuentibus altas
Luce parans: humilesq; leuat qua lance superbos
Percutit: ex alto quassurus brachia cælo
Implet egena bonis plenos dimisit inanes
Templa beans: qui cum summo furibundus amore
Vincitur optatum populis credentibus istum
Dat puerum: nostro retinens promissa sub agro
Magnifico dulcem firmavit munere vocem.
Dixerat hæc genitrix. pro quantum mellis habebat
Virginis eloquium: matris quantum ipse suæq;
Coniugis his gaudet dictis deus!
Qualiter ista deo sonuit vox: excipit illam
Auribus extensis: vlla neq; gratior hora
Lætus ad humanum direxit lumina verbum.
Non cum sacrificas reuerenti poplite messes
Obtulit ille: patris qui primum sanguine matrem
Turpat & insani furias expertus amici
Sæua repercusso fundauit crimina collo.
Tantaq; non sanctus suscepit gaudia: lectus
Cum pater erectas incumbit primum ad aras.
Ipsa cherub toto mirantur corde: quid vltra
Angelicas voces trino placitura regenti
Hucusq; infestus recitat præconia mundus.
Miratur cælum: miratur sidera: sed tu
Sancta senex felix nimium: felixq; repostus
Ventre puer: christiq; vias baptista parabis
Præcursor domini: nodum qui in luce receptus
Sensibus æthereis factorem lucis adoras.
Dic mihi si tantum mereor: quis matre latentem
Teq; latente simul venientem noscere christum
Et nondum nata submissum carne vereri
Præstitit: ah vitam quis dat tibi nosse supernam
Cum nulla ignotum capiatur phantasmata verum:
Oper quem mundus mundo monstrabitur agnus
Vnde vides christum dominum: quæ dextera pandit
Cernere quod valeas ambarum viscera matrum:
Vtq; hominem videas oculis: quo teste probatur
Quod deus est: magni patuerunt numina christi
Quo pacto & clausam veneraris pectore dextram?

Mihil grati ha-
tenus audierat
de ab hoib' q'
virginis cantu.

Liber sextus.

Non erat hic alto residens excelsus olympo
Ceu cum castra poli rutilas caelosq; coerces
Legibus: & pauidis iaculatur fulmina terris.
Sub pedibus non luna iacet: non phœbus adorat
Auctoremq; sui cadorem luminis almi.
Numen in hoc tectum est: aeternaq; patris imago
Carne latet: tibi visa tamē: patiturq; videri
Hic tibi non proprio cognoscis lumine. lumen
Inflammas puros pedit tibi lumina sensus.
Omnia honoresq; tibi tradetur iure: quod ipsum
Tollis honore deum: primusq; hominumq; salutem
Suspicias & tenero veneraris poplite: quando
Pacifico pia tecta polo sedemq; parata
Inuenies iustamq; diu: nulliq; licebit
O decus ex cunctis corrupto semine natis
Pertransire tuam maiori luce cathedra:
Quod bona prima vides: quod primos primus honores
Præstiteris domino lauat hoc quæ sanguine mundo.
Te duce caelestes veniet: te remige portus
Lætum tæbe genus: primo & te consule mundus
Vitæ in fusus aqua scabiæ mundatur iniqua.
Primus habens fructum domini tursemina verbi
Cultor in incultam properabis spargere terram:
Hactenus ignoto vox alma notissima verbo
Aduentare diem prædices cantibus. alta
Nuncia dans populis: seuæ reparanda ruinæ
Vulnera. iam sacros ad sidera tollere vultus
Incipe theogeno loturus flumina christo
Nascere iamq; puer. dominam iam suspice nostram.
Exceptura sinu dexteras tenet ipsa paratas
Te puerum: o tanta felix nutrice per omnes
Nomina magna feres semper tua fama decusq;
Viuet in æternos meritis ingentibus annos.
Iam redit adq; domum genitrix pulcherrima: sancto
Virgo senis confuncta viro: sed tecta priusquã
Vna: prius castas sociatis mentibus umbras
Quam daret vna domus: cõ parua & sede venient:
Aspicit ipse senex signatam ventre puellam
Intactosq; sinusq; veract corpore plenos.
Irriguit: quassus pallenti frigore venis

In natos mu-
lier non surrexit
maior: Joanne
baptista.

Mora. non flumē
lauat xpm. sed
flumina lauan-
tur a xpo.

Sima laus to-
annis q' nascē-
te accepit cum
maria i mab'.
Rediit maria i
domu sua. & an-
teq' conuenerit
in uera est hns i
vtero de spū scō

Turbatio Jo-
seph.



Thalichristiæ

Pectus & in vires demittit sanguinis omnes.
Vox subito mediis elanguet faucibus: in se
Cogitat an dubio fallatur numine: cernit
Ecce iterum sociam voti non inmemor alti
Seq̃ putat cæcum: nec testem præstitit ipsis
Luminibus: digno quæ voluens quassa timore
Inspicit hanc iterum: sic virginitatis inheret
Ante oculos pietas: iterum dubiusq̃ timebat
Cernere quod vidit: nec plenam semine credit
Esse: licet ventrem cernebant lumina: tandem
Hæc ait insanum: non sane est mentis amorem
Credere posse sacram: quam sancta ad vota puellam
Attulit alter amor domino cur tradita mundo
Pectora pura cadent: demon valuisset aduler
Sæuis olympiacum factare ad brachia templum:
Corda licet duris firmauerit alta coronis
Ponderaq̃ ad portas admorit ferrea castas
Hæc tamen inuisi terebris rumpenda tyranni
Virgo erat: heu noti non profunt lumina veris
Non pudor: ignisculis si vincitur ista tenellis
Quæ probitas aliis maneat: si dicimus istam
Nexibus infernis cæcæq̃ cupidine captam
Quis erit in toto cui non & crimina cælo?
Virgo Maria cadet: non est mihi credere: virgo
Quæ fuerat nunc virgo manet: quæ pectora primum
Sæpius in regno tenuit præclusa decoro
Non daret in stygii manibus pressanda iuuenti.
Pura quidem castis & virgo est sensibus. vnde
Hæc scelus hæc: venerem non est mihi credere tantum
Possit nefas: diræ tradat sua pectora noxæ
Virgo nitens casto sanctissima fœmina corde:
Non sceleris tantum cessissent numina. quisnam
Hæc mea funereo deturbat lumina somno?
En quid & hoc: timeo tremulas quis concitat alas
Cordis: cur motos video noua murmura sensus
Horrere: ardentem sæuo velut igne minantem
Aspicio: & iustam scelerata in pectore dextram
Ire reor: nihil est quod me non territat. huc huc
Nulla quies telis quocūq̃ in flector amaris
Virgoq̃ si castum fœdasset crimine corpus

Liber sextus.

Fo. xlv.

Vnde nitor sanctus vitiatæ carnisbus: vnde
Cœlestes fert ipsa genas: terrestris imago
Hoc fulgore nitet:
Quid tibi cum venere est: veneris sint carcere vitæ
Immemores patriæ: placeant quis funera: cæcæ
Delitiæ: non virgo tamen: quæ nulla ferebat
Ocia: non curis miscebat tempora vanis.
Quæ si aliquis poterat mundum reparare facentem
Sub tenebris furti prostratum crimine sæui
Hæc foret ex cunctis carnali iure creatis.
Cerno tamen grauidum: quid nunc o sidera ventrem
Quid faciam: dirum toties in prona furorem
Lumina sunt quoties hominum signantia culpam
Lunatosq̃ sinus bullataq̃ viscera cernunt.
Sunt toties incerta mihi: cum facta reuoluo
Virginis & tactum diuino lumine sensum.
Credo equidem (nec vana fides) ab æthere summo
Hanc grauidam plenamq̃ deo mirabile quantum est
Credere virgineo latuisse ingentia claustro
Numina: luminibus non est mihi credere: nonq̃
Sensibus: infano ceciderunt linthea ponto.
Terra vetat donum. sed culpam plura vetabunt
Virginis. illud erit dominus quodcūq̃ parauit
Ipse tamen fugiam: quis enim traducefe iustus
Audeat hanc summi prægnantem munere cœli
Principis: humanæ tactam vel sanguine culpæ?
Quid facis interea genitrix: non murmura sancti
Coniugis alma vides: madidos non sentis ocellos
Turbatumq̃ senem: pudet an pudet edere missam
Progeniem dulcis qui condidit omnia regis
Esse tibi: insolitam tribuentia munera palmam.
Non sunt hæc nati tam vilia dona superni
Vt fileas: clari retices cur gaudia mundi?
Heu miserere viri dubi: quem tanta manebunt
Supplicia. ah qualem patietur fracta laborem
Vita senis: socii dolet illum nomina tanti
Perdere. da tecum fœlices impleat annos
Virgo simul veræ mater pietatis: & imis
Ex tenebris cæcum mediâq̃ ex morte maritum
Tu reuoces vitæ faciens fundamina nostræ:

Poeta ad Ma-
ria sup turba-
tione Joseph.



Thalichristæ

Cui patriam renouare datum: quæ busta parentū
Destrui ipsa viri permittis funera sancti?
Seruiet iste tuo tunc cum tua viscera nato
Deferat: atq; viam moriture carnis amaram
Incipiet: si virgo files quod dona filere.
Sit placitum iustæ cuius pia munera dextræ:
Fleste patrem genitrix: sit cœlo emissus ab alto
Ipse idem virides qui sicco in semine flores
Nunciat: & pulchro terram emolitus aratro
Verborum: glebas rediens aduexit opimas
Consensus veneranda tui: qui nuncia primum
Attulerit firmūq; videt te in virgine votū
Cur non ipse venit: cur nō remoratur euntem
Voce senem tristi referatq; arcana timentis?
Interdū viui sed felix ianua templi
Panditur & nostræ missus qui verba salutis
Rettulit: ipse virum facturum voce fidelē
Aduenit: & puris ostendens lumina somnis
O soboles vatis: pclamat dona manētis
Illa quibus primo vita est multata veneno
Non dubites tecū sociatā ducere: nāq;
Spiritus almus habet dulcis penetralia mentis
Plena deo: dominū concepit corpore sanctam
Virgo patrem paritura suum: quæ cerne vocabis
Emanuel: quoniam vobiscum magnus: & vnus
Aduenit ipse reos facturum funere saluos.
Dixerat. ille sacram suscepit corde maritam
Et dominū iussis primoq; impulsus amore
Seruus adest cōiuxq; pius mundiq; deiq;
Pignora chara tulit: castoq; in federe mansit.
Nonq; videnda viro radiorum matris imago
Præ splendore sacri qui multo in lumine solis
Incubat huic: roseosq; tegebat flamine vultus
Ante datur: sanctæ dominus quā claustra relinquit
Virginis: & nascens solatur voce gemensq;
Prædesolatas antiquo crimine terras.
Interea raptum victor trahit vndiq; sceptrum
Cæsar: vt vltus auos parthos subiecit & indos
Alta quies populis: quam nō habet ipse furenti
Pectore: nonq; animum poterat lenire superbum

Ipse. s. angelus gabriel.

Apparet angelus ioseph.

Nō solū mēte p
fidē sed corpore
p op^o spūscā:
p pterea ange-
l^o dixit cōcipies
in vtero.
Accipit ioseph
spōsam suā ma-
ritam.

Exiit edictū a
cesare vt descri-
beret vniuersus
orbis.

Liber sextus.

Fo. xlvj.

Scire volens: quot nam subiecti in partibus orbis
Terra viros teneat: quot ve vrbes oppida quotq;
Mundus alat: partes verbosa scripta per omnes
Alligat: alato dependet gemma sigillo.
Scilicet idcirco dominus quod sydera cœli
Noscat: & æthereas distinguunt numine turbas
Tu pariter populos discernes nomine tantos?
Do tibi nota simul quæcūq; optantur: habebis
Non commune nefas aliorum carne virorum
Nō cōmune mori: calamis immitte superbis
Quidquid erit: notis grandescat pagina turbis.
Scribe viros: tetri funestaq; iura barathri
Idem qui iussis valeas nunc voluere magnis
Cūcta time. o quantum mortalia pectora cœcæ
Noctis habent: conscribere viros in vincla paratos
Victor: in horrificam poteris venire gehennam
Tu prior: i demens pecudum digno iuce tuarum
Nomina. finis adest. postrema est meta superbis
Nescio quid: paruam quod non benecōpleat vnam.
Nulla mora est: veniūt: conscriptaq; nomina dantur
A victis romane tuis: supra æthera fertur
Murmur. & iliacam memorant ab origine romā.
Aduenit & castus Ioseph vt iussa tyranni
Compleat: & bethelē socia comitante petiuit.
O pietas magni magna o clementia christi
Rex æternus eras hominis mandata subibas?
Tuq; parens dominū coniux tu regis cœli
Virgo times hominem: complereq; iussa parabis
Illius ista tuo versat qui ingentia nato
Sceptra potens: firmum cui nō venus aurea regnū
Iuno nec antiquis odiis saturata: querellæ
Immemor infandæ: victricia classica nonq;
Mars facit: iste facit: qui fecit cætera: quem tu
Ventre geris puerū (tanta est tua gloria) factum.
Quis feret hic lachrymas: o nostrā superbia: plenas
Inuenit illa domos: nullis erat hoipita: nullum
Inuenit illa locū super alta cacumina regum.
Ascensura viri quid fulgida tecta superbi
Gemmaatasq; domos aurataq; tegmina molis
Fertis opus tantæ ruiturū fulmine sæui

Descriptio pri-
ma facta est a
cyriano pside sy-
ric.
Ibat ioseph in
bethelē vt profi-
teret cū maria
vxoze pgnante.

Maria nō inue-
nit locū in ducer-
sorio.



Thalichristiæ

Temporis: horrentes quæ expellat carnibus imbres
Non habet illa domum: cuius requiescit in almo
Corpore: qui æternis erexit firma theatris
Mœnia: qui populos antiquis torribus vstos
Contegit æterna preciosi corporis vmbra.
Heu genitrix domini coniuxq; electa superni
Non habet ipsa locum: corpus quo exoluat ab illo
Pondere quod populi disnexat vincla grauat
Horrida quod nostræ dirumpens pondera culpæ
Fundet in extremum medicantia numina morbum.
At locus çoi quassatus statibus euri
Multa male ornato prospectans sydera tecto
Transitus vrbis erat populo contemptus ab omni
Frigoribus phœboq; patens: hunc lassus vterq;
Virgo senex subeunt: & vili hac sede quierunt.
Tempora iam dominus conclusus pectore christus
Virginis ad verum condigna exegerat ortum.
Venerat alma dies: & cœli plena decoris
Hora nitens: maculis solitoq; decentior vstis
Ter phœbe in triplices monstrarat cornua inenses.
Cancer in æquorei supremo culmine regni
Horrida vicino stringebat frigora iano.
Nox erat: & mediū per amœna silentia somni
Læta serenato cantabant sydera cœlo.
Nascitur ecce deus: non læsaq; viscera matris
Linqvit: vt ante fuit: manserunt claustra beatæ
Virginis: & verum vero est de corpore natum
Illius: ignoto genitrix quæ sola marito.
Exposuit vitæ nitidissima viscera nostræ.
Attulit heu primos puero natura labores
Matris: & hirsutam nascēti corpore terram
Cum tetigit missi præstauit pignora doni.
Sustulit ipsa deum manib?: quem mater adorat
Sensibus: & digitis adiūgēs oscula sacris
Excolit vt natum genitrix veneratur vt illum
Quæ videt esse deum. lacrimas abstergere dulcis
Nūcq; parat frontis puerorū more dolētis:
Nūc fletum imposta solatur vertice palma:
Et nūc sacra genis aduoluit tempora charis:
Nūc etiā tantū reueretur pectore numen:

Matinitas xpi.

Descriptio tps
in quo natus ē
christus.

Liber sextus.

Fo. xlvii.

Nunc genitrix salui meditatur gaudia mūdi
Damnatūq; nefa sceleris: nunc pensat & ipsum
Ducere mortales promissa ad sydera gentes
Quem peperit: magnum voluendū pectora furtim
Materiam concessit opus: laborq; quiesq;
Sunt simul: atq; deū procul alta superbia natum
Ad præsepe locat.
Bos erat: inde asinus: medio stans christus vtroq;
Tectus in vmbrosis horrebat frigora pannis.
Bos dominū cognoscit eum: trepidansq; sub ipso
Mugitus dedit ore pauens: summissaq; vertens
Cornua perplexum dubitabat tollere vultum:
Optatum sicco contemnit gutture scenum:
Cœlestes queritq; cibos: semesa relinquens
Pabula iesuiam satiat lumēne frontem.
Voluamus nostros bouis hæc ad lumina sensus:
Qui petimus cœlos optataq; munera totos
In precium fidei: clypeo quia noctis abasto
Credimus esse bonum mortali corpore christum
Verum hominē: verūq; deum qui condidit vnus
Omnia qui solidis summā moderatur habenis.
Digna est non fragiles numeros mercedis habere
Nostra fides populū: tamen est hæc ipsa fidelis
Certa boui: & tantum sub amœno corde trophœum
Prestat habere fidem: dominūq; offerre virumq;
Sensibus: hæc natum veneratur bellua christum
Cæca. silens regni carituraq; luce beat:
Qui tamen optatum fidei conuellere fructum
Optat: agens aliter solaq; in voce fidelis
Fallitur: instat opus: meritū & præmia certant.
Det tamen excellæ fidei conformia facta
Qui lucem sine nocte cupit: vitamq; tenere
Non moriens: pueri dura & cunabula sancti
Pendat & vt nostro sit factus crimine pauper
Diuitias sine fine gerens qui cuncta creauit
Ars patris & solo concludit singuā palmo
Nunc caret ipse domus: interq; armenta petiuit
Præsepe: vsque adeo lachrymę cessatis iniquæ?
Heu quando melius faciem: quæ in tempore diræ
Seruatis quassum lymphis vacuare cerebrum

Xps inter bouē
& asinum.

Fides sine ope
rib? mortua est



Thalichristiæ

Si non cū brutis pueri sociata duobus
Cernitis ossa dei: dominū vexabat egestas
Sic hominem: nudos brumali nocte lacertos
Heu tenet ardentem pedibus qui sustinet orbem
Flenſq; gemenſq; solo carnem male tectus in ipſo
Et iacet & preſſis horreſcit frigora mammis.
Quid cathedras molles lectuinq; ascendis: eburnū
Et ſegmentatis inuoluīs corpora plumis
Vilis homo: in ſunctis ſpaciariſ & vndiq; cedriſ
Cerne domum ſceno ſtabuli ſordentiſ amaro
Principiſ æterni: vitæ qui exempla beatæ
Præſtaturuſ a deſt: quid tanto ardentia luxu
Membra tenes fractæ: numeranſ ieiunia menſæ:
Grande: miniſterium. Sed boſ cauēt ipſa videntē
Mandere farra deo. ſoboles tu ſancta decori
Luminis hoc tantum metueſ: ſub dentibus ipſiſ
Excifaſq; dapes ſemeſq; farra relinquet
Mancipiū noſtri generiſ collumq; premendum
Dauſ hominiſ domiſ: te vexet regiſ imago
Vel mentita fameſ: puer hic nunc natus & ipſe
Semper a deſt oculiſ quibuſ aſpicit: omnia iuſtiſ
Corpuſ & indigni profuſum puluere bacchi
Mittet in eſuriem: vique ad lintea menſæ
Ponet adorandas ipſum eſurientibuſ eſcaſ.
Forſitan atq; bonum (ſic te malus abſtulit error)
Crediſ abeſſe deum: videat qui ſæua: tuumq;
Pectus in anfractiſ vitiorum cernat habeniſ:
Cuncta videt quæ teſta faciſ: ſed ſeruat ad illam
Publica terriſtico facturuſ crimina verbo
Iudiciſ ſeriem: qua meta extrema furoriſ
Adueniet: nullo peccandū verberē nulliſ
Ex precibuſ ferulam diſſerre ad tempora iuſtam
Tunc poterit. quantum miſeriſ preſtaſſet habere
Conſiliū: ſi ſemper a deſt abſcondita cernenſ
Crimina: qui firmo iurauit funera voto
Iuſta reiſ: iramq; piūſ mouet ipſe ſeuero
Iudiciſ officio: ſceluſ & fraudemq; neſaſq;
Cogitur in vias damnatum exponere poenas.
Sepiūſ interdum diuiniſ infantis imago
Ante oculoſ ſit ſancta tuos: horrentia cerne

Stoici credea
bāt deū nō ira-
ſci ſceleribꝫ rō-
ne bonitatis.

Liber ſextuſ.

Fo. xlviii.

Frigora: cerne domum: niteſq; ingentia matriſ
Gaudia (ne tanto mediteriſ triſtia feſto)
Cerne canenſ: quanto genitrix exultat amoreſ
Quaſ grateſ: quot laudiſ agit præconiā natum
Aſpicienſ: quem voce colit quem corde ſalutat:
Intuitur puerum: primæuaq; vulnera gaudet:
Fœliceſ vocat eſſe reoſ: teq; inclyta noſtræ
Culpa neciſ tanto tergenſ da ex ſanguine: teq;
Fœlix peccatum: quod non niſi carne redemptum
Principiſ: o fœlix magno quod pondere poſſiſ
Humanare deum: lucemq; e ſedibuſ altiſ
Ferre per humanas generoſiſ principiſ horaſ
Vix puer ingratam ſacrarat corpore terraſ
Luce nitentſ alta: cum toto ex æthere turbæ
Deuenerē ſacræ: peregrina ac ſordida ſedeſ
Cœleſteſ cœpit procerē: quiq; ante ſolebant
Aſtra frenandreo mulcere nitentiā cantu
Officio manſere ſuo: reboantq; minioreſ
Non domiſ laudeſ quam prima in ſede: videntēſ
Hæc eadem placidiſ cecinere ſimillima neruiſ.
Ipſe idem qui prima deus dat carmina: linguas
Dat totiſdem: dat vociſ opuſ: dat plurima circum
Nomina mente capi: ac ingentem laudiſ aceruum
Hic domuſ alma viriſ: hic turbis curia ſanctiſ
Hoc riuſ ſolitaſ referunt cœleſtibuſ vndaſ:
Hoc ignota cohors flammā aſſumebat amicam.
Lætaturq; oculoſ in alenti lumine plenoſ
Inferere. hic dulceſ veniſ haurire liquoreſ
Præſtat & in menſa ſatiariſ floribuſ alma
Quamuiſ & eſuriat populis alimenta beatiſ
Se puer iſte dabat: ſe & lumina ſancta mouebat
Cuncta fouenſ: animi cœtuſ reſonante coruſci
Magna canunt: aliūſ generiſ cum crimina noſtri
Penſitat: ingentem patriſ meditatur amoreſ.
Aſt aliūſ domiſq; piūſ domiſq; potentem
Contemplatur eū: cuiſ præexcelſa peremptoſ
Dextra leuat populos: iungit morientia viuo
Semina noſtra deo. lætiſq; in vocibuſ altum
Aduocat hic medicum: diri qui in vulnera telī
Prisca ſalutiſferam fecit ſe carne medellam.

Deſ angeli co-
mitantē chriſtuſ
in pſcipo.



Thalichristiæ

Hec tria: tres ternę solita dulcedine lingue
Commemorant: seriesq; poli seruator & ordo
Letus & ante alios gabriel nõ signor omnes
Aduolat: vt verbũ referat pastoribus altum:
Pauperibus: quia pauper erat: vigilantibus atq;
Peruigil: alta dati traduntur nuncia verbi
Seruanti pecudes populo: quod pastor & ipse
Seruat ouile bonus: qui pastas fronde capellas
Coelesti extensa potandas congregat vna.
Lumina pastores domini timuere pauentes:
Hærescensq; suas occlusit lingua loquellas:
Nuncius & viuo medicatus pectora verbo
Iussit abesse metu: vectosq; ex luce timores
Expulit hæc fatus: ne quid trepidetis: amicus
Iam deus: atq; alto gens est aptissima celo.
Gaudia vera cano lætis in sensib; illa
Percipite: & puro condetis pectore. natus
Est puer: est puer: est. populis pacēq; salutem
Conferet: & gentes religabit retibus omnes
Discutietq; chaos & amari vincula soluet
Carceris & pauidas lustrabit sole tenebras.
Non tamen hæc pueri longa & inuicta potestas
Fulget in initis assumptę carnis: egentem
Inuenietis eum. subito tunc turba beati
Agminis hoc dulcem sociali carmine vatem
Prosequitur. domino celsis in sedib; alto
Gloria. paxq; viris: viua quibus ista quietis
Munera. teq; pater solum benedicimus atq;
Glorificamus eũ: dominũ laudamus eundem
Thura precesq; damus grates sine fine ferentes
Iusta tibi immensum ppter bonitatis honorem
Glorificumq; decus: deus o celestis & alte
Summe pater pariterq; deus tu nate deusq;
Spiritus vnus amor domini qui singula pensas
In manibus: te terra canit: te mundus adorat
Factorem medicũq; piũ: tu nate redemptor
Crimina qui tollis mudi pereuntis acerba
Tu populi miserere tui: tu vota pcesq;
Suscipe: quicq; vtero venisti ex virginis almo
Nate patris: genitor matris: qui æqualis & ipsi

Gloria in excel-
sis deo. etc.

Liber septimus.

Fo. xlix.

Maior & hac summe sociaberis inclyte dextre:
Suscipe verba pius: mundanasq; ablue fordes:
Qui venis vt tergas populorum nigra tuorum
Agmina: tu lachrymas: tu voces suscipe iustas:
Tu generis miserere tui: tu christe leuamen
Esto tuis: nudus pro quorum munere pauper
Ad presepe iaces: glacie vexatus & imbre
Tu glaciemq; hyememq; leua: te principe crescat
Mentecolor: scelerisq; dolor: te authore relinquat
Frigida mens solitam terrene fecis amurcam.
Decessere viri trepidis pastoribus. hosq;
Virget amor miri: cura studioq; videndi
Deuenero locum: puerum matremq; salutant:
Et redeunt: siluas & obliuens plausibus altas
Agrestis superos recitat pia tibia cantus:
Miraq; magna tonant: ostentatq; sacra volutant
Sensibus altisonis: siluanaq; labra videres
Meontos inter latices dircemq; sonoram
Iam sua tessis motare mapalia chordis
Marcus erat lucasq; simul: simul atq; matheus
Et iannus: pauidis qui primus talia verbis.
Finitur liber sextus Thalichristiæ.

Salutant chri-
stum pastores.

Argumentum septimi libri.

Agrestis superos recitat pia tibia cantus.
Adueniuntq; duces arabum: vasq; relictis
Tres tria dona ferunt. myrrham lachrymabile donum
Vt genitrix sentit: lachrymas effundit: & illi
Melchiar ignito prestat solamina versu.

Thalichristę liber septimus.

O Puer: o puer: o cui summa potentia summo
Traditur: o nostri pater inuolabilis cui
Factus homo siccis effundens flumina terris:
Illius æternam ducturus carne coronam:
Qui nem; omne feris laceradũ prebuist hircis
Per loca pestifero dirę violata veneno
Noctis & horrentes per vallem sanguinis ignes
Perq; apros: nigrosq; fues: dirosq; leones

Oratio ianni p-
mi pastoris ad
christum.



Thalichristie

Quis tibi fecit iter: que causa en tanta per orbem
Deuexit miserum: sceleris ne vt vulnera nostri
Respiceres populos e regno & funeris actos
Eripias: quando qui feceris omnia verbo
Claudere sanguineas post mentis funera portas
Et referare vales: dominum que charta furentem
Lent vt exosas iratus imagine terras
Vifat: tabentes medicantiaq; arma cruores
Afferat amotis damnata a carne flagellis:
Ipsa capax tanti submersa in crimine doni
Non erat. o domini siluerunt robora iusti.
Vnde venit titan tenebris languentibus: vnde
Lux nitet hęc mundo mediis in noctibus: altum
Cernit: vt ista polum. dulciq; hunc voce matheus
Adiuuat & socios vnitaq; gaudia cantus
Suscipit: & totis insurgens viribus inquit.
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes:
Quis: pius: & vitam mundanis classibus auram
Qui mittat: sine fine potens: turbataq; vertens
Aequora: securos in somni remige portus
Prebeat: ob dulcem quamuis male temptus amorem
Ducat anhelantem summa in fastigia gentem.
Magnus amor summo pietas fit consona vero
Iusticia & leni nunc mitis & obuia paci
Iungitur: o damni benedicta potentia nostri.
O: o sic vilem dilexit vitifer orbem:
O tantum lapsi dilexit semina mundi
Summa patris bonitas: homini quod traderet illam
Quem genuit misere luiturum crimina terre:
O quies o dulcis coelestia munera pacis:
O pietas. tetre rugientes vertice filue
Ne trepidate feras horrenti turbine iactas
Pastores: pecus omne metum seponat: inermes
Ecce lupos: hortis flauescant poma reclusis:
Fur perist: dulcis secur: q; cymbia lactis.
Oh nulla oh pauidas minitetur flamma capellas
Oh: oh: oh: patulum: quis in noua gaudia sensum:
Ecce enim vt claros agresti lumine vultus
Vidimus & puerum per nostra incendia natum
Nescio quis radios prestabat lucis amcenos

Oratio matth.
pastoris ad christi
sum.

Liber septimus.

Fo. l.

Ardentesq; chori nascentis imagine fixi
Intuitus alios non nostraq; nostra mouebant
Lumina. qualis erat non est mihi dicere: qualis:
Qualis erat: quanto facies reuerenda nitore
Ex visu extracto nos pascit nectare: surge
Pectus: & in miseris venientia gaudia terras
Spargelibens: lachrymasq; feras gemitusq; profundos
Excute. surge patent iam peruia sensibus astra.
Astra patent. dominum populi laudate supernum
Vocibus: ad superos & corda reducite campos:
Atq; haurite sacras renouatis fontibus vndas.
Terra dei mundo recitet preconia cantu:
Intret & ad portas animis gaudentibus alma
Plebs domino reparata suo: quesitus ab alto
Seruiat huic leta visurus lumina fronte
Nunc populus: quoniam noster deus ipse parentisq;
Frater adest: placidis ornans noua pascua siluis
Vere nouo veniet: nutritaq; tegmina poscet
Pastor: gratificis pinguescet letus in agris:
Cum veniat plenas foetarum esuggere mammas:
Cantica sancta deo populi cantate: nouumq;
Ore decus patri puerorum matre suorum
Ferte pares: pacem puero nascente salubrem
Cuncta canant: hymnoq; exultent dulciter almo:
Gressibus optatis rachael accede: simulq;
Ducite stoncas communia festa puellas
Vestibus insolitis: flautis & vt ante capillis
Cingite colla nurus: roseasq; ad tempora gemmas
Ponite festiuum digitis albertibus aurum.
Huc precor huc omnes si quid pia carmina mentes
Hicibus: hic grati ridescunt pocula riui:
Herba parata toris: explendis massa medullis
Albicat: hic populis celebrantur gaudia mixtis.
Currite iam rigidos vexabunt pila lacertos.
Sistra sonant: toto densantur & agmina circo
Curibus asta nouis. si seuos funderet tauros
Vos libet: ecce isto clauduntur cornua vallo
Demonis: ecce virum truncanda in crura paratum:
Vah. io. ah. gladio vaginam exoluet aperto
Et subito fractum spoliabit sanguine collum.



Thalichristiæ

Quid facitis proceres: taurum mucrone furentem
Rumpite: & occisi post dulcia funera grati
Psallite: vos dulci letantum murmure septem
Chordarum resonare iuuet: vos tympana laudis
Sumite: vosq; choro carpenda ad gaudia vincto
Illius in laudes homines consurgite: cuius
Dextra laboranti potuit succurrere genti.
Ecce enim ad clarum sanctorum gloria coetum
Pertinet hæc: grato leti spaciatur olympo
Ancipites gladios secura pace gerentes
In manibus pœnas scelerosis mentibus altas
Que exagitent: longeque reos exterminet vltix
Turba nefas viso & domini splendentis amore
Increpet amentem cum tanta ad munera fraudem
Sumpta deo: nullas celebrent viuentia laudes
Corda virum: ex ipso mortalia crimina dono
Acrius a sacris aderunt taxanda ministris.
Marcus in his solitos exercet gramine saltus
Magna sonans: siluam pedibus pulsabat & omnem
Voluitur inque latus leta hæcque ad tempora mutas
Optat oues: ipsoque humano in corpore campos
Psallere: nonque viro satis est si sola beato
Gaudia letus agat: modo ne communia solus
Occupet ad totum referebat gaudia mundum.
Non aliter quam cum sociis ifacus amœnis
Ignibus innocuas tremefecit carmine filias
Cuncta deum letis extollant vocibus altum:
Virtutesque poli: turba & cœlestis: & ipsa
Aethera grata viri venerentur festa beati.
Lunaque det laudes: pariter lux: phœbus: & ipse
Candor: & in superis fulgentia sydera castris
Imber. ros. glacies. ignisque. & frigus. & æstus.
Dulciter æternum domini benedicite nomen.
Magnus adest: nato fundauit secula solo
Voce creans cunctas a solus imagine formas
Edidit: & mundos æternis legibus actos
Voluit: se positus moderatur & omnia vincis:
Luce sedens amplaque infundit mentis in vrna
Quicquid erit: fuit atque simul, qui tempore cuncto
Dicitur esse manens: hunc ergo accedite vestris

Oratio mar. pa
Noi ad christu.

Ifacus et socii
sunt tres pueri
canentes in flami
ma.

Liber septimus.

Fo. II.

Laudibus atque pietate per tanta hæc munera dextre
Glorificate deum: sonitus dent tympana letos
Dent cithare psalmos: vocisque ad organa viuę.
Surgite festiue precincto crine puellę.
Non tamen incomptas diuina ad carmina vestes
Ducite: nuda virum terrebunt corpora sanctum:
Purpureas puer iste genas ornataque querit
Vestimenta viris mensam tenet ipse paratam
Carne puerque toros sumpta pro coniuge lectos
Expetit & claris festa adcelebrentur amyclis
Degeneres animos timor argue. ducitur ipso
Nupta deo: mutos defuncto ex coniuge natos
Que genuit: rauce soboles infesta marite
Nuda venit: visu conflux furibundus amaro
Mittere si sociam poterit non lege reuinctam:
Exilio natos damnabit coniugis ipsos:
Nec te detineat pannosam afferre lacernam
Assit amica fides: viridemque ad prandia lenam
Conferet: & roseam sumenda ad vasa calyptram:
Hæc & gaudentis ad festa iugalia matris
Qui fueris prisca priuignus nomine lecti:
Natus eris: propriusque noui nubentis ad ipsa
Fercula formoso discumbes clarus amictu.
Dixerat hæc pastor dicturus plura. sed ecce
Lucas ad illesam conuertens verba mariam.
Hæc nisi diuini supremo munere doni
Intacto insontem genuisset sanguine regem:
Nunquam quippe modo demissus crimina magno
Tergeret. huic omnes condignum est tradere laudes
Huic grates sine fine demus: resonentque beatam
Nostra hanc plectra: licet meritum persoluere tantum
Non opis est nostre. quid si cum cœlifer alta
Nuntiaque & dulcem diuini cordis amorem
Diceret: hæc nolo: petitur si virginis ipse
Consensus: que potens si non deus ipse negata
Voluntate bonę subisset claustra marie:
Non erat in matrem diuini corporis vlla
Apta satis cunctis excepta hac virgine terris:
Sed voluit: genuitque deum: nam debita mater
Sola deo: summo prestauit viscera nato:

Oratio luce pasto
ris ad christu.



Thalichristie

Ambobus grateſq; demus: libumq; perenne
Cordis: & internam meritſ in laudibus ipſam
Solicitate chelin: puero date thura beato:
Quod magnus parua matris requieuit in vrna:
Puraq; de noſtro veſtitur pallia lino
Membra hominis numenq; gerens: reddatur & ipſi
Lauſ matris hæc pariens inferno membra ſepulchro
Noſtra leuat: genito primæq; funera nato
Deſtruit. huic laudes non eſt mihi dicere: fontem
Quæ peperit: qua ſe: qua nos: & ſydera ſemper
Letificet. pueri genitrix o candida ſacri
Virgo parens noſtræ deſunt ea carmina lingue
Quæ meritſ ſint apta tuiſ: inceſſimus æquor
Grande nimis: pelago penitſq; euertitur alto
Puppis iners: ſenſu voluuntur magna ſub ipſo:
Sed non poſſe loqui: ſummo placidiſſima ſancto
Quis domini vinctos pedibus flexare lacertos
Te ſine ſola deum mulcebunt vbera natum
Quæ premit: o genitrix matrum pulcherrima quando
Quando erit: vt fertis redimitus tempora gratis
Aoniaſ inter choreas potatus herili
Fonte: paleſtæ de factis carmina nymphæ
Letus agam: quando venient ea tempora magnam
Cum celebret vox iſta deam: fidibuſq; ſonoris
Hæc tua bethelai requieſcens culmine colli
Sæcla canam: teq; o matrum lux maxima nigros
Perſephones thalamos rumpentem ſentaq; ditſ
Clauſtra ſonent: & fractis inducam tela ſepulchriſ:
Mirantur pauide paſtorum ad carmina turbe
Mirantur linguſ hæc voluere tanta diſertis:
Mirantur plenas ſubita dulcedine fibras.
Multa etiam cælo fulſerunt ſigna beato
Nunc naſcente deo: nam terra & pontus & aer
Factorem coluere ſuum: nox ipſa dieſq;
Voce canit: terram ſonitſq; exiit in omnem.
En cecidit templum romanæ paciſ in vrbe:
Nec formidatas ſenſerunt faxa ruinaſ.
Non quia pax mundi puero non grata ſuperno
Qui pacem requiemq; dedit: qui fœdera ſanxit
Paciſ: & antiq; promiſit regna quietiſ

Multa ſigna vi
ſa ſunt chriſto na
ſcente.

Templum pa
ciſ corruit in vr
be roma cuſ na
t' eſt ieſus chri
ſtus.

Liber ſeptimus.

Fo. lii.

Pacifica: & craſſam patriæ candentis oliuam.
Sed quia bella dabit ſcleri: bellator & vno
Enſe caput rauç longiſ vlulatibus hydræ
Franget: & in triſti mortalia colla prementis
Pace: triumphatum morienti corpore collum
Conteret: & mortem lacerabit ceſus eandem
Qua victus dignum referet victore trophæum.
Iamq; puer ſacro ruptuſ genitalia cultro
Fuderat initium diuini ſanguiniſ alnum
Qui cruciſ ignito fundetur plenus in agro.
Interea claro deducti ſydere reges
Aduenerunt magi: præuiſq; ſigna fateſtur.
Turbida per calles currebat fama loquentiſ
Omniſ ſonoſq; viroſ: lymphata & voce ruebat
Vulgus iners: pueri primuſq; ad nuntia nati
Rex dolet: & motam ſubita formidine mentem
Concutit: & dubio deſedit corde: fureſq;
Vritur igne graui motaq; incenſus in aula
Necit abire loco: necit quo ſtare: locumq;
Sepius aduerſis electum mutat in horiſ.
Mortis & inſanos dira ſub imagine ſenſuſ
Mordet: & in ſtimuliſ voti crudelibuſ vrget
Regnandi miſeros nutriunt quæ vulnera ſenſuſ
Deniq; ſeuuſ amor regni furor: atra voluntas
Inuenerunt fero ſclerata foramina voto.
Clam vocat atq; magoſ: ſictoq; exquirat amore
Quod fuerint lapſe poſt lucem ſyderiſ horæ.
Iuſſit & ad chriſtum ſub amœno ſydere natum
Ire duceſ: reditumq; rogat: ſantumq; fatetur
Querere ſe puerum: pueri ſi certa tuliffent
Nuntiaq; & ſimilem promiſit diruſ honorem.
Ecce ſtella nitens cælo ſupereminet alto:
Dux erat illa ducum: regesq; hortatur ad ipſam
Fefcinare viam: nonq; illoſ tarda moratur
Segnitieſ: properant. hominem vgrumq; deumq;
Conſpexere: ſacriſ manibuſ rubicunda fouebat
Hunc genitrix: ſanctoq; metu ſanctoq; pudore
Lumina in hoc puero retinens externa creato
Atq; interna deo liquefactiſ ſenſibuſ ipſi
(Sic animoſ fideſ alta tenet) reuerenter adorant

Assignat cauſa
ruine templi.

Circuſſuſ ſu
it chriſtuſ.

Ecce magi ab
oriẽte veneruſt.

Turbatio hero
diſ.

Ite & interroga
te diligenter de
puero vt et ego
veniens adorez
eum.

Inueneruſt ma
gi chriſtuſ in ma
nib' marie ma
triſ eiſ.



Thalichristæ

Vt dominum: quem carne virum: labrisq; prementem
Candida lactigeræ cernebant vbra puellæ.
Primus & antiquo fatur reuerentior æuo.
Summe deus rex. atq; meus cui corporis isto
Sic placuit radio mundanæ noctis amaras
Illustrare vias: seruilem ac ducere formam:
Rex hominum sine fine manens qui solus & vnus
Regna: potestates: arcesq; vrbesq; domosq;
Mente geris: solidumq; in fundis cordibus aurum
Mollius & cæra ferroq; potentius omni:
Hoc cape. tunc vaso propinat munus aperto:
Datq; locum socio: genibus qui concidit: isq;
Dum loquitur miseris hilarabat carmine terras.
Summe deus rex atq; meus te lucis adoro
Artificem lapsis promissum gentibus: atram
Dilacerare necem quem vera oracula quondam
Visebant nostræ sumpturum semina massæ.
Carmina iam vatum cunctorum impleta. venis mi
Christe: pater matris rerumq; hominumq; deorum
Principium finisq; deus: cui conuenit vni
Thura dari: regno veniens immotus ab alto
Mitteris & flentem supreme piissime carnem
Suscipis. o quantum religatis mentibus instat
Arcanum. deus ipse pater non suscipit vlla
Membra rei generis: natoq; adiungitur ipsi
Nostra caro: genitusq; & consors compar & vnus
Cum genitore deus: magni qui numinis inq;
Vnius esse manet. pater atq; hic natus amorq;
Vnum. sed solus subsistit corpore natus
Numina nulla tenens paribus diuisa duobus:
Quod genitor genitus: genitor non corpus: habetq;
Hoc genitus: nato sanguisq; assumitur ipso:
Quo cæce sparsas humano sanguine culpas
Scindat: & hærentes abstergat semine sordes.
Hoc deus (o quisnam reseret præcordia) paruum
Accipe thus dulces verè in deitatis honores.
Thuris odorq; animum calefactaq; pectora vitium
Mulceat: hoc minimum: sed mystica munera donum
Christe habeas. sanctum reticetq; ob lingua timorem.
Regis: & huic labris arrisit dulcis apertis

Oratio secundi
regis magi.

Liber septimus.

Fo. liii.

Ipse puer: gratoq; aspexit munera vultu.
Fixus humi interea gelidus pallensq; tremensq;
Melchiar ante pedes domini profusus obortis.
Mente gemit lachrymis: rigide nam mortis imago
Ponitur ante sinus: in nostraq; crimina motus
Ex pietate furit: dignosq; ad cuncta dolores
Excitat: & pauide commotat viscera terre
In lachrymas gemitusq; novos: indignaq; cernens
Vulnera ter sanctum fraterno crimine christum
Horrificamq; necem diffuso ferre cruore.
Hæc ait. o patres communi clade rebelles
O nisi non domini victuros funere cæsi.
Proh dolor. o clausum crudeli voce venenum
Serpentis. tantum maculata in semina primo
Pendet ab ore nefas: vitio morbosa paterno
Hei mihi sub tantæ faceat violata ruine
Hæccaro: quod populis veniat non vita peremptis
Non moriente deo: proh dira o crimina: seuum
Proh scelus. o rabies. pudibundo fessa triumpho
Corpora vosq; simul maternum cæsa per ausum
Plangite tartareo non iam mea lumina somno
Lumina. communem mortales plangite mortem
A patribus genus omne suis quam duxit: & ipsam
Immeritam christiq; necem: seuosq; labores
Quos feret: ob nostram domino das funera culpam
Culpa patris: agentes lachrymarum fontibus omnes
Fraterno in fontem passuram crimine carnem
Plangite. christe decus carnisq; o gloria nostræ
Et moreris: tantum factoris sola superni
Progenies miseri tergendæ ob vulnera serui
Subit onus: tetro remaneret agmina busto
Dignius: & laqueis homines morerentur in ipsis:
Quam deus aut medio compressit verba dolore
Tunc gemitus: lachrymasq; furor: prohibetq; furentem
Ipse dolor longos turbatum effundere questus.
Ante suplex puerum myrrhamq; ostendit: & ipsi
Obtulit in signum: quod lecti tempore corpus
Non erat hoc domini ledendum tabe sepulchri.
Quid facias genitrix penitus turbata dolensq;
Pande mihi & lachrymas ingentem & pande dolorem!

Oratio tertii ma-
gi regis.

Turbata est &
go mat in obla-
tione myrrhe.



Thalichristia

Da gemitus memorare tuos. da pectoris estus
Ipse dolens recitemq; simul fac plangere tecum
Me famulum: pariterq; mori: pariterue dolere
Morte hominis. myrrham vix ipse ostenderit almam
Melchiar. ipsa videns lachrymantis dona prophete
Ingemit. o. rerum defunt mihi nomina: defunt
Conceptus: lachrymas per quos ego virginis: ipsos
Aut gemitus signare queam: gemitusq; vocantur.
Et dolor ipse dolor: sed parui nominis ipse
Est dolor: vt talem valeat signare dolorem.
Virgo dolet: tanti sed verba ad signa doloris
Deficiunt: dolor vnus habet congesta dolorum
Nomina corde pio: dolor ipse in virgine cuncti
Summa doloris erat. si vulnera multa ferentis
Pectoris hoc vno signentur nomine: matris
Hic dolor est. vanum: sed non male tacta tumultum
Voce dedit: nec membra quatit: nec crinibus vngues
Ingerit: aut tristis muliebris murmure vocis
Exigit ad seuos famulorum brachia planctus.
Cor liquet in lachrymas suspiriaq; alta: ferenus
Vultus erat: nimiumq; dolens grauitate superna.
Non mota in gemitu facies prouoluitur vilo.
Tristis & ad puerum loquitur conuersa decorum.
Ah rides: genitrixq; dolet: fixusq; manebit
Te moriente dolor miserande pectore matris
Intinus: heu miseram moriturum plangere solam
Me decet. heu gladios venturi funeris omnes
Sustineam: que sola tuum sine semine corpus
Concepi: & nullo genitrix sum facta dolore:
Torqueor ense necis: pueri que membra priusquam
Ruperit ipsa: tuis nascuntur vulnera plagis
Seua mihi: natumq; prius quam vulneret ipsum
Impia iam patrias lacerat mors impia venas
O pietas magnis hominum tam faucia culpis
Et moriere deus: faciet quid nate perempto
Te genitrix: vtinam promisso in tempore cesos
Excrutiet mors vna duos: moriamur & ambo.
O dolor. ad lachrymas populos cur melchiar imas
Conuocat: hoc totus letetur funere mundus:
Quo venit vna salus: populusq; a clade redemptus

Deploratio vir
ginis ppter myr
rrham.

Patrias. i. ma
ternas.

Liber septimus.

Fo. liii.

Gurgibus nigris: atrox exhibit ab orco.
Sola tamen tristis telo cruciante doloris
Condoleam nulla curam exonerante querella.
Que licet ex meritis & veri funere nati
Salua fui: genite miserescent viscera carni:
Diraq; bella timent: & digno quassa tremore
Saucia cordicremis turbantur pectora flammis.
Vix bene desierat. trepidans tunc melchiar istis
Pone modum lachrymis: miserandaq; verba coerce
O genitrix: natum dominum non cernis & ipsum?
Per lachrymas puer ipse tuas: gemitusq; per istos
Dat gemitus: niueos amouitq; vbera dentes.
Aspice quam grato protendit brachia nexu:
Et manibus collum maternosq; implicat artus:
Cerne precor. crutiant non illum funera tantum
Qua tua vox gemitusq; tuos audire: suamq;
Cernere te matrem per nostra piacula flentem.
Pone modum domino lachrymis angustia magno
Maior adest: vocemq; sue: mentemq; tuendo
Virginis ex gladii turbatam vulnere diri:
Quam crudele nefas populi: mortemq; paratam
Audire: oblati tergendam in crimina venis
Non dextre: non crura dolent moritura: nec ipsum
Quod male directam terebrandum pectus ab hasta:
Sed dolet heu matrem simul ipsa ex morte dolentem
Flere: ne horrendas morituro in corpore plagas
Ingemit: illa altam pietas agit optima mentem
Vera polo dominum potuit que ferre necandum.
Tempus erit lachrymis: viridem compesce dolorem
Virgo: precor taceas: nec casus ante futuros
Plange parens. maneat dolor hic seruatus ad illa
Cum moriens dominam famulo committat habendam:
Tempora: cum nostro tenebris extincta veneno
Lux erit. occisi videas cum vulnera nati
Da lachrymas: gemitusq; feros turbataq; circum
Hec tua perfollo morientia viscera christo
Lumina volue cadens: lachrymas tunc orbis ad ipsas
Surget: & effuso nigrescent sidera ponto:
Et tetra ignitos moerebunt firmata celos.
Interdum dulces: interdum & gaudia voces

Solatur beatam
virginem melchiar
magorum ter
tius vsq; ad finem
istius libri septi
mi.



Thalichristiæ

Mater habes: cur ante doles: letisq; sub agris
In moestum defectis iter: si prata virensq;
Herba datur: sicco requiescent pectora campo?
Quid iuuat arenem mediis in fontibus ahum
Prospectare: diem si solis flaua nitentem
Lumina dent: totasq; illustrent lampade terras:
Quid luna ad radios potius queretur habendos:
Quis tunc cum cantus recitet philomena sonoros
Cernit in aduerso si ploret cardine bubo?
Cur nunc funestam turbatis sensibus horam
Ingeris: æternum cum possis pectore plausum
Inferere: atq; sonos per summa cacumina letos
Ducere: cur gladio belli mediteris in ipso:
Cum possis tot dona loqui: tot dicere causas
Leticiæ: nostro malchonem occumbere ferro
Tu facis. vrgentesq; in sandis fraudibus hostes
Obteris: & clauso populum precondis olympo
Hactenus oppressum dira & caligine factum.
Tu silicis scintilla sacri: qua surgit amoris
Flamma dei: nostre brumalia frigora culpe
Ignibus vt sacris feriat: mittenda tonantis
Fulmina tu mulces: te namq; in matre liquefcit
Ira patris: q; boni genitrix noua munera cuncti
Inuenis. horrifici longa obsidione tyranni
Arx hominum non victa manens: tu frena coerces
Hostis: & antiqui dulcescunt vasa veneni
Te. sexus tu gemma tui: matrisq; corona:
Tu nostris iam meta malis: finisq; laborum
Sol tumidis non tinctus aquis lucisq; fugate
Principium: tu carnis honos: tu gloria cæli:
Tu mors tristitiæ. vitæ pia semita nostre.
Initio dominus te matrem virgo viceq;
Apparat ante suæ: veteris fundamina mundi
Quam fierent: coenum materni criminis atrum
Nondum terrigenam violarat labe cateruam:
Iamq; aderas natum genitrix electa per ipsum
Clara micans: te te seruatam valle tenebat
Pastor ouemq; tuæ testurus pectora lanæ
Pellibus: & sollam tenuit te mente paratam
Solamen deus ipse necis: que cinxerat omnes:

Malchō rex ini quitatis.

La^o beate ma- ric.

La^o beate ma- ric.

Ex libro sapien- tie.

Liber septimus.

Tuq; patri iam lecta parens sis nata priusquam
Mater eras: & nota prius quam condita purum
Corpus habes viuo conceptum pectore sacri
Artificis: partum soluebas sana supernum
Antea quam roseas ornasset gramine siluas
Officio pregnantis humus: non montibus orni
Tranuersis longas prestabant solibus umbras:
Fontis aquas nondum rumpebant: flumina nondum
Edita: nec crassam librarat pondere terram:
Patris eras iam virgo comes: natoq; futura
Iam genitrix. quom scepra sibi celosq; parabat
Syderaq; & radios firmabat & æthera sursum
Lumina diuisis prestabat luce tenebris
Legibus & gelidas arcebat desuper vndas:
Glorius exhaustos gyro & vallabat abyffos:
Fundamenta soli reparans: dulcissima mater
Componis tu cuncta simul. iam vitifer almus
Te placido cernens carpebat pectore dulces
Delicias hominis: venturaq; pignora matris
Cogitat ipse tuis qui nunc veneranda lacertis
Dormitat: digitosq; ad collum porrigit almos
Teq; parens nondum diuina mente creatam
Ante oculos pater almus habens iam lacte videbat
Vbera plena deus: que nunc quoq; natus: & ipse
Tunc etiam labris placidam lambebat vt istis
Tunc etiam magnam refouebat mente ministram:
Tunc virtutis opes: doni tunc culmina summi
Summa libens secum ipse dabat: letusq; manebat
Cum videt & nostrum te & nostra piacula bustum.
Tunc tibi (quod nosfes quantum deus ipse valebat)
Legis vincla quatit populo ventura: parentum
Crimine per nodum mortalis originis atrum:
Gurgite casuram preseruat pectore solam:
Labis onus dirimens: communem ac funere legem
Mente secat: quam mente parat: quam figere carni
Debat plastis furto furiosus iniqui
Ne sibi que fuerit patrem partitura superni
Lecta domus dominicq; minus virtutis haberet
Aut vitæ: aut doni: vel nobilitatis ab ipso
Quam poterat veniente dari. quod sanguinis eius

Laus beate ma- ric.

La^o beate ma- ric.

Idest fontes.

La^o beate ma- ric.

La^o beate ma- ric.

Ratio qua vir- go maria conce- pta fuit sine pec- cato originali.



La^a beate ma-
rie.

La^a beate ma-
rie.

Comparatio in
laude beate ma-
rie dei matris.

Thalichristæ

Fit meritis vera fundendi morte perempto
Accipias vt dona viro: que suscipit orbis:
Empta simul cæsi consorsq; in munere sancti.
Cerne dei genitrix quod nondum facta placebas
Virgo patri: iam dulcis eras: iam nomine digna
Matris: & ipse tuus flecebat principis haustus
Virginittatis odor: decus & iam gentis opimum
Das oleum: domini fundendum vertice trini:
Quo sceleris desciuit hyems: patrumq; superba
Culpa cadit: gestitq; placens solatur & ingens
Iam pietas: quod te poterit lenire furentem
Iusticiam: miseris cladem que auertere terris
Per mediam te virgo valet. tu cognita summo
Corde facis quod non domino mortale fuisset
Pertesum formare genus: tu namq; furorem
Discis: & claro condebas gaudia vultu.
Tu virgo in flectis sensus: tu cordis amorem
Excutis: agnoscit venturę præmia matris:
Pro qua casuram puduit non condere terram.
Luce sedens niteq; compensat matris & eue
Præcipitis: factis contraria facta rependens
Mente vtrumq; videns: nec primam noscere matrem
Triste erat: electam retinet cum mente mariam.
Ceu cum certantes pueri presente magistro
Linguarum in pleno soluerunt frena teatro:
Incipiuntq; nouas inimico carmine pugnans.
Qui præcepta sui tenuit doctoris: & omni
Nocte laborantem contriuit codice mentem
Non dubitat iaculos nodosi enigmatis: atq;
Initium prædulce dedit: quo mulceat aures
Comparet & dulcem populi cernentis amorem.
Incipit atq; sono venerandę vocis: & inde
Pandit oneratas animorum lacte loquellas:
Quis veniat natura modis: quibus extet: & vsq;
Quo tellus mortalis agat viuentis amici
Principium: quo se perituri semina vertant
Pulueris: vtq; animus pereat non funere læsus
Carne simul nittidi narratq; vt sydera cœli
Equestresq; choros dominus turbamq; beatam
Composuit se cuncta mouens, ast inscius alter

Liber septimus.

Fo. lvi.

Incipit effari turbata & voce resistit
Mentis inops: diras obtuso & pectore glebas
Gestat: & insanam furibundo murmure pugnam
Concitat: & digitos deformat sepe retortos.
Qui docuit genit ipse dolens: dum tempora cernit
Irritaq; & vanos hominis videt esse labores:
Sed quoties altum iumenem conspexit habentem
Diuitias animi: verum & sapientis honorem:
Si tædet docuisse virum quem cernit abire
In tenebras noctis: choreis insertus amœnis
Alter adest: pleno cui pinguis pocula vaso.
Si dolor indoctum est: doctum spectare ministrum
Gloria maior adest. socium si sumpsit vtrumq;
Ambobus si iussa dedit: si perditus alter:
Alter adest sapiens doctoris magna verendi
Gloria: qui ignotis figat sua nomina terris
Magna: decus ferule victuraq; præmia caste.
Haud aliter sapiens qui fecit cuncta magister:
Dogmata qui in patres diffudit prima rebelles.
Teq; videns matrem genitor sic gaudet in ipso
Corde deus: primam quod non quia conderet euan
Penitet: & læto iaciat primordia mundo
Ante vnum casura diem: ceu prælia quando
Rex iubet ire duos: quorum alter tela virosq;
Pertinet: atq; metu vel solo vincitur. alter
Contemnit clypeos rutilos: aciemq; paratam
Cæsaris & rectam lunata per agmina frontem
Voluit: vt horrenti fracturus cornua marti.
Alterius rex ipse fugam seunumq; laborem
Exitumq; illi miserum: tandemq; paratam
Cernit adesse necem. sed postquam pensitat omnes
Alterius vires: mirandaq; facta reuoluit:
Quam patrię vtuis extollet nomina sacclis
Cogitat: & quantos reuerenda ad templa triumphos
Afferet: est famulo non tantum mœstus: ab illo
Cui mors seua manet penitus præuisa: per illum
Quam lætus gratisq; virum: cui colla parantur
Prestringenda ducum laqueis: ac magna dabuntur
Præmia: cum capto remeabit victor ab hoste.
Sic deus vt tristem præuisit lumine fortem

Conderet. nō cō-
derit. ne sit con-
trarium sacre. s.
illud etiā peni-
tet me fecisse ho-
minē: aliā habz
intelligētiā quā
nō verba sonāt.

Comparatio alia
in laude dei ma-
tris marie.



Thalichristia

Venturam patribusq; necem: si corda dolore
Percutit: & casu periturę gentis ab ipso
Tangitur. ecce aderas virgo intemerata videnti
Nota deo quę sola nefas belliq; firrorem
Diripias viui fulgoris nomina terre
Concessura tuę: summisq; ad culmina cœli
Allatura sacras meritis fulgentibus umbras.
Pectore quos risus genitor: quas mente gerebat
Delitias: quando latroni: hac vulnera seuo
Cernit virginę iaculo constructa lacerti:
Quis plausus viui cordis: quis gaudia possit
Dicere: cum placidam spolii ex mortis onustam
Te videt esse parens: animo concepta beato
Nondum nata sinus exuris leniter almos:
Et diuina sacris innectis pectora nodis:
Et iam vultus erat dulcis: faciesq; decora
Aspectusq; tuus: mirę & dulcedine vocis
Captatur sonitusq; deus: pulcherrima rerum
Ducis ante oculos: oculos tunc spectat: vt illos
Virgo columba tenes: tunc partes virginis omnes
Intuitur: lætisq; exoluit grata medullis
Caudia: perq; tuum generis reminiscitur ortum.
virgo dei genitrix patrem generantis honorem
Sola tenes: mediisq; potens preconiã turbis
Semper habes: viueq; nitentia ferta coronę:
Tu sanctis celebranda viris: electaq; circum
Agmina viuente virtutum in premia laudem
Accipies: humilemq; chorum: tua gloria nunquam
Finiet: in clausis referat quę lumina cœlis
In tenebras progressa necis: lucisq; decorem
In nitidum: cęci nebulam quę cordis inanem
Distrahit: & gyros cœlorum circuit altos:
Findit & ima maris: sub opacam carnis abyssum
Atq; gelata calans tabosi flumina ponti
Spargit aquas vitę. non genitricis & alium
Gentibus in cunctis effusum splendet amicam
Dans requiem: quam queris amans: cunctisq; petisti
Vt referas: lumenq; simul: quo tristia gentem
Vincla nefas: rabiem scelerataq; castra secutam
Participem radii facias fulgentis: hic ipse

Laus marie.

Laus marie.

Laus marie.

Liber septimus.

Fo. lvi.

Dixerat ante potens genitus. cantata per orbem
Surge parens: tibi ius: cordis tibi frena relinquo
Quęsitamq; domũ: populis dilecta creatis
Quam cupies omnẽ victuram in secula partem
Es habitura meis: nostris tibi poma sub hortis
Fas legere ad cunctos: ramosq; absconde nouellos
Irrigui per lustra soli. sic candida mater
Summo habitat nato: domino sic sancta ministrat
Monte patris firmata sui: celfoq; decore
Circuit astriferi pomposa palatia regni.
Qualiter & libano cedri exaltantur in alto
Atq; in palma cades viridique in monte cupressus
Tantum læta tuos extedis vertice ramos:
Tu terebinthus ades: placidi tu motis oliua:
Tuq; platanus aquis: tu myrrha: & balsama: tuq;
In sericentino rosearum semina campo:
Tu vitis: dulces fructusq; & floris odores
Mittis amœna ferens in dextris poma decoris:
Coenet vt illa deus nostrę ratione salutis
Esuriens: releuetq; famem per nectar amœnũ
Virginis atq; sitim. genitrix tu mater amoris:
Mater & ipsa metus: nostrę spes maxima vitę:
Mors mortis: noctisq; dies: mœstisq; leuamen:
Tu requies regnumq; deo nascente. sed vnde
Voxerit: ah quanta est tua magna potētia longum
Explorare: meis nõ tanta potentia distis.
Sola sine exemplo es homines transgressa: deosq;
Tu superas dea nostra sinus ne auerte pudore.
Quin potius pudeat vocem hęc: quia barbara: quin nõ
Hanc pudeat: tibi cuncta nihil: quę dicere possit
Mens hominis. veniat verbis assueta decoris
Turba nitens: alti quę principis incluta mensas
Excubat ante sacras: nõ hęc erit apta: tuus ni
Det puer: vt dominę sonet omnia dona beatę.
Heus lætare dei genitrix: tu nata: simulq;
Tu coniux: partemq; tenes in carne labores
Quę dirimit: purũ delecta virgine corpus
Ex te sumpsit: habes quod tota mente requisit
Non poterat donum maiora ad gaudia missum.
O genitrix primam similem nec sola sequentem

Laus beate ma-
rie.

Laus marie.

Idest rosarum.
Per allegoriã.

Laus marie.

Laus marie.

h



Thalichristie

Virgo vides: multas gaudendi maxima causas
Aspice: letitie longa & monumeta beate.
Vnica causa subest succincti sola doloris
Gaudia per nitide donoru immensa corone:
Hanc sequeris: inuestu procul: o pia virgo dolorem
Mitte procul motu crudeli funere sensum.
Ducq; puer sexti lucratur tempora lustru
Aedificans humilesq; domos absconditus atq;
Dat famulis exempla suis: ac magna laborat
Non faciens: vitq; parat documenta beate.
Hoc domino letare tuo: flammamq; timoris
Excute: & in laetis solare pericula causis:
letitiarq; metum: risuq; absconde dolorem.
Adde quod iste tuus passurus funera natus
Post mortem victurus erit: custodib; actis
Egredietur ouans tumulo: manesq; ciebit
Exurgens: pulchreque ostendet vicia parenti
Pectora: crudeles iam non subitura labores:
Glorificata gerens plagaru stigmata miro
Fulgore: & lateris signatu vulnere corpus
Non deforme tamen nitido cui clara decore
Sit facies: vitusq; color: quod cernere mudus
Gaudeat: & plenum domino letetur olympu.
Qualiter vt lassus victo certamine miles
Saucia martigeno deflectit lumina somno:
Post redit: & primum temuerunt membra vigorem:
Quae cuncta in nullo consurgunt laesa sopore:
Et velut excussis terebrato ex corpore telis
Taurus dum gelido pfernit tergora fundo
Sanus abit: sic christus erit. qui clausus in antro
Per triduu: propriam non laeso numine carnem
Sumer: & ad superos ascendet vitifer agros.
Haec tibi qua saeuum valeas superare dolorem
Spes nuc certa manet: dominus na caede resurget
Integer eterna solucq; ad vulnera vita
Vincla hominis rüpenda feret: noq; vlla potenti
Damna aderunt nato ppeffa ex morte: sed ipso
Nos domino seruamur eo: ne crimine primo
Turba redempta tui inortat sanguine nati.
Finit liber septimus thalichristie.

Solat illa spe
resurrectionis
dusti.

Liber octauus.

Fo. lviij.

Argumentu octau libri Thalichristie.
Dat rationis iter fidei tutamina: coelo
Missa charis: christi recitans pia signa beati
Testibus & priscis concordat tempora chartis.

Thalichristie liber octauus.

INterea du sancta magus solamina princeps
Prestabat: magus alter erat (que plurima sanctu
Circuistat pueru) turbam speculatus: & oes
Excubias nati lustrabat imagine veri.
Angelicuq; senem nimiu qui pxim; illi
Sorte aderat: letis cui colla decentia canis
Flamantes oculi: stellatum & hyaspide fulua
Os erat & nuceam velabat purpura formam
Sic fatur: non ima parans qui tanta requirit.
Alma paraciteo radiatus tempora dono
Dic mihi: namq; potes: summi cui rector olympi
Prestauit purgare animos & lumine certo
Perficere: atq; atru tenebras disrumpere leti.
Quae signa hunc pueru valeant mihi promere sanctu
Esse illum: quem cuncta ferunt praecordia vatum
Dira venenatae lustrum debita noxae?
Confiteor: noti non est opus indice signi.
Vera fides satis est. nihil est quod iussa retractent:
Quos tulit aethereum flammis ductricibus astrum.
Sed tractare vias. etiam rationis amoenas
Ipse velim: & frauso noscendas tradere mundo.
Dixerat. ille suum sociu suspectat: & ille
Intuitur comitem. donec quaesita nouenis
Sunt recitata choris. tandem charis alma p omnes
Missa gradus dedit hanc diuino pectore vocem.
Sancta fides domini quauis ratioibus vllis
Non eget: & veri fundata in rupibus alti
Persistit sine labe potens: nec digna moueri.
Attamen ipse bonus solio tibi mittit ab alto
Haec pia signa pater: valeas quibus indice longo
Iussa fidemq; sequi: totoq; apprendere nisu.
Cuncta fuisse boni veracia dogmata christi
Inditto est natura parens: que cordibus ipsi

Dum melchiar
magus solaba
bia virginem ali
magus interroga
uit vni ex ange
lis q erant apd
xpi multa de fi
dei xpiane veri
tate.

Oro magi ad
angelum.

Juxta doctrina
dionysij ille age
lus qstuit ab a
lio r ali ab alio
Pte ali ab alio
qd rnderet. tan
de charis. i. gra
dedit mago re
spou angelicis.
Oro charitatis
ad magum.

Confirmat ve
ritas xpiana a
lege nature.

h fi



Confirmit veritas
 xpiana ple
 ge scriptur.
 Confirmit p oēs
 pphetas.
 Per malachiā.
 Zachariā.
 Aggeum.
 Sophoniā.
 abacuc.
 p nam.
 amos.
 osee.
 danielē.
 michē.
 abdiā.
 ionam.
 heliā.
 ezechielem.
 iohelē.
 esaiam.
 ieremiā.
 duodeci sbyl
 las: quoz noia
 sunt libro q̄rto.
 p iesseā chelin:
 hoc est p dauid
 & salomonē.
 Vocatio genū.
 Ecclēsie labores

Aduert' anti xpi

Finis mundi.

Anio hoiz bea-
 totū cū deo.

Thalichristiæ

Impressit non velle malū: non ledere quenquā
 Virtutemq; sequi seuosq; abrumperē mores
 Et quæcūq; sacro christi fert pagina libro.
 Inditio est moesa manus. & cana priorum
 Norma patrū. responsa chori candentis. ad istum
 Gens veniet puerum: quam iā mallachus heros
 Ad pia sacra vocat. pullumq; agnoscet afelli
 Zacharus hoc. vocesq; piās ac feruida vota
 Aggeus. Almus auro patre atq; Sophonius ipso.
 Nomen habens vnctē specularis ventura palestræ
 Vitali oppressas satiari sanguine turbas
 Principis: incusso famosaq; cornua bello:
 Et Naus ille sacer solamina sancta videbit.
 Hunc aggressis Amos. oculitus & oseus. hūc &
 Danilus: hunc michas: abdas: ionus: helius: & qui
 Horrida pacifici lugebat vulnera templi
 Littore cobareo: gladiusq; anfracta malignis
 Agmina saraphicis non inuidētia turbis:
 Cum quondam pietatis amor: cum gratis olympi
 Ductor erat. puerū (veniant modo tempora) nostrū.
 Iohelus: sectusq; canēs: mestusq; ieremus
 Terq; quater geminē memorant responsa sibyllæ.
 Hunc iesseā chelis. mellitaq; carmina magni
 Pastoris: rex atq; canit salenus. o nunc
 Quanta videre licet: dentes amaryllidis omnes
 In solomontace conuersos fercula mensæ
 Acrutheam ductare greges sub monte sionis
 Prospicio: gemitusq; graues trinamq; procellam
 Incurfusq; nouem: commotaq; viscera sanctæ
 Matris non diro penitus cessura tyranno.
 Prospicio tumidi serpentē turbine colli:
 Mutet vt insanos & ferro & torribus hircos
 Vera sub enochio passurus funera telo:
 Lætatesq; sonus: extremaq; classica: cæfos
 Voce cedere viros: mundūq; accendere cantu.
 Prospicio fuluis niueum super aera pennis
 Ire duces altos: flāmataq; principis ora
 Excipere impavidos: clareq; astare coronæ.
 Virq; potens membris tandē in sua iura redactis
 Influit electæ per secula cuncta maritæ

Liber octauus.

Balsama: viuifico diuināq; cinama rardo.
 Prospicio quassum miseris ambagibus æuum
 Parte alia: quæ scire vetat te verus apollo.
 Prospicio causas quibus est tibi cernere iustas
 Candida qui roseis admotat labra mamillis
 Hunc puerum: illum esse: ferunt quem carmina vatū
 Venturū: sacro nigrantia pallia vino
 Vt lauet: & lotas precioso sanguine turbas
 Ductet ad immoti secreta palatia regni.
 Constat in indicium perfectas luce figuras
 Quod faciet: quascūq; refert descripta superno
 Lex digito. grauidis sancta & vaticinia verbis
 Implebit. visusq; palam mysteria cuncta
 Lege sub vmbrosa priscisq; latentia chartis
 Nota dabit geminis populis: ceu messias ipse
 De quo tam dios habuerūt sæcula cantus.
 Indicat hoc Iordam fluiuius. pater indicat altus:
 Qui probat esse istum candore & carmine natum.
 Indicat hoc thabor: veris qui testibus illū
 Admirante solo: cælo exultante videbit
 Glorificum præsentē deo: radiisq; decoris
 Pandere adoratas acies: & fundere mella.
 Indicat hoc rerum causas mutare latenti
 Virtute: ex nullis effundere vina racemis
 Optatosq; polos cæcis: & lumina: mutis
 Et conferre sonus: claudosq; armare pedes tres:
 Pellere morbosam rabiem: exturbare furentes
 Veripetas: tetris præcordia soluere vinctis:
 Exanimata ferro reuocare cadauera busto:
 Et flammā: & solis inuertere nereia iussis.
 Indicat heliacis veniunt quod tempora chartis
 Apta: quibus pmissa patent completa. ducemq;
 Iam venisse bonum: quo terra & fulgidus æther
 Eguerant medico: pueri si & temporis: ipsam
 Nunc feriem dictisq; feras pia carmina nostris
 Indicat hoc solymas rapto dsademate turbas
 Quod regit hircani seruus auulsaq; lecti
 Sceptra ducis: quæ vtilat peregrinæ vulnera dextræ.
 Ac legalis apex: cessauit & vnctio sanctę
 Gentis. mellifluas moderatur & aduena terras:

Zircana dei que
 nō licet homini
 loqui.

Dat signa d xpi
 veritate. q̄ ipse
 ut oēs figuras
 legis.

q̄ ad iordanem
 fluuius pbabit
 de? pater. Item
 in mōte thabor
 in transfigurati
 one xpi.
 Confirmit per
 gesta miracula.
 q̄ fecit aquam
 vinum. q̄ illi
 nauit cecos.
 q̄ fecit loq̄ mu-
 tos. q̄ ambulare
 claudos. q̄ ex-
 pulsit demones
 q̄ suscitauit mor-
 tuos.
 q̄ cōcordat pro-
 phetia helie de
 tēpore aduētus
 xpi.

q̄ herodes alte
 nigena regna-
 bat in iudea iu-
 ria moysi vati-
 cinium.



Thalichriste

Vt mitis pater ille patrum presenserat olim. Cantat & in signum diuini pignoris altum. Constat in inditium, quod plurima signa superno Caesare caesar habet: medio qui aspexit olympo Virgineis manibus puerum gaudentibus astris Esse super flammisq; virum fulgescere longis. Et faciem humano stillantem lampada vultu Despectu horrificos solo exterrere tyrannos. Indicio est quassum primo a fundamine templi Pacis: & aratas inopino murmure petras Frangere cinctutos populo trepidante lupercos: Puluere & emotum respergere tibridis antrum. Indicio est testes superis e sedibus ambos Concordes proferre sonus: concordia veri Nuntia pneumaticis labiis quater atq; quaternis. Septenosq; duces signacula vltua gerentes Illustris viri atq; dei coepisse sub ista Pauperie: passimq; viis ingentibus actos Iffe super nitidae radiantia culmina famae. Indicio est danielis opusq; haec tempora magno Tradita mysterio, quo iam sua verba secundum Annorūq; rotas celeres: curfusq; dierum Finis adest fraudi. princeps venit ille decori Nominis: humanae medicamina vera salutis Qui referat: laticeq; pios quibus aspera locit Sit sitis in tetras cessura perenniter umbras. Hic fuit abramo promissus munere veri Patris: vt isacus veraci funere verus Mundet in aeternas quinis e fontibus aras. Hic est illa salus domini: quam iustus iacob Sperabat miseras ducturam ad gaudia terras Ad patriam panisq; domos adq; inclyta regna. Hic est ille: parens cithara quem concinit alba Venturum excidio sceleris populisq; salubrem Quos veniens primi nigratos tabe veneni Surripiat manibusq; piis & contegat alis. Hic est ille triplex petisit quem fistula caelo Descendat: geminis pasturus ouilia ramis. Hic est quem clari properatum ardebat amosi Filius: illustris veniat de caute stonis

q roman' ipe- rator vidit in ce- lo muliere coro- natis habentē in gremio filii.

q templū roma- nū qd eternū fu- turū roma scrip- serat corruit na- scente deo.

q angel' q' annū- ciauit pastorib' & stella q' annū- ciauit magis cō- cordatur cū se- decā pphetis.

q septē duces q' typū gessere xpi i. moyses. iofue. gedeon. sanfon. cyrus. trelid' in- tio paupes fue- rit vi xps.

q exōsse p'dicti fuit rēpus nati- uitatis xpi a da- nielē.

q promissus a- brae signat' in isaac. expectat' a iacob. p'uenit a dauid.

Triplex fistula. i. triplex psalm' lxxxviii. lxxxviii lxxxviii. q' amosi est elias.

Liber octauus.

Ad gnatam: matreque patris: riuumque decoris Illius ex primo rabies quem fustulit aeo Prima mali infernis agitata furentius umbris Hic est quem sacro cecinit sapientia libro Venturum sub nocte ducem: qui candidus ornet Se fortunati nocturna silentia mundi: Nocticolasque duces: rabiem: seuosque furores Comprimat: & cunctis vnus licet imperet astris. Paupertatis onus: glaciemque aestumque famemque Qui subeat: stygi dum lora furentia tauri Preresecare parat: vestrosque auferre labores. Indicio est siluisse ioues: ac indica phana: Aegyptiosque duces: & apollinis antra: deosque Terga dedisse seros linguis spoliata dolisque: Ex quo vera boni fulserunt numina christi. Hoc simul indicium diuini infantis habebit Mundus. quod solo faciet miracula verbo: Non opibus altis: non nomine principis vlllo. Quodque etiam caesi memorato nomine christi Efficiet christiana cohors forma omnibus vna In cruce curuatis aperiri tartara dextris: Sistere aquam fluuiis: gelidasque rigescere flamas: Et quae terrificis sonuerunt caetera zonis. Hoc erit indicium lachrymis quod pallida longis Principis immeritam deflebunt sidera mortem: Nigrescentque poli: tetroque in firmate phoebus Conuoluet sine iure pares noctemque diemque. Plusque vt vera probes: hominem regemque deumque Hunc tonat ipse sathan: dominumque fatebitur omnis Hunc nocturna phalanx diris agitata flagellis Pectoribus decussa furens: sub murmure saeuo Aemmanueliferum resonabit victa trophaeum. Hoc erit indicium. binis que partibus aether Scindetur: summi manifestaque gloria regni Visa palam clarum radiante tegmine christum Excipiet gaudente polo: seu sceptrum mouere: Sicut hunc flammatus radio cōscendere currus Telluremque nimis vitali luce carentem Igne sacro lustrare iuuat: sibi tempore in omni Caedetur: iussisque eius natura relinquet:

q aduent' eius signatus fuit li- bro sapientie.

q nascete xpo si- luerit oino ora- cula gentiliū a- pollo delphicus syrie' amō etc. q' dei egyptio ill- exulante xpo ce- ciderūt.

q auctoritate p- pia & non auri- lio alteri' iuoca- to fecit miracula q' apli & alii xpi- ani p' signū cru- cis operati sunt mirabilia supra vires nature in xpi nomine. q' morte xpi ob- scurat' est sol et terra tremuit etc

q diaboli fassi- sunt.

q aperti sunt ce- li in ascēde xpi.

Imitatio pul- chra lucani.



q̄ p̄licatione
pauperū piscā-
toū cunctū sibi
subegit mūdū.

q̄ sanctissimē vi-
xit ipse xp̄s.

q̄ ipse xp̄s se di-
xit esse deū dei fi-
liū: & si hoc non
esset verum im-
possibile esset
q̄ hō mēdax ac-
cipet a deo opti-
mō talē p̄tatem
qualem habuit
xp̄s & discipuli
er̄ h̄acrōnē late
p̄sequit̄ poeta
& est euidētissīa

q̄ dicit̄ exēpla
diuine videte.
Dathan & abirō.
Simō magus.
Magi pharao-
nis q̄ nō potue-
rūt facer̄ culices

Thalichristiæ

Cui velit esse fauens vbi regnū ponere vitæ;
Sed neq; in arto sedem sibi destinat orbe.
Nec polus aduersi calidus qua vergitur austri.
At leget æternam se patre & consule romam:
Ut panem: medicosq; focos: vterūq; paternum
Tibridis vnda gerat ritus exuta numanos.
Inditio est cunctum quod vicit egentibus orbem
Bissenis: trabeasq; feras: tumidosq; thiaras
Ad sua retigeris contraxit ouilia seruis:
Non gladiis flāmisve potens: nec hiantia campis
Cornua: nec quadras conductat in arma cateruas
Sed miseris hoc donat opus: nudosq; rudesq;
Hic facit infirmis conflare tonitrua verbis:
Subductura dacas furiis: perfasq; latinos
Concussura patres: confusaq; turpiter ora:
Longe aliter q̄ cum sonitu septem plice ductor
Iericon pauida execatam extendit arena.
Vestra fides etiam poterit rationis honestum
Fundamen monstrare palam: sensusq; repentes
In terram releuare solo: coelstq; locare.
Namq; omnis sanctum testatur mūdus Iesum
Eius & extremas volitat p̄ta fama per oras:
Esse illum castūq; bonum verūq; p̄iumq;
Ipse tamen domini genitum se prædicat alti
Emissum in laceras vt frangat crimina terras.
Quis dubitet: timeatve dolos: sub vocibus eius
Quo nihil in toto compertū est sanctius æuo?
Finge dolos. falsūq; virum. cur pessimus ipse
Sit deus: & tantum crudelis & impius: illum
Vt sinat: ingentem qui nugas seuerit omnem?
Nec sinat hunc tantū: sed nugis prebeat altas
Suppetias viresq; dolis: & robora cedens
Numinis insano tribuat moderanda magistro
Syderaq; & rerum causas: & fata: sepultum
Et cinerem: & flammās seruire perenniter ipsis?
Qui bonus est fraudem nunquā iuuat. ater abiron
Atq; dathan: sensere viris quæ præmia falsi
Det deus. ecce simon supera defectus ab aura
Et laceratus obit: culices fecisse rogatus
Non magus ille valet. græcis epidaurius oris

Liber octauus.

Si leuat infirmos medica reparabilis arte
Perluit insanas percussus fulmine nugas
Basilides: blastusq; ruunt: monstrūq; seueri
Florinus: infernaq; madens gorgoteus vnda:
Clobius & magicis caput insanabile verbis.
Ille thianeq; lusor memorabilis vrbi
Oblitus vanos frustra vit mortuus indos
Non secus ac facti perierunt tela menandri:
Prisca: furens maxmilla cadunt. montanus & atros
In cineres: ceu mæstus abijt theodius: vtq;
Mannichus: vt ceptis iudas galileus ab altis
Nugifraga puri depulsus cuspidē veri.
Machmeti si monstra valent per tempora multa
Durare: & putrido mundum pfundere tabo:
Hoc faciet brutalis amor: permissa libido
Lege sub horrenda. sed enim deus haud dabit illi
Maiestatis opes: naturam aut vertere factis
Mirandis: nonnullus arabs seuo imperat igni
Non vnda: nōq; vlla facit: quæ cernere mirū.
Quin etiam ipsis errorum femina verbis
Multa palam iacere pharon derisa per omnē.
Falsorū si cuncta notes monumenta virorum:
Falsa quidem dominus vel non finit optimus: aut nō
Adiurat: iste tamen sacro qui incedit oliuo
Christus vt ingenuo driades adfectat odore
Postquam turbatas pedibus calcauerit vndas:
Fecerit & cunctis miracula patentia terris:
Umbricolastq; fero manes reuocarit ab orco:
Disquatiēt mortale chaos: orastq; malignas:
Victor & ignito conscendet ad astra trophæo.
Quæ super vt fuerit patri sociatus amcenæ
Sede domi: æternus superiorum rector: amicis
Influet illustrem quæcūq; in facta vigorem
Præualidastq; manus: & honoræ robora dextræ:
Seu flammās ferrumve parent vndas ve tumentes
Rumpere: catholico turbare aut tartara sceptro
Concedet: nigramq; simul præuerrere gentem:
Cælicolastq; alto pariter componere regno.
Et christana phalanx solis armata sagittis
Verborum per bethis aquas: austrisq; tepentis

Basilides, bla-
stus. flouus. gor-
goteus. deobr?
heresiarche fue-
runt in exordio
nascētis ecclie.

Zpolloni? ipia
neus. menadr?
mōtan?. prisca.
maximilla. the-
odas. iudas ga-
lileus. maniche-
us. hi oēs diui-
nitatis nomen
conati sunt sur-
pare: s; frustra.
Machmetus et
si a bestialibus
hoib? sequutus
est: nullū tū fe-
cit miraculum:
nec ei de? cōces-
sit virtutē ope-
rādi mirabilia.
et si furore eius
ppter nra pctā
oculto quodaz
iudicio nō ad-
huc repunit.

Xps dedit disci-
pulis suis faciē
di miracula po-
testatem.



Thalichristæ

Fulmina percipit vagos auroræ finibus euros
 Fortis hyperboreos etiam transcendet ad axes.
 Vnde licet tantum miseris pastoribus vnde
 Tot bona christei possint sperare ministri?
 Si christus dedit illa: dedit qui maxima christus
 Est deus. aut si non. nugis aduersus iniquis
 Ipse parens rerum sæuos punire tyrannos
 Debuerat: stygiisq; viros abscondere læto
 A quibus infanti cantata potentia christi.
 Sed iuuat ipse almū toto cū numine christum:
 Innumeris signisq; probat. christiq; ministris
 Et fauet: & geminis hos tollit ad æthera palmis.
 Est bonus ergo: fauet cui sic pater optimus: eius
 Et famulis concedit opes deitatis: & omne
 Robur: & alta poli referat patientibus: albas
 Et terras: sedemq; maris: tractusq; profundos
 Implereq; rosis quercus & fontibus arua
 Sanctaq; cunctis loquis ditare palatia verbis.
 Hoc rationis iter. fidei tutamina. magnus
 Testis erat præcursor habens insignia viui
 Fontis: iordanice quem mirabuntur athene
 Horrentem: inculto veniat cui desuper antrō
 Sancta charis: foueatq; sinus: stringatq; superbas
 Insidias: abigatq; sues a carne furentes.
 Testis erit nocturna dies. gladiisq; tricornes.
 Ac lætale chaos. concussaq; moenia nigri
 Regis: & vmbri feris excita cadauera portis.
 Testis & hermogenes. nec non & iosius atros
 Qui restes qui vincula dabit: quem protinus vni
 Orabit niuei tradat sibi flamina venti
 Excubiasq; sacras & amici pasua veri
 Tres partita dapes. testis pia turba cruentis
 Dilaniata lupis ptolomæi filius. atq;
 Andreus: & comites: armisq; potentia sacris
 Agmina: thenareos non designata furōres
 Non gladios: nō vincula: feri non murmura rostri
 non ignes: non monstra pati p nomine christi.
 In quibus immoti spectator magnus olympi
 Stephanus in sæuos lapides dū rī det amato
 Fīsus hero doceat lustratos sime sodales

Testes xpiane
veritatis.
Joānes bapti-
sta.

Hermogenes.
Iosias.

Apostoli.

Stephanus.

Liber octauus.

Quati tuo sæuos peruincere cæde tyrannos.
 Laurentusq; potens superis ex ignibus ignes
 Stinguere. terge minis transfixaq; membra sagittis
 Militis ætherei: cui dulcia vulnera fecit
 Alma sitis patriæ: medito qui in sanguinis æstu
 Ardet honoratæ coniungere brachia turbæ.
 Ecce arathateis diuinus acatius oris
 Deserit infandos ritus: & vana deorum
 Nomina: & eterno radiati nectaris haustu
 Percipit angelicos præcioso pectore cantus.
 Parq; deo signis lætoq; simillimus almo
 Flere tenebrosos gaudet sua funera coelos
 Syrmatamq; diem. cordeq; ignatius ipso
 Scripta dei referens vitali nomine vitam
 Post mortem sibi viuus habens. stringensq; draconē
 Fune georgius: amor sic fortia pectora firmans
 Reddet anhellantes summa in fastigia mentes.
 Ecce duces septem cum serapione: nitensq;
 Sebius: electis qui dum abstergatur in vndis
 Cœlestes proceres populo clamante videbit
 Pro se ferre vices. sanctusq; timotheus. atq;
 Bigeminus foelix. cum silulianus honoris
 Fratibus. & toruos inuertens blasius vrsos.
 Patritiusq; mamesq;. mamertinus. atq; coruscus
 Vitalis. barlanq; pius. iurfanus. & ingens
 Mantius. hippolitus. simplicius. igne modestus
 Clarus olympiaco. faustinus. nazarus. insons
 Sixtus. & vrbanus. summaq; in sede calixtus
 Rector. & agapiti florentia labra decori.
 Primus. longinus. nec non hyacinthus heros.
 Christophorusq; valens. Pimachus. atq; secundus
 Et prior exemplis. & simphorianus. & acer
 Victus. victor agens rabiosi principis omnes
 Nocticolas. abdonus. aræ duo fulmina furuæ
 Geruasius consorsq;. potens & lenxius atris
 Flamma rogis. pariterq; valetus. tuq; priorum
 Marcellane decus: quiq; in duo sæcula iactus
 Per mare turbatam defloras mortuus vndam.
 Lambertus mea cura parens. agiliq; reductus
 Stachus ab ceruo fontem pietatis in ipsum.

Laurentius.
Sebastianus.

Ignatius.


Ignatius.

Georgius.

Serapion.
Eusebius.

Timotheus.
Felix.

Silulianus.
Blasius. patritius
Mames. Mamertinus. vitalis
Barlan. iurfanus. manius.
hippolitus. simplicius. modestus.
faustinus. nazarius. insonus.
stet. vrbani
calixtus. agapitus
primus. longinus.
hyacinthus. christophorus. valens.
pimachus. secundus.
simphorianus. victor.
abdonus. geruasius. prothasius.
lenxius. valetus
n. marcellianus
quintus. stachus.



Toribius
Remigius
Leonardus
Alphosus
Leander
Isidorus
Fulgens
Clemens
Sadorinus
Eugenius
Helenus
Laureanus
Antolinus
Mauritius
Decemfamios
Iohannes
Seruanus
Sermanus
Veclius
Sagaris
Sanctus
Publius
Carpus
Papyrius
Laius
Heron
Detranus
Macharius
Dionius
Hemefius
Astirius
Erfinus
Gregorius

Sacte femine.

Catharina
Tecla. Ursula
Lara. Zignes
Barbara. Iu-
stina. Lucia
Agathe. Mag-
dalena. Cecelia
Eufrazia. Pe-
lagia. Bladina
Potamiana
Bugida. Ana-
stasia. Eufe-
mia. Margari-
ta. Eulalia
Leocadia

Thalichristia

Toribius. q. sacer remigius. atq. leo mi
Nardus. & occiduas nimis illustrantia terras
Quattuor ora virum. clemensq. sadorinus. & tu
Facunde æternos cui dat sapientia campos
Vera boni cognosse patris verbumq. salutis.
Eugeniusq. decens. helenus. quiq. inclyta lauri
Nomina vandalici fecundat ad hostia nili.
Fortis & antolinus. focius mauritius altis.
Illustresq. decem celebrato nomine clar
Illius: æthereas aquilam volitare per oras
Qui faciet domini requiescens pectore. quiq.
Gallas spernet opes. feruanus maximus ignis
Seruator. superoq. calens germanus cestro.
Veclius: & sagaris: sanctusq. hoc nomine sancti
Dignus qui domini memorando munere christi
Sana percussis cernit sua vulnera membris
Frustratumq. nefas ferrumq. horrere focosq.
Publius: & carpus: caiusq. papyrius: hæron:
Metranusq. vidensq. macharius: atq. pionus
Et geminos inter fures confossa nemesi
Brachia golgotæ renouent quæ prælia campi.
Transfixumq. deum: simul atq. astirius. atq.
Arsinus. vir atq. potens dum transeat alpes
Qui clarum folio lusorem exturbat ab alto
Innumeriq. alii clarissima nomina: magno
Pectora plena deo: quorum nec lucida coeli
Astra nec æquoreæ numeris æquantur arenæ.
Femineusq. chorus quamuis huic viribus impar
Non tamen inferior flammis: non robore miro
Virtutis. catharina ferax. tecla. ursula. clara.
Agnes. & toto splendens barbara mundo.
Ac iustina decens: & christi nomine virgo
Lucida: & exertis agathæ celebranda mamillis.
Peccatiq. decus lachrymas post terreus almas
Angelus ex imo transcendens sidera iactu
Fortunata nimis mulier. cecilla: nitensq.
Eufrazia: & viuo coniuncta pelassia verbo.
Et blandina: sacris & potamiana coronis.
Brissida: nastasiaq. comes euphemia: gemma:
Eulalia: & sacro rutilans leocadia vultu:

Liber octauus.

Fo. lxxiii.

Iullana: & roseis florentia millia fertis.
Deniq. quisquis erit regem dominūq. deūq.
Veriferosq. patres christanaq. signa secutus
Per bisquinq. duces capitolia dira regentes
Sub ioue tartareo: gladiis refecutus acerbis
Corda: manusq. caput lacerataq. turpiter ora
Testis erit regnare deum per secula christū.
Quæ coeli terræq. colunt cui militat omnis
Machina: quæ pauido tremuerūt tartara centro.
Testis eremus erit macris habitata colonis:
Qui vitæ præferre necem docti: horrida latīs
Blanditiis: traxere deū sub pectore. primus
Paulus. & antonus: luno & iosphus ab illis
Miriades longæ. sanctusq. basilus: & tu
Lux dominice soli similisq. in vulnere læti
Tu franciscæ deo: dabitur cui demone fracto
Vltima saraphicum ductare per atria sensum.
Testis aganthus eritq. erit & cenofus: & ambo
Post voces siluane tuas. testisq. nicolus
Circus & celsi pandens mysteria ligni.
Testis erit solymo nigratus puluere princeps
Constantinus amor superiorum. cindus & acer
Iosphaus: & furuas quatiens pollonius aras.
Innumeriq. duces primi qui ad flumina sacra
Mundati vmbrosos exturbant caute iuencos.
Doctorū pia turba probat. dionysius: altus
Hylarus: ambrosius: celosq. velocior euris
Augustine volans: sanctusq. gregorius: atq.
Hieronimus: cultis faculatus fulmina verbis
Bernardusq. pater: sulo & chrisostomus almo
Lactea diuini disponens labra mathei.
Ex his mille potens quos vexit in æthera virtus
Riccus: & anselmus: scotus: ricardus: hugo:
Albertus: seruinus: acer raymundus: & occhan:
Verus alexander: gersonus: picus: & ingens
Aureus: atq. viri foelicia nomina clari
Thomasusq. nitens: vnus quæ plurima circum
Turba sonet: longoq. capri reparabilis ense.
Concitet aefissas annofa in prælia chartas.
Prætereo qui signa patres christana priores.

Iulliana.
Florētina et ml
te alie florētis.
Dēs martyres.

Beremite.
Paulus.
Antonius.
Luno.
Iosphat.
Sactus basilus.
Dominicus.
Franciscus.
Doctores gēti-
les.
Aganthus.
Cenofus.
Doctores indei.
Ciriacus.
Nicolaus.

Reges.
Iaspasianus.
Cōstātinus. Lin-
dus. Iosphaus
Pollonius.
Duces numeri

Doctores catho-
lici.
Dionysius. Hila-
rius. Ambrosius.
Augustinus. Gre-
gorius. Hierony-
mus. Bernardus.
Chrisostomus.
Henricus. Ansel-
mus. Scotus.
Ricardus. Hugo
Albertus. Scue-
rinus. Raimundus.
Occhan. Alexan-
der. Gerson. Iphi-
cus. Aureolus.
Bonaventura.
Thomas.



Thalichristæ

Sub tenere matris gremio duxere: parens dum
Candida: thebuteis nec adhuc oppressa tyrannis
Virginis ora gerens nullo violata pudore
Morte renascentes emittit ad astra phalanges.
Quos inter panthenus erit: mellitus: & acer
Musanus: sanctus clemens: diuesq; theonas:
Alchion: hierius: pinnitus: galus: & ingens
Eraclas: pontoq; nitens meletius: atq;
Theodotus niueæ meriturus culmina famæ:
Risirusq; ioues iustinus: aristion: alti
Zosimus ruffusq; viri: fortisq; senex qui
Vincet ob iratum contempto vulnere ferrum.
His astæ centum luces quibus incluta veri
Pacipari læto fundenda est gratia cornu.
Deserat charis alma loqui. sed plestra resumenis
Cherubis ista canit doctorum nomine. christum
Te recolo genitūq; patris sociūq; deūq;
Qui nos gnati tuis ingrato a crimine donis
Eripis: & domitas inferno a principe terras
Ad te ferre paras: in quem sunt cuncta per ipsum
Condita. te primam formis viuentibus aptam
Materiem plasmasse deum mens ista per ipsum
(Laus tibi) clara videt. securaq; facta quiescit
Rex opibus ditata tuis. propriūq; fatetur
Nil sibi de tantis. sine te nihil omnia. solus
Omnia. tu nostras radiis expleisse cateruas
Es potis. ecce tuo victura perenniter agro
Gens canit ignitas laudes celebremq; triumphū
Principis. O nostrum quæ velas purpura regem
Effractura necem: vitricia classica scæuis
Admotura locis: tibi se reuerenter amcent
Turba chori flāmis datur illustranda decoris.
Tu caput. & plenos conuincti numinis haustus
Ante omnes ipsi ipse paras. post te cubat omnis
Alba phalanx: illamq; vides. reficisq; beasq;
Laus tibi. tuq; simul domini pulcherrima nati
Mater: amor superū: decus inuolabile summi
Factoris: salue alma parens. virgo vnica salue
Empyreæ regina poli.
Ecquid vbi excelsi præsentis funera nati

Doctores xpia-
ni vetustiores.
Panthen. Mel-
litus. Musan.
Clemes. Theo-
nas. Alchion.
Hierius. Pinni-
tus. Galus. Era-
clas. Meletius.
Theodor. Zu-
stin. Aristion.
Zosim. Ruff.

Cherub alloq-
tur xpm.
Oro cherub.

Purpura caro
xpi.

Cherub ad ma-
riam.

Liber octauus.

Fo. lxxxiii.

Ingemis: ille suos seruabit funere seruos:
Viuu fontis aquas & prata virentia: semper
Distribuens: lætasq; domos: mensamq; beatam
Teq; deam ventura cohors gaudentibus aris
Acclamare parat: votisq; in flectere. teq;
Semper in albatris resonabunt templa ministris.
Vnica post dominū diceris: & vltima cœlum
Quæ præstare queas. ac dum pia vota secundas
Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.
Ipse etiam christus: cuius de morte cruenta
Conquereris: clarum de mundo & morte trophœū
Accipiens viuū per opima palatia regni
Ibit ouans: sceptriq; caput: vitæq; coronam
Proferet: & summa regnabit victor in aula.
Finitur liber octauus Thalichristæ.

Thalichristæ argumentū libri noni.

Angelus ipse magos mutato calle reducit.
Infremit herodes turbatoq; pectore. christus
Offertur templo. simeon pia carmina grates
Datq; deo. venitq; polis orator ab almis:
Hortaturq; senem: diuina in membra paratos
Exilio fugiat gladios: herodis iniqui.

Thalichristæ liber nonus.

CEu cū phœbeas fuscant nubi flāmas
Seua: tenebrosam cœlo stridente procellā
Vnda frenēs: nox atq; furēs ac turbida late
Exitialis hyems: terrisq; tonitrua quassis
Conantur tristes mūdi laniare labores.
Incola tunc genuit dederat qui semina pauper:
Grandinis horrifonos metuens & fulgura iactus
Condolet: & cassum meditatus pectore votum
Terrifico cæfos conclamat turbine natos.
Cum vero ingentem creuerunt æquora lucem:
Cūq; fugata suo cubuerunt flamina ponto:
Imber abit: nox atra fugit: fuscisq; repente
Cœlum purpureo frondescit nubibus arcu.

Expressio effi-
cax p. comparatio
gem.



Thalichristae

Si quis ab electo referat noua gaudia campo
Dicat & intactas immani turbine messes:
Tollitur ille iacens primoq; excussa timore
Languida per chara prouoluit lumina terra
Conspiciensq; solu furis non grandibus istum
Et superesse suis florentia pignora ramis
Gaudet: & vt gladio gratatur laetus adempto:
Haud aliter regina bonis cum regibus haussit
Leticiam: & gratas pensato sine medullas
Explebat: mentemq; simul: nec cernere cernit
Vulnera: sed vitium calcato funere natum
Ad sanctas patris ire domos. adq; incluta regna
Datq; magis grates triplici pro munere sanctis
Vocibus. & solo persoluit munera verbo.
Hortaturq; feri rabiem compescere mundi
Et lucem pacemq; sequi: tranquillaq; viui
Regna poli: & quoniam genitoris dextera summi
Clarifico notum praestauit sydere verbu
Non reuocare gradu quarendi sydera: ne iam
Sit cecidisse nefas grauioris criminis: ipsos
Quis pateant fraudes & honore comoda vitae
Et licuit spectare deum mortalibus oris
Promisere duces: & quod sibi quisq; videbat
Esse bonum: sancte monitis fecere magistrae.
Iamq; iter. at superis raphael delapsus ab oris
Talia verba refert: magnum & mirabile monstru
Audite. herodes furis agitatus acerbis
In christu iam tela parat. mortemq; cruentam
Cogitat: & rapti raptatur imagine regni
Disimulans fraudem: nam postquam ingrata dedistis
Nuncia se meritam puero promiserat aram
Factoru: sed caeca fames bacchatur in atro
Guttore: mensq; manet sceleris non flexa sub imo
Pondere: & vt miseris potiatur crimine terris
Facta reuersuros expectat ad impia fraudos
Voce magos: tectum iecit & piscibus hamum
Lectatus sola pinguescit caedis in umbra
Et quando infensam dabitur non expleat iram:
Namq; agnum mactare deum: terrena cupido
Gliscet: & in pueros pelletur dira terendos

Applicatio.
Et si non costet p
sacra scripturas
q magi fuerint
reges: non costat
d contrario: & pie
credi: qz i illis
ptib' p maiori
pte regnabat sa
pientes. quos
chaldei appel
lat magos. Est
etiā pphetia re
ges tharsis & in
sule munera of
ferent. &c.

Admonet an
gel' magos.

Liber nonus.

Fo. lxxv.

Seua urgente siti: terraq; infantibus orba
Latro furens atras maculabit sanguine siccas.
Haec quoniam primum rabies differtur in annum:
Tempora dum seuo veniunt concessa tyranno
Per dominum: iubet ipse: vias inuertite vestras.
Lectum iter ipse dabit: claro qui in sydere duxit
Incolumes: post dicta volat. mansere trementes
Christicolae: immitem ceu quis cum presserit anguem:
Inscia qui cauda serpit calcanea longa
Dirigit: subito voxq; ipsa exterrita morsu
Cogitur oppressis retineri faucibus: olli
Sic hesere duces pauidi: septemq; per horas
Tam facinus timere nouum: secumq; tepentes
Dant gemitus. nunc ipsa dolent laceranda virorum
Corpora: nunc matres miseras lachrymantur: & iras
Ingentes pariunt tam seua in crimina: tandem
Cum primum potuere loqui: exanguisq; refugit
Mente pauor: verbis ignescens balthasar istis:
Sic ait. atra lupi rabies furor inprobe tot tot
Tot pueros ingulare paras?
Quis leo? qui serpens libyes? qui cerberus? uno
Non puero contentus erit: tu scindere cunctos
Inuigilas. satis est furor exsatiere. sed unde
Infantes meruere necem: qui crimina nondum
Quid sint seua sciunt: rabidos quo suggerit enses
Impietas: que tela parat mens improba: demon
Hos pauet ad gladios. nec mors exterrita tantum
Audet adire nefas rabiosi signifer orci
Non subit in mentem mundane gentis origo:
In populum distenta nouum: turbamq; per omnem
Effundunt socii socialia semina lumbi.
Hinc natura parens leges et foedera mittit
Non spernenda viris una de stirpe creatis.
Nonq; hominem damnare licet: qui corpora veri
Fert hominis: carnemq; suam qui vertere nolle
Externam raptare scelus: mortalia quando
Corpora coniunctam tenuerunt edita massam
Sed naturales nimium disrumpere leges
Non erat: vsq; locum venerunt crimina tantum.
Conditor ex solo faciat quod singula verbo

Turbant magi

Balthasar vnus
ex magis.



Thalichristia

Cordis amore parens sequitur: nec iure negabit
Vllus amare deum: qui se scit munere factum
Esse dei: tamen iste negat: nec debita tantum
Munera nec dulces patrie non prestat honores:
Immo etiam laniare parat: dominumq; deumq;
Insequitur puerum telo insidiatus inani.
Scilicet ista viro largiris premia sancto
Corporis in precium: quod caeca ut vincula resoluat
Sumpsit ut igne dolis ut nocte ut dentibus atris
Te redimat pacemq; viam vitamq; bonumq;
Participet: quanto melius natura tulisset
Te taurum: rigidum ve suem: libycum ve leonem:
Demona. seu si te est quicquam crudelius ipso:
Ne sua nunc nigris maculares nomina factis:
Tuq; puer nostri dominus qui candidus qui
Rector ades dubioq; animi succurre labori
Errat inops: magnisq; inuoluitur undiq; curis
Prendere non note cupiens fastigia cause.
Cur hunc (humanas si sic moderaris habenas
Conditor ut nullo faceant te condita casu)
Raptorem sequere ferum. cur desinis istum
Dilacerare tuas animas. ventura priusquam
Sint commissa tuo si noscis crimina regno:
Monstrum auerte ingens: non est bene: cernis: iniquis
Criminibus prebere locum: quicumq; nefanda
Tollere facta potest eiusdem criminis ipse.
Dicitur esse reus: si tollere desinat. ecce
Surgit atrox: turbeq; exposcit colla beate
Ut iugulet: soluisse canem diceris et ipse
Quem poteras longi vinculis arcere capistris
Claude canem: qui lora geris: scis namq; misellum
Pastorem ducte si quando in pascua vacce
Septa aliena ruunt: exoluere damna. petentq;
Horrificis matres domino clamoribus omnes
Seruantis pecudes pecudis que damna solute
Herba ferat: referentq; tibi: puerosq; reposcent
Conuenientq; deum sub amaris vocibus a quo
Exquirent: cur cuncta potens cum facta priusquam
Creueris: ipse aprum teneas non carcere vincum.
Monstrum auerte ingens. heu quid tua fulmina morunt

Proposita que
suo per magis.

Parcere sic nimium: furialem esterne draconem:
Hunc rabies ensis: ve ferus: vel turbidus auster
Verberet: aut tumidus summergeat gurgite pontus:
Sorbeat unda virum: reuoret seu terra paratum
Insidiis puer alme tuus. sic fatus. ad illum
Gasparus haec. dominus qui condidit omnia magnus
Leta licet: cunctos caelorum in regna vocarit
Ipse bonus: fines hominum preuidit et actus
Que ve anime caeli segura in pascua iusti:
Queq; simul: turpes tenebrosa in tartara tendant.
Et licet ipse nefas doleat cum conspicit: ipsis
Tristeturq; malis hominum: non cuncta cadentes
Detinet ipse videns: populis quia frena volendi
Nolendiq; dedit: sequeretur fasq; nefasq;
Arbitrium: propriis gradiuntur motibus omnes
In quecumq; parant. nobis est fecisse potestas
Que facimus. fati homines non claudimur ullis.
Nam si nostra deus perspexerit omnia summus:
Non iubet ex nostro veniunt que crimina sensu.
Qualiter in tonso celeres cum corpore pilam
Exercent iuvenes: totis ex viribus ambo
Ingeminant ictus per testaq; summa rotatam
Defessamq; iterum furibunda ad verbera poscunt.
Alter ab ingenti robusti pectoris igne
Ocyus hanc medio qua pars contermina filo
Percutit: et rimas immisit sepe sub altas.
Ast alius vacuum solitus discindere ventum
Visola offensam frustauit murmuris offam:
Quassat et immisos spacium per inane lacertos.
Ipse sedens iudex iuuenem miseratur euntem
Quem male seruatos dubitat non perdere nummos
Non tamen ignauum puerum si conspicit: illum
Impulit ignoto laceret patrimonia ludo.
Sic deus. ipse tamen peccantes corripit illos
Quos amat: et nunc rupta salus: nunc vulnera: nuncq;
Exilium: nunc casta fames: nunc vilis egestas
Aduentum. sanctis delictaq; nostra flagellis
Deusat: atq; animum serula detorsit iniquum
Multoties: famulosq; suos quos concupit alti
Astra poli teneant: sepe hos deuexit ad ila

Gaspar alio ma
gus respondet p
posita qstioni.

Comparatio.

Applicatio.



Thalichristiæ

Percutiens: cum facta tamen quæ dira videntur
Non toleranda deo: pecudes cum fuit in omnes
Ire lupos auidos: non est sua regna parantis
Diffimulare nefas: misero prædestinat orco
Quos cædem potuisse dedit: peccasse nec unquam
Pœnituit: miseros: quis cuncta optata potestas
Suggestit: ut pleno potiantur crimine voto.
Sic ubi tunc rigidam iaceat cum languidus escam
Abnegat archigenes: et pinguis vina: fameq;
Marcellum cruciat: teneræ dum quantula vitæ
Spes manet: extremo dum non sunt victa calore
Pectora: nec partus certissima funera membris.
Cum vero horrentem minitantur ad omnia finem:
Deficiens corpusq; labat: suppressaq; virtus
Languet: et est calidas flamma immedicanda medullas.
Tunc sibi si scythicas exposcant pectora vaccas
In damnum fatianda suum. quæcumq; dabuntur
Mens petit: et medicus iam morte instante susurrus
Non dubitat libycis hunc vel fatiare venenis.
Haud secus infant cum nulla est cura ministri
Mente deo lachrymas meritis quia vidit auernas
Olli instare: nouis plene permittit in agris
Currat ouans: dulces placidum si tempus honores
Si sceptrum si regna optat: si posse cæteyis
Iura dare: et dominam parthis imponere dextram
Si lætos captare dies: seruataq; morbis
Corpora: si totum libito subuertere mundum:
Cuncta habet: o quantum dominum non nosse furem
Tunc nocuit: cum cuncta ruens in prona libido
Precipitat teneros animos præstasset acerbam
Esuriam: pœnasq; pati: si membra saluti
Dum sunt certa: famem: gladium: patiuntur et ignem
Ut valeant: luxumq; necem subiere per ipsum
Corpora nunc ursus pueros si mandit acerbis
Dentibus: et nigro confedat guttura tabo:
Dura homini: monstris dura ac alimenta marinis:
Vita palam cæsa est: medicus permittit inertes
Delitias: vitæ sat tristitia signa peremptæ
Draco habet iste gulam medico qui tendere tantam
Non prohibetur eo: mundanæ cura salutis

Comparatio.

Marcellus filius
augusti: de quo
extincto Cærgi.
in sexto.

Applicatio

Liber nonus.

Fo. lxxvii.

Quo pendet: iustusq; videns si fulmina cessat
Cessat et iratam iactare ad crimina dextram
Vindictæ ut populum: venient ea tempora. serpens
Horridus hic cuius crudeli carcere pœnis
Soluet opus magnum: tanto commissa luetq;
Tristius: hic quanto lugendam ad secula culpam
Liberiora feret: parcentis munere: vosq;
O pueri matresq; simul gaudete: peribit
Mens inimica dolis: summoq; oblata parenti
Progenies digna cingetur cæde corona
Vestra nitens: regniq; acquirat præmia sancti
Vita: immixta choris per sæcula cuncta beatis.
Hæc simulac dulces sibi dant solatia reges:
In patriam rediere suam versusq; priori
Tunc dominus monstravit iter. iam quisq; paterna
Regna viget: iuuenes multi mucronibus altis
Sese offerunt: patulam sitienti puluere frontem
Quassat equus: moti fulcantur cursibus agri:
Nunc alacris claudunt acies: iterumq; tulere
In turmam cetras superantia colla rotundas:
Ac sine permixtum simulantur vulnere bellum.
Ipse gubernator regni rubeusq; senatus
Rectoresq; aderant: et nomina multa cætonum:
Ornatasq; domos florentibus inclyta fertis
Limina vestitasq; focis gaudentibus aras
Cernere erat: sacros sed non terrena iuuabant
Bladimenta viros: nec iam galeata virorum
Corpora: nec vanis delectat curia pompis.
Viuus amor pueri mortalem abrumpit amorem
Cordibus: et varias dissecit pectore curas:
Non iam regna placent: summi dum brachia regis
Corde tenent: vilesq; vocant: quos ulla potestas
Inflat: amant sancti seruatorum nomina christi
Qui faciat regnare pios: quo singula dempto
Regna nihil: mundi q; dolis post terga relictis
Exoluunt animis cælorum arcana sub ipsis:
Aduentumq; dei iam visaq; numina semper
Expectata probant: ignotaq; verba beati
Explanare duces vigilat: multosq; potenti
Exemplo fecere pios: qui dogmate sancto

Reuertunt ma-
gi in patriam.

Cõtempserit ma-
gi terrenam pom-
pam.

Faciant magi ce-
lesti cõtemplatiõni.



Thalichristic

Illustres pulchris meruerunt sydera factis.
Deferuere urbes tandem: secretaq; soli
Tecta petunt: clausis non solaq; corda latebris:
Que socium tenuere deum: comitesq; bonorum
Participes: plenis satiatis numine votis
Interea nati placidum post virginis ortum
In februartas lucens aurora calendas
Venerat. ipsa deum sacrata in templa virumq;
Attulit: ut domino soluisset debita sancto
Temporis illius: quo saluam munere plebem
Ditat: et amentes spoliavit prole penates
Qui toties nilo transmutent numina verso:
Et quoniam phariam conflavit vulnere turbam
Eripuitq; suas aliena cede cateruas
Quisquis tunc vuluam genitricis reddit apertam
Masculus: apta deo sacratur victima: tanti
Muneris: ut nullos serpent obliuia natos.
Hoc ipsa ut patriam coluisset candida normam
Virgo facit: nonq; est iure hæc astricta per altam
Ventre pudicitiam vixit quia semper. et ecce
Iam simeon paruo corpus retinente bacillo
Cui cana ex curua pendeat barba senecta
Concussumq; caput properat: palmasq; seniles
Obtulit: utq; suis celestia membra lacertis
Conspicit: hæc tremula suppresso poplite lingua.
Nunc genitor famulum foelici pace quietum
Ex tenebris altis: e carcere carnis iniquæ
Soluis: in arduas internaq; gaudia voces:
Mors mihi iam nullum minuetur cuspide casum.
Sponte trahar quocumq; uelis: mea lumina sanctum
Iam creuere tuum: foelicia lumina regis
Viuifici dulcem potuerunt noscere carnem
Optatam totiens: decepti vulnera patris
Sanet ut: et lapsas abstergat sanguine turbas.
Iamq; tuos proprium genitor dulcissime natum
Ante paras populos: cunctis vt clara reuelet
Lumina: quo turbe concreseat gloria sanctæ
Omnigenumq; decus. mortalia semina quando
Factum hominem meruere deum: sed vicit amoris
Iam pietas: mundoq; infulsit clara preempto

Presentatio
xpi in templo.

Ratio presentationis.

Acceptit xpm si
meon in vinas
suas.

Oratio simeonis.

Liber nonus.

Fo. lxxviii.

Expectata dies oculis nitidissima nostris.
Sancte puer nimiumq; senex hominumq; creator
Sancte puer: cui se penitus calcanda referunt
Tartara: tuq; simul genitrix pulcherrima salue
Virgo decor patriæ: generis custodia nostri
Que domino pure vitricia semina massæ
Ventre patrem matris pariens non rupta dedisti:
Qui nisi per steriles duxisset flumina valles
Nulla reformato gauderent nomina celo.
Hæc ubi. sacratum celebrans noua gaudia templum
Introitt: et palmis diuini pignus amoris
Obtulit: ut vultus placasset natus amœnos
Carne puer: quos carne pater truncatus auernis
Læserat insidiis: læto qui expulsus ab agro
Traxit aberrantes per sæcula longa nepotes.
Iamq; tenens dominum semor sic incipit altum:
Rex bone: qui infandū iusta in nos lance sepulchrum
Et vitæ pia templa paras: qui censor: et idem
Patronus generisq; rei defensor: et eius
Delator qui vincla petis: poenasq; reposcis
Criminis: atq; oculo scrutaris facta seuerio
Indigna et prauis sequeris vestigia ferui:
Quiq; idem rigido populum defendis ab æstu
Qui veniam vitamq; paris. fraudesq; videre.
Poenitet: atq; pios animos faciemq; silentem
In peccata geris: moderantius impia facta
Cerne deus. moderare animos. iam iusta coerce
Tela necis gladios & inexorabile fulmen
Iam fugiat mors illa tuos. quæ vertere nos quæ
Excruciare diu potuit: semperq; necando
Viuere taboso nostrum indurabat ab æuo
Crimen. sed digno generis deserta patrono
Causa erat: & nostras irato præfide partes
Audet habere virum nullus viuoq; tacebat
Lingua hominum depressa metu: iam surgit amator
Causidicus: iam cerne virum: si vincla preempto
Das populo: iustas si iusto in corde querellas
Maxime rector habes: attende attende petenti
Iusticiam: nostræ iam fas est fidere causæ.
Si prius & dominum populi timere furentem



Thalichristiæ

Et petere pium: pietas iam venit: et ipsa
Iam pietate pium misisti ad funera natum
Nunc pietas fileat: iusta adsit dextera: victos
Inueniet populos puero hoc moriente solutos.
Non hecatombeos opus est offerre cruores.
Maxima pro nostris adductur hostia culpis:
Cerne pater: nec nos oculis quibus ante solebas
Despice sed: proprio coniunctos semine nato
In gremium regnantis habe. nam postulat ipse
Hoc puer et carni lucratur dona forori.
Virgoq; et ipsa tui genitrix dulcissima nati:
Diligis hanc: purum dominus te coniuge partum
Edidit: hæc omni meruisset munera plebi
Magna et iam: sed pluris erit comitata nitenti
Progenie: et totus petit hoc pro corpore mundis:
Quod tuus hic ligno ponet moriturus amaro.
Natura ex laqueo scelerum summersa profundo
Hoc tibi munus habe. pro nobis suscipis agnum:
Respice nos agni placatus sanguine: cuius
Hoc corpus focie medicatur vulnera turbe
Finierat. precibusq; suis et lege peracta.
It virgo ad valvas templi splendentis: ibiq;
Debita pro tenero persoluit munera nato.
Paruula dona quidem: nec libere equalia tante
Inferiora nimis generosi corporis atq;
In precium non digna sacrum: sed pauper habebas
Nil aliud quod virgo dares: ditissima summis
Regnatura polis nunc est pauperrima: coniux
Pauper enim: manibusq; dies noctesq; terendo
Lassabat castos questito pane lacertos:
Sed satis est domuisse animum. sat nulla tenendo
Querere nulla satis satis est saturata manere
Corda sacro satianda polo: quo prebeat ipsum
Cuncta tenens: gemmis exornans colla decoris
Nouerat hæc nimium furæsta pecunia quantum
Sis questita premens: quot curas parta: dolores
Quos amissa facis furis vallata cruentis.
Nec nisi mortiferi prenosset damna metalli
Sic metuisset opes: ut templo egressa beato
Nescio quid sicco genitrix impenderit ori

Rediit a sacerdotibus templi maria filium suum.

Maria pauper

Liber nonus.


Fo. lxxix.

Emptum obolo. nunc vos mortales crescite. sed non
Sed non clara poli datur ad fastigia crassis
Ire cibus: nisi non ieiunis mentibus ipsa
Incluta securi patuerunt lumina castris.
Tollimur ecce fame hinc: summa in culmina sanctorum
Circumstare deum terrenaq; pectora vinculis
Solut amica fames: fecisq; ac sanguinis oras
Peruolat alta parans semperq; inquit amatq;
Principium: nec terret onus quo maxima sursum
Astra volet: dominum teneatq; amplexa supernum.
At gula turpato prosternit corpora limo
Degenerem curuans animum: lucemq; perosa
Non videt: impura vires et prestat amori.
Nec tunc cum mensis marcescunt terga negatis
Excutitur somnio vigilantibus excita flammis
Mens hominis vicina feris: proh mater amorum
Est gula: quicq; gulam potuit disperdere sequam
Non veneris castes non diros horreat ignes.
Per te dam patulis exurgit flamma caminis
Perq; gulam clausis obrepit flamma medullis.
Ecce chalybs celo rutilans descendit ab alto:
Precepitq; viro: nilotica regna subiret
Virgineumq; ferens fructum cum virgine: seuos
Exilio fugiat gladius: quos protinus illi
Efferus in fausti caecaq; cupidine regni
Rex parat: his dominisq; attendat iussa superni
Paruit: et genitrix voce exanimata trementi
Coepit iterq; pauens iusto perculsa timore
Ibat in illotos ighotaq; flumina campos:
Dat profugam properare metus: sed cursibus ipsis
Tardat arena pedes: solito non pressa labore
Et cecidit manibusq; sacris quem lapsa ferebat
Cum cecidit paruus genuit sub pectore christus.
Flet genitrix turbata dolens. et virgo maritus
Dat lachrymas: vixq; ipse manet quin corpora presse
Sternat humi moriens: duplex labor ipse labore
Matris erat duplexq; dolor turbabat euntem.
Sisto loquens. sicco iam rumpite vna cerebro
Flumina. quis graciles oculorum fontibus imbres
Nunc dabit: iratos hominis fugit ille lacertos:

Fructus sobrietatis exponit.

Admonet in somnis angelus ioseph ut fugiat cum puero in egiptum.

Exilium marie cum filio. Labor marie puge.



Deus pater nō
est maior deo fi-
lio. nō numeret
prior psona pa-
tris psona filii.
illa enim est por-
tas originis: nō
potēte aut dig-
nitatis.
Indignatio
poetica ob
exilium xpi.

Thalichristiæ

Exulat ille: deus genitor cui sceptrā beatus
Cœlorum: et terrę cōmisit pondus et undę
Rex residens vera nec maior primus in alba.
En quid et hoc: video quę mira incognita: cerno
Extorrem dominum per quem sunt condita magnum
Cuncta ruiturę sustentat pondera terrę
Nonq; huic terra vacat: fraudati o machina mundi
Nil vacuum profugi retines: quo sumere christi
Corpus et horrendo valeas seruire tyranno
Securum: toto properantia sydera cœlo
Huc precor. æquoream decessit phœbus in umbram:
Nox venit: ignoto qui condidit omnia regno
Exul adest: tetras horrescit noctis et umbras
Paruulus: en fessę ceciderunt brachia matri
Contectura sui quę colla trementia nati
Nudantur: simul et vexata est frigore mater.
Hei mihi. cur aulam: condentia sydera vestram
Non datis artifici. sed non hæc æthera tangit
Culpa nec astra: alto torquenda est terra flagello.
Finitur liber nonus thalichristiæ.

Thalichristiæ argumentum decimilibri.
Obstupet exilium decimus describitur orbis
Ingratus nimium sub quo suus exulat auctor.

Thalichristiæ liber decimus.

Ingratitudo
mundi pinctu-
arum accusatur.
Europa.

Terra ingrata nimis tam lati in finibus orbis
Non locus est christo qui condidit omnia verus
Vndarum terręq; pater: pulcherrima primum
Nunc europaveni: non tertia portio: verum
Ab tanai medium si recta abscindimus orbem
Vsq; sub occidui lustremus littora ponti.
Oceanus longo spacio dum concutit equor
Atlantisq; mare: & sinuosaq; littora fundens:
Fluctibus in flexis: europam lambit: et illam
Excavat in refluus undis: crebroq; recessu:
Quattuor inq; sinus: quorum pede calpes ad alta
Locobrutini primus fastigia colli
Flectitur. hoc amploq; est pressa hispania gyro
Vltior: quę animosa ferax: mox sine resurgit

Hispania.

Virgintianaco fuga quę protenditur vsq;
Citerior pyrnea: duas ast altera partes
Scinditur: horrentis latere & coniuncta trionis
Est sociæ discreta suæ iustantia riuo
Ana: aminittanis qui postq; murmure siluis
Exit stagna petens: modo se in præclusa resorbens
Hostia nunc latebris abscondens guttura: sepe
Nascitur: atq; vndis effluxit sæpe redactis
Magna pyrenæis quę fixa in rupibus ipsa
Tarraconensis aquas transuersa exposcit hiberio
Oceanii ponto: sociis distincta duabus
Solloris campis: ortano & monte: sed inde
Altera dulcifonum resecente a flumine nomen
Suscipit in frauso superans vicinia cultu.
Quattuor hæc; tenet conuentus: gadibus vnus:
Ast alius toti fundauit nomina genti
Quo titulum magni præscriptum marmore regis
Cæsar habes: tantæ cui se facienda reseruant
Vrbis tecta: manus turmasq; exosa micenas:
Romanum subitura ducem. dat corduba nomen
Clarum alio: & reliquis non subditur ille: sequensq;
Astagitanus adest numero qui quartus. habentq;
Oppida multa simul: nam quot romæ inclyta magnę
Curia per medium partitur. solibus annum:
Vltior claris tot cincta hispania muris:
Mœnia totq; tenet longe & celeberrima: portus
Insuper & pulchros & mœdis classibus aptos.
Hic onnoble sedet: dicta hæc iusturia quondam
Littus ad oceanii: mellauria besiphon: bellon.
Mallaca: & internum retinens berbesula pontum:
Et pariter sexto iullum quod mennoba firmo:
Sexti: abdera: mariq; obuersa albana rigenti:
Inter & oceanumq; segeda est inter & illum
Paruula tigenfi qui ducens flumina saltu
Innumeris se tollit aquis: & nomina secum
Abstulit. hic populo dextra leuacq; potenti
Cingitur: hunc largo iullana fidentia muro
Prospicit: alba simul: necnon cerealis ebur:
Atq; elibertani memoranda cacumina regni:
Ebdannum: agla: minor: sticcisq; illurco cateruis:



Thalichristice

Osca vetus pariterque manent: ac betica circum
Iura sedentque foro non parua est fama liturgo
Circa laconas quod corduba substulit undas
Conuentu memoranda suo: nomenque triumphis
Ipastrurgus adest: vallata ripe pora priscis
Foederibus: sitte gentes: nonque inde remota est
Corduba: que magni conuentus mater: et altas
Hispalensis ei vario cognomine turbas
Iungit. et ampla satis plebs isto in celtica claustro:
Ilipa cum geminis ostenditur acria turbis:
Hispalis ipsa latus sociorum amplexa sinistrum
Aspicienda datur: quam betis circiter actis
Cursibus ingrato barba haud dat robora ponto
Oisset ab aduersa conspicitur arce: simulque
Virgentum genitoris habet quod nomen iuli:
Hic caurassanos sustentas hippo colonos.
Hic nebrissa manet: betisque est inter et estus
Veneria: et colobona simul: que hic regia signo
Hasta alio: vere hasta suos que territat hostes.
Hicque solo medias degustans assida lymphas:
Singularis: in latumque irrumpeis ordine betin
Astagitaneam refluit cognomine firmam
Augustam: et multas peregrina ad littora proras
Inde leuat: gremio positae clauduntur in isto
Coniuncteque manent duplices que cesaris urbes
Virtutem lumenque notant: sacra. meruca
Urso simul: mundeque arces. augusta. gemella.
Vos quibus et dominos licitum ignorare: videbas
Dum res roma tuas: astygie clara: vetusque
Ostippo: et geminis oningis bucula castris:
Hoc alie presunt urbes: hoc tingus et alos
Hoc et alontigsi protendunt moenia coeli:
Hinc et amintanas regio que tendit ad undas
Foelix in duplicem scissa est beturia partem:
Gentis et haec populos totidem totidemque coerces
Ora: simul primos et dat lustania celtas:
Hispalis ecce tuos: infantes nomina turdi
Dant aliis: medias quas tarraco detinet agris:
Corduba quos quondam frenabat matribus actos
Celtibris: ipsosque dedit lustania celtas;

Singulis flumibus
us est.

Distinguitque natis populos: hic seria: fama
Iulia: vertobrige & concordia cesaris. atque
Vcultaniacum: que nunc turiga: laconi
Murgus et emanicos numeris adiunge teresos:
Hic sispone sonat. lastingi. alpefa. seripho.
Turobricanis lucens et arunda cateruis:
Atera et ingenuos refouet beturia campos
Multiugasque domos: hic primi est nominis arsa:
Mirobica et magne non bello ignota carise
Agmina: et urbs populis regina obuersa latinis:
Andorise: et basaro. cappagum. oleastro. belippo.
Callet: branna. tuas sed iam veniamus ad oras
Citerior: primam mutasti et tempore formam
Cum signa horrentes euexit magnus in alpes:
Nunc septem et linguas retines: commertia septem
Secta vides: sed non tam dirum iniuria casum
Pompeiana dabit: populos quos praeter ademptos
In numeros: lectis teneas non moenia claustris
Tercentum celebranda tuis: ac plurima ponto
Iura: sed hic terre praecedant nomina lymphae:
Bastulus hic primas intusque aspeximus oras
His metefanos: ortana et gente: simulque
Celtarum turbas miscentes nomen iberis
Cum populis: agros vectonum collaque circum
Carpentana tagi lustratia viscera longi
Vaceus: atreuacis nec non maunitania turbis
Et deitaniam sequitur colonia terram:
Emula plebs tyriis mox et noua turribus urbem
Sidoniam multumque loci cum nomine gestans:
Celtarum stagnis edetana insurgit amoenis
Ipsa vidensque manus: nitet hicque valentia. sicro.
Durius. hic magne cernuntur testa saguntis:
Quodque hiberna capax peperit fullobrica flumen:
Et subur. indigentes. pariter laetanus. ilerges.
Haec ausetanam itanis hispania gentem:
Ipsa ceretanos religat vasconibus: ipsa
Vnde libet fortem protendit in equore classem:
Hac urbs est socia que quondam gessit iluro
Cesaris arma: sonant hac blandi murmura larni:
Albaque: massaliam quique et vetus incola matrem
Ducis troiugeno que prima aduersa tyranno:



Thalichristiæ

Quinq; decemq; tenet populos sub sole tepenti:
Tarraco: augustanis: iullis gerudensibus ipsam
Bisgargittaniam: ertusanaq; corpora turbam
Iungitq; stetanis communia rura tearis:
Aquiccaldenses .cum plebe onense phalanxq;
Gesorienfis adest: nec betulonensia circum
Colla silent animos: hibroq; affusa recepit
Cesaragusta sinu decies terquinq; : ferocem
Callaturganum celsensi admiscuit: atq;
Oscenses bellisq; occultat nomina tanis:
Hic et ilerda manet romanæ nota ruinæ.
Cui sicoris rigido madefecit guttura phœbo:
Turisonensis gensq; erga icensis: et ipsi
Nidentes vincti veniunt gerdensibus ossi
Arcobrius pariter: simul andalogenfis: et arco
Cælitinus: dura quam signat fabula gente
Quod scisso sermone ruat: carcense leonis
Plæbe: lacetanis sociatur terra maniplis:
Huc etiam primum cui fertur saldiba nomen
Sunt damnitani socia ditione simulq;
Hic illur fenses populo cortense: iubiq;
Enfis: adest sonituq; tumens pabilonia magno
Sexdecies iunctis populos carthago duobus
Pulchra gemellenses hic et libyfocca cohortes
Ft castella ferox primis laba ensibus: atq;
Bastitanum et tani fulgescunt moenia lorci:
Consabuensiaca dsanenfis turba corona:
Celtibrense caput: medtæ non parua toleti
Vrbs: clunenfis habet quos dat quater atq; decemq;
Vardulus: in multo præscindens rura ligone:
Turmodigi quater atq; simul: quis seggis et ammo
Nensis: et hoc pulchra carietes moenia vallo
Vennenfes pariterq; trahunt urbesq; decoras
Quinq; tenent: istoq; est clara numantia claustro
Bina trophæa negans rigidi victoris: et inde
Moenia pulchra patent populus catinensis et ipse
Lacobricensis adest pueris caucensibus atq;
Amnis areua suæ largitus nomina terre:
Hic uxama: senexq; saguntia: termes: et ingens
Ante siti herculeum vexata segouia saxum:

Liber decimus.

Fo. lxxvi.

Ipsaq; celtibrum que noscit clunia casum.
Tris taceo partes septem de partibus. ipsum
Braccatum: lucense caput: quosq; alta vocabat
Legibus antiquo princeps asturica sceptro
Multa manent dictanda notis: ignoscite vati
Que reliqua: ingrati si culpa hæc venit alumni.
Montibus hispanis discreta est gallia terris
Terra triplex: factis in flumina versa duobus
Huius parsq; varo primum bracchata susurro
Alpibus italia distungitur atq; gebenna
Iuribus et: sociis facta est discrimina gallis:
Qua dat marmoreos celebrata potentia campos
Herculis: et turbis canis anatallia: postquam
Italia. et primi posuerunt moenia gauri:
Umbria: mox magne turrita cacumina lunæ:
Alta refundatæ tiberina ad flumina trois
Pergama que ut iactant terris cum rege polorum
Imperium commune ferunt: post littora volsci
Campanumq; solum lucano ad nexaq; bruti
Terga: quibus longos excurrat solis in estus
Hesperia. hinc campi consurgunt labra miceni
Moxq; salentini proceres: gens apula postquam
Marrucina simul. vestinaq; turba. sabini
Picentes. veneti. simul his hetruscia. galli
Iapiges. et carni. pariterq; istri. q; liburni.
Ista quidem segni tristantur carmine. sed iam
Sint inhi regna satis: ne totas prosequar urbes.
Non procul inde freto balearum tecta retorto
Gymnesias quas greca vocant: est corsica cirnon
Et que iolenses tenuit sardinia corsos:
Et que longquam genuit triquetra panormum
Antea terasiam lipara que abscondit hieram.
Hesperia antiquis et duxit limina locris
Quondam magna sinusq; incedens greca ternos
Ausonii per lustra maris: qua crura laconus:
Sagra ferunt: tantas agris metuentibus undas.
Quis consullinis nutritur mystia castris.
Post qui factrices sinus est decantat athenas:
Quo occurrente loco facta est peninsula thermo:
Hic pro lancinii que promontoria colli

Gallia.

Italia.

Roma.

Maiorica.

Corsica.

Sardinia.

Sicilia.

Greca.



Thalichristæ

Discoron ora videt: nec multum admota calypsus:
Ogygia ast graio sed non calypsus homero
Ex hoc nostra trahit flexumq; europa secundum
Qui finem epiri sortitur montibus: alte
Aufonię hic multas conclusit ventre cateruas
Diuersasq; manus: sed non tulit impetus ipsos
Vndenos Peragrarē locos: quibus stala tellus
Partitur: cultas etiamq; relinquimus alpes.
Illiricumq; solum: terre simul equora late:
Qua gens caudaicum frangit macedonica lignum:
Adriacas hinc prospectat dalmatia lymphas:
Et que christiferas genuit pannonia glandes:
Vergitur ad gelidum amne: & finita trionem
Danubio. huic nitido que terfa est messia margo
Iungitur: hæc tribalos mēfos thraceq; trimacos
Vmbrososq; scythas. vrbesq; relinquimus omnes
Quas fouet fontum superumq; ac mille patent que
Illirico: epiri sinus & confurgit ab altis
Hellepontico finitus in equore siluis
Tertius europę: quo clausa est mater habentis
Ambrachii patulis spatiosum faucibus equor.
Ipsaq; vicinis que dicta est ante curetis:
Hic & alirca potens mediam que amplectitur argon:
Hic & acarnaniam dirimens achelous & illam
Que sibi tymphais dolopes adiungit: ibiq;
Est calydon: flauo nec multum distat eueno:
Naupactum anti que: fleuron: alicarna: pylene
Hisq; ozoloeę iunxerunt brachia turbe.
Argon: & eupolea: & phestum: calamisus: & vltra
Phocidis arua sonant. tuq; o rídícula delphis
Que totiens responsa dabas.
Pelloponense solum sequitur: quo cernitur isthmus:
Vnde corinthiaci cernuntur culmina colli.
Incipit achais: & primas habet ipsa lecheas
Atq; nouem herentes nullo discrimine montes:
Innumerasq; vrbes: quam post & sicca drimodis
Arcadia est: mediasq; extensa amplectitur vndas:
Hac orchomenum: pheneum: stymphalla: panophus:
Vrbs illa: vnde altæ transacta palatia rome:
Clitoriumq; nemea furens: que membra leonis

Dalmatia.

Pannonia.

Messia.

Achaia.

Arcadia.

Liber decimus.

Fo. lxxiii.

Præstitit herculeo digne accessura labori.
Græcia quondam hellas incepit ab isthmo:
Actica desertę tetigit quem ex parte megaræ:
Eius prima sedens: scironia saxa: cremion
Eleusinq; founens: hæc doctas nutrit athenas
Cephisiosq; bibens latices: hic splendet himettus
Thebæ: helicon: solo & fundata boetia cadmo:
Qua dirce & placidos fundens arethusa liquores.
Sed properemus iter veniat gens thessala: postq;
Magnesia. & duplices iactans macedonia reges.
Neu petat armiferæ fulgentia nomina gentis
Thracia: pigmeos pariter gruibusq; fugatos
Dum taceam rigidū maculantia nomina regnū.
Europæ pars quarta silet: quæq; insula terras
Intersecta iacens inter quas clauditur illas
Maxima centenos ostentat creta vigores:
Sporades & dacie: cclades & virginis helles
Pontus: q; & reliquæ. nā carminis aphrica nostri
Ante fores libyci perduxit murmura ponti.
Mauritaniceq; hac sunt in fronte cateruæ:
Zubil: babba fremens: simul & pannasq; lixos
Que videt anteuum trino certamine victum:
Hesperidūq; hortos: illū & quem græcia mendax
Custodem sæuū mentitur montis ob aurum
Hic gens cæsa feris quondam marrusia pugnis
Massiliq; duces fuerant: nunc sceptra superbæ
Hinc getulæ vrbes hinc autolobesq; superno
Marte ferunt: numide nomadesq; sequuntur ab illis
Que sua mobilibus reuehunt mappalia plaustris.
Mox & a tusca venit proprie quæ dicitur ipsa
Aphrica gaudentem tumulo clausura catonem.
Hac libyphoenices: quis terræ foenus auaræ
Centenū est: tanto redierūt semina litro.
Ruspinaq; inde tonans. leptisq; madestaq; tapsus
Et chape: & sirtim tangens sabrata minorem.
Semiq; sola duos diuisa est aphrica campos
In veterem atq; nouum: dirimit quos fossa: sequentē
Inter africanū: regesq; hæc vsq; theenas
Tenditur: hæc tonsis mollitur sydera campis
Noscere: continuoq; obseruat terra meatus:

Græcia.

Thessalia.
Magnesia.
Macedonia.

Thracia.

Aphrica.



Thalichriste

Ad hanc per siccas aciem & serpentis arenas
Est iter. excipiunt saltus populante ferarum
Congerie solas deserta per equora silvas:
Vtrinque sparsi retinent garamantes: & ipsi
Angille: hic sicce cinipis sunt moenia traphæ
Fluminaque: aborothnum. taphra. & curubifine. palusque
Tritonem quæ vasta vides. vthina. tuburbi.
Atque decem quater atque manus: quæ nomina nostro
Non bene nata sono numeros nec carminis armant.
Ultra corneliis plæbs est terdenaque castris.
Præter & hos populos celebres cospeximus vnū
Insuper octo: altūque ipsa est getulia nigrin
Aethiopes aphis dirimentē: que agmina circū
Cyrneus ammon agit toties delusa. sequuntur
Marmaridum populi: nec lōge hinc creueris vnos
Aethiopus longus sed quos bipartit homerus:
Qui solem casūque vident: hic flumina nigri
Flumina septeno nunquam contraria nilo:
Moribus augetur: que & formas gignit eadem:
Atlantes phœbi metuentes numina diri
Degeneres hominū ritus: dum sicca tuentur
Tēpora: tunc mutos effundit solis honores:
Nec mirū nescisse loqui: qui nulla dedere
Nomina. sunt fosse qui condunt corpora terræ
Trogloditæ: victo pasti serpente: sonora
Voce carent: mœstū triste & miserabile sæuo
Cū stridore sonant: post hos qui pectora nuda
Gamphasantes habet: nulla his comertia gentis
Sunt nota: & nullo patiunt vulnera bello.
Mox illi a summo spoliati vertice: namque
Fertur abesse caput blemnis: qui pectore fixū
Os oculosque ferunt satyri. præterque figuram
Non quid moris habent: vt vulgo & pingitur ipse
Aegipanūs: properæ iusta indulgentia chartæ
Sed detur. inde patet magni pars tertia mūdi
Ad tanaim: cuius & delta est proxima regnis
Aegyptus: phœbū tendensque introrsus ad altū
Aethiopus post terga videt: nilique fluenta
Inferiora tenent. vdi qui ex parte canopi
Aegyptum turbis fufus determinat aphis:

Asia.

Egyptus.

Liber decimus.

Fo. lxxiiii.

Græcæque sic factæ quadrarunt nomina deltae.
Thebais æthiophe pars est contermina genti:
Scinditur inque nomos duplices post tota decemque:
Quæque pelusiaca tenuit confinia portæ
Pars præfecturas partita est vna quaternas.
Reliqua ad arabicum finem qua corniger ammon
Luserat: & populi quater & sex vrbibus altū
Disceptare solent: quo nili flumina tanti
Primigenum tenuere caput: si conditur vftos.
Respuat vt campos: putrem indignatus arenam:
Qualiter inclusus rapidis torrentibus exit
Frustra catadupæ tergennda ad crura maritæ:
Curfibus & nullas expirat solus & auras:
Viginti excelsas mille (hoc si creditur) vrbes
Hac viguisse ferunt: regnum dū lætus amasis
Aegypto: hic præca lacerata cacumina thebæ
Quæ centū miseras referant ad prælia valuas:
Tentyris atque iouis venerisque hic templa. simulque
Mennonis aula dolens: ædes & osyris: & inde
Herculis: arfinoes: & quæ tua culmina memphi
Corpora sic busto clauserunt vana superbo.
Hinc quæ naucratici metitur littora ponti
Ad macedoniacæ gyrato tegminis orbe
Facta modum sæuo quondam calcata bufiri.
Illa quæ post multo teneræ quæ maris odore
Vertit arabs. syriæ variataque nomina terræ.
Namque palestina est arabas qua contigit: atque
Phœnicæ: cœle simul: quæque intus missa damasque
Cœna: simul diri babylos ad lumina phœbi:
Hanc mesopotanam: pariter dixerit tigrim
Inter & eufratem: taurūque egressa sophene
Dicitur: assyria: vt pariedros præterit: inde
Dulcis idume venit victuris clara trophæis
Dona ferens palmis: vicina samaria: regis
Vrbisque herodis adest: quæque ex tot millibus orbis
Electa in requiem multorum & magna virorum
Facta parens: verique infamis cæde magistri.
Hic galilea iacet: betholeque tephena: norine
In qua per totum fulgens Hierosolyma mundū
Nati morte dei morietur tempore nullo

Misus.

Arabia.
Syria.
Palestina.

Mesopotamia

Assyria.
Idumea.
Samaria.

Judea.
Galilea.
Bethpole.

Tephena.
Norine.
Jerusalem.



Thalichristiæ

Fine dato sceleris culpæ. mox iungitur ille
Hessenus (lapso si quicquã creditur æuo)
Cui venus idaliis nõ lesit corda venenis:
Nec nouit quæ tela gerat: quos fœmina ducat
Carceris in laqueos. huc sensum aduertite lassu
Quos lætale scelus: quos cæco infixã barathro
Fœtida cipriacę religat doctrina camœne
Hic nec mater adest: pater est nec: semper & vtq; est
Gens æterna nouis populis uenientibus: ipsos
Ad mores vitæ referunt qui tẽdia lapsæ.
Sic nec turba deest: ueneris nec flamma furores
Addidit igne graues: sed fessã æstatis amore
Dulciter innocuam cupiens producere vitam
Plebs uenit. heu vitæ fraudata cupedia longæ:
Quid nisi uita labor: mundanaq; gaudia mœror
Quid nisi cum tetra uoluntur finis in umbra?
Quam breuis est si vlla est uictorum in melle uoluptas?
Delitiis quam certa comes hæsurã profanis
Anxietas: quantum miserã fastidia mentem
Seua per impletum quatunt formidine uotũ:
Fœlices quis posse datur: cum temporis atri
Pœnitet: antiqui mutare cubilia morbi.
Nec remanere locis iterum quis concitet ipsa
Conditio teneros in prima pericula passus:
En quid stamus: eas: pudeat subisse nefandas
Decipulas: propero petisse & gaudia gressu
Interitura simul: simul interimentia: tandem
Pœniteat totum ueneri seruisse per æuum:
Pœniteat: sensum perituris torribus vstum
Degenerasse feris: doleat potuisse sequendo
Dulcĩa seruandũ: traxisse ad funera cœlum
Impiger hessenis egredere conuena turbis:
Ne tibi posse nefas: uolati ostendite cœli
Gentis iter.
Plebs uenit inq; latus syriæ: qua lota damascus
Amne chryso: tyriæ post infula terræ
Sidonias quæ ostentat opes: vrbeq; paratam
Inuidiæ generis romanis: hinc culmina montis
A tergo ad magnam libani porrecta simyram:
Quo biblos brottis calmos sicarda triferis:

Si hõ peccat vi
olat celos. lege
picu i etapio.

Zyrus.

Liber decimus.

Fo. lxxv.

Illaq; mox resuens passim quã lambit orontes:
Hanc castusq; fouet pariter noctemq; diẽq;
Qui uidet: euphrates hac parte ostenditur: atq;
Feruidus innumeras animoso flumine terras
Irrigat: & carras crasso moriente decoras:
Palmira quæ bellis parthorũ iussa nec ullis
Sæua tulit. sequitur regio qua chalcis arura
Massicem atq; duas quo lata per æquora partes
Scinditur euphrates: babylonẽq; irruit: unde
Effera circeos traxerũt dogmata cantus?
Cilicia hinc plenis andracũ ostentat in agris
Quam licus & placidis fœcundam pyranus: vndis
Fouere. hac cigni rescata ex flumine tharfos
Hormiaq; & decimam corycos effossa per vndam
Sunt anazarbeni: ipsa & seleucia: bombos
Et paradysus aquas dulces hac vertit: & illi
Pamphilia: & socia solymis iungetur humana:
Atq; licaonia: & lyciæ gens: ipsaq; tauro
Monte furens: dextra septemq; ex parte triones
Aspicit exurgens: phœbumq; ex parte sinistra
Dum valet: occasum longæq; attendit & omnes
Opprimit vt campos occurrunt æquora: si non:
Hęc pars per mediũ distracta effrangitur: atq;
Opponat rabido veluti impedimenta furori
Natura absorptæ bene mater prouida terræ
Torquetur per quinq; lacus: collisus & inter
Claustra hæc: riphos uictorum it more sub ipsos
Insignis uariis numero nomĩne terris:
Nam parophanifus. cambedes. circus. ipse
Immaus. edigis. & nymphates. taurus. oreges.
Caucasus. orandes. hircanus. caspius. atq;
Moschius inq; mare vt committit brachia tentans
Sarpedon: & tandem græce est ceraunius idem
Totq; vrbes totq; arua sinus totq; oppida montes
Totq; videns vt quamuis sit multo in carmine solus
Læsus eat: lycias libet & si exquirere glebas
Telmesus. ammellas. balbura est. candida. canas
Oentũq; nemusq; pedalia. edesa. ciane
Sunt reliquæ. ad partes asiæ conuersa minores
Lumina sint properus capit hinc non singula versus.

Palmira.

Cilicia.

Seleucia.

Pamphilia.
Licaonia
Licia.

Taur' mons.
Decps. i. asia.

k iii



Thalichriste

Quid memorem fluvios tot centum: fontibus actos
 Qui multi in solo focis sunt nominis indo:
 Quid laoroanae fulgentia tecta diceat:
 Ioniceque lares: quid nobis versa celenas:
 Lydia quid stagno dicetur clara gigeo:
 Iungat & ut multos vno diademate sardos:
 Eolidæ & troadæ que plenos occupat artus
 Mysia quid blando veniat perfusa caico:
 Desertasque domos & viui nominis vrbes
 Flumina: sic aptum peregrinis classibus idam
 Hectoreos casus caesi que ostendat achillis
 Funera: perque dolum flammantia pergama dirum
 Et campos ubi troia fuit: quidve æquore cinctos
 Ante asiam populos recitem: quid nomina cypris:
 Quidve rhodon: ve samon siue hanc quæ nata chioni
 Dicitur: atque suo miratam marmore lesbon:
 Quid teos ascanis macaria surgat erithris:
 Quid mityleneam propriis fluctibus vndam:
 Et quos iam minimo lachrymis cornelia magno
 Præstat: pharfaltea reminiscens præmia pugnae:
 Quid phrygiam troadi sociam: quidve insuper ipsam
 Gallatiam: populis quondam possessa voturis
 Quæ fuit: aut triplices venerabor voce niceas:
 Bithyniæ quid scepra loquar: quid tecta libyis
 Hanibal extremo qua soluit prælia vaso
 Et tibi adhuc grandes præstrinxit roma timores.
 Quidve nicomediam: quid fauces æquoris arcti
 Angustas: validam helleponti in littore gentem:
 Vel quam thraicis contingat bosphorus: atque
 Compusam: caecosque viros: sedemque beatam:
 Si que sunt nostro felicia nomina mundo:
 Lassus & euxini forbentia guttura ponti
 Præteream: & quantas toto ferus orbe rapinas
 Fecerit: & cantus quos iuncta in fauce timendos:
 Latratumque canum: mundanaque murmura vocis
 Esse ferunt: alio tanquam resonabilis orbe
 Gens foret antipodum: nostrisque simillima terris
 Terra pylemenam priameia castra secutam:
 Cappadocas: amylium citius curramus & ipsum:
 Et regio nigentem quem magna temistidis orbem:

Lydia.
Eolis.
Troas.
Mysia.

Troia.

Cypus.

Phrygia.
Ballaria.

Bithynia.

Nicomedia.
Bosphorus.

Constantinopol.

Euxinus.

Pylemenia.
Cappadocia.
Temystia.

Liber decimus.

Colchica rura simul: cuius (sic dicitur) vnam
 Tercentum in populos urbem descendere iunctos
 Quorum quisque suos referabat pectora verbis.
 Meotidique lacum: dictum temeranda: marisque
 Nutricem: & vallos. & zingia corpora. seruos
 Areccos tanaim geminata per ora fluentem:
 Mædorūque genus: diuisaque nomina linquam.
 Sauromatas turcis & te gratimena gineis
 Plæbs noua combustis exquirens semina mammis.
 Euazæ: & cottæ. cismenia turba. coatræ
 Dandarus. orani. carmacce: antaca. furenisque
 Caucasus. haud amnis plumæ sua iura lagous
 Interior nonque ora petant: nec duplicis vrbes
 Armeniæ: haud plano deducta albania cyro:
 Cernere caucasias potuit quæ ex limite portas
 Naturæ admirantis opus: qua rupis in alto
 Clausa metalla viris semper metuere suanis
 Fossa cyaneas nec nostro in carmine lymphas
 Thynnias inueniet: nec pharnacis indita marti
 Arma suo: lenes quod sæua in bella volucres
 Traxerit: & diris peregrinas ledere pennis.
 Internis asiæque locis iam charta remissis
 Dexteræ ad oceanum transcendat littora ponti.
 Alluit hic asiam trinis de partibus ipsam:
 Primaque de scythico deduxit nomina ponto:
 Illuc desertos glaciali sydere campos
 Prospice: ab extremoque scythas aquilone: sed vltra
 Vulgus hyperboreū: post celtica colla litarmis
 Vosque carambucidis lateralibus colla videntis
 Candida ripheis vniri montibus astra.
 Hicque capillatos baccis alimenta petentes:
 Illefos quibus esse sacros narratur: & alte
 Sancta peregrinos quæ seruent signa latrones.
 Vltra cimmericis scytharum ex prole georgi:
 Fœmina mox galeas ferrumque induta virile:
 Bella animūque gerens: quæ caspia iura requirens
 Hircanūque mare: & crudelē ad prælia dextram
 Dum mouet: & validas hircana in membra sagittas
 Sauromatas: cholcos: vdnos læsit: & illis
 Vulnera dat populis: qui sæuo in marte coacti

Colchos.

Media.
Sauromate.
Turce.
Amazones.

Caucasus.

Asia interior.
Armenia.

Oceanus.

Scythia.

Hyperborei.

Riphei.

Cimmeris.

Massagetes.



Thalichristiæ

Sorsperunt tristes animato ex fonte liquores.
Carmine quo turbas hircana per æquora notas?
Quæq; per aurati bacchantur crura darei?
Quo babyloniacosq; nini monumenta per agros?
Quo persas? parthis parentia regna sagittis?
Indica vel quanto decurram nomina versu?
Cætera quo? satis est. & longe errauimus: ipse
Tot populos gentesq; creans tot regna tot vrbes
Aequora totq; orbis vno simul orbe iacentes
Exul adest: regni qui fecit sceptrâ decori
Exul adest: proh magne puer qui cuncta creasti
Nulla tenes: cunctasq; domos qui feceris vnam
Non tibi rector habes: magnæ pietatis & vsq;
Est pia sic pietas: proh cœli. o sydera. mundus
Tertius ex mundi scelerato crimine quarti
Ire peregrinum per longa pericula solum
Qui miseros sola solatur solus in vmbra
Artificisq; manus nihil in sua damna potentes
Inualidasq; videt: quæ quondam voce sub vna
Agmina quæ nitidè plasmarunt pulchra coronæ
Directa in summū tenuerunt lumina donum
Non fuscata sacro visus fulgore: per ipsum
Quod super acta: feri qui nunc horrore tyranni
Non bene securas tremulus mutare latebras
Cogitur & celerem mortis formidine carnem
Ducere lassatè nutritam lacte puellæ.

Finitur liber decimus Thalichristiæ.

Thalichristiæ argumentum
vndecimi libri.

Dæmonis effigies simulachraq; vana deorum
Vicino cecidere deo. dire vritur atris
Ignibus hircani seruus. vocat atq; liremon
Authorem sceleris rabidū: quem fraude dolisq;
Armat: & innocuos iussit iugulare puellos.

Thalichristiæ liber vndecimus.

Herodes hircani
seruus.

Liber vndecimus.

Fo. lxxvii.



T mihi cur patria fugiat puer alme ab ipsa
Musa refer ligno si nodum tēpora sancto
Tradita: nec diro concessa est hora labori:
Esse potest dominus ferali a cuspide tutus
In quocūq; loco: vel crasse tegmina nubis
Deferat in corpus: vel se neget ipse videndū

His oculis: stygias post tristia facta tenebras
Quis dabit: in pharia non est nisi christus arena
Securus: domini caput insuperabile veri
Est opus ingrato lagidarū abscondere regno?
Quid iuuat infectis lustrali sanguine siluis
Efferus inachium dū quirit planctus osyrim
Pergereq; exosos ignoto flumine foetos
Explorare sinus & iniquam querere terram?
Si te qui valeat moriturum incedere pectus
Tunc cum sacrilegis expones viscera telis
Nunc calefecit amor: brumæ qui ferre labores
Non fugias: puer alme senis miserere tuæq;
Virginis. & lassos properatis gressibus ipsos
Respice qui nostras interna ad lumina causas
Inferis: atq; oculo rimaris singula tecto.

Non vacat hoc causis. nec enim tot sæcula missi
Ante sacros partus nec quicq; voce videntis
Conuocat ex isto genitor sua pignora regno.
Qualiter armatas inimica in bella cateruas
Ductor agens: clausas & lustra latentia siluas
Queritat: & damno visurus vota minori
Improvisus adest: hostes rupturus inermes.
Qualiter & princeps viridi sub veste cruentam
Dissimulat pharetram: famosaq; pallia mutat:
Vt vili ignaros effallat tegmine ceruos.

Sic deus vt viuū non nota cuspide teli
Comprimat horrentes non visus dæmonis artes
Quam prius optatum ducturus cæde trophæum
Militet: & nigras inopina luce cavernas
Terreat: eger amans stabulo nunc nascitur: atq;
Nunc fugit: vt nodos reuolutis cassibus atros
Solueret. ecce omnes post busta nouissima vires
Tendet: & ante dolens: pauper: miserandus: & exul
Creditur esse puer: fraudèq; hac fraude relinquet

De fuga xpi.

Not annis q;
rebat osyris ab
egyptiozi sacer
doub? magnis
lachrymis.

Ex egypto vo-
cauit puerū. &c.
Comparatio.

Alia cōparatio

Applicatio.



Adueniēte xpo
repente idola. i.
deorum simula
chia conuerſit.

Iuppiter. Mars.
Apollo. Mercurius.
Genus.
Pallas.
Juno.
Bacchus.
Neptunus.
Serapis.
Anubis. Isis.

Irisio iouis.

Thalichristiæ

Inualidam: cassis ad pristina damna sagittis.
Signa tamen patuere dei: manifesta q; mundus
Illa videt. quonia puer o venente relecti
Terga dedere doli: frustrataq; cantibus æra
Exul adest: sed monstra quatit funebria christus
Effugiat: atq; deos præsentî numine priscis
Expellitq; locis. instet licet paruulus: ecce
Terruit infernas pueri præsentia laruas:
Et scelerum effigies simulachraq; vana deorum
Vicino cecidere deo. iacuitq; superbus
Iuppiter. ipse ferox cecidit mars pulcher apollo
Rumpitur. atq; piæ genuerunt viscera maię
Et venus & saxo pallas confecta vetusto
Corruit in clypeu: tuq; & iouis inclyta confux
Et soror: & rubei facies porcina liei:
Et patris colium qui nõ bene corrigit eurũ
Concidit: & serpis cecidit male fastus anubis:
Et simul antique franguntur isidis aræ:
Quanta pharetonias corrodet cura puellas:
Vah cœleste genus diuum. berecynthia mater
Pande sinus almos numeroſo semine: frenaq;
Aurea: mandentes subeant iuga sancta leones:
Ecce cothurnatos foelicia membra nepotes
Ecce tuam sobolem. præstantia numina: magnos
Ecce deos: qui regna parant: qui sortibus æquis
Partiti imperiũ: trinisq; in partibus omnes
Diuisere domos: qui terras: æquor: & umbras
Arbitrio versant reuerendi numinis: vnum
Infantem timuere: potens o iupiter ohe
Iuppiter alte potens prima qua sæcula clade
Deucalioneo nondũ bene nata labore
Rumpere cuncta paras: an corruet arduus æther:
Astra cadent: tellusq; simul: vel finiet omnis
Machina: non aliud licitũ sperare: nec alter
Credetur euentus: misero cũ vulnere iactũ
Cerno ruisse iouem. quis te per talia casus
Vulnera per tales compellit ferre labores
Sanctam animã: dirum quis tanto in corpore ferrũ
Excitat: an stygiæ per pectora sancta cateruæ:
An tuus ille pater latitans semis ne licaon

Liber vndecimus.

Viuit adhuc venter scelerũ: vel turba gigantum
Effera quam diris captanda ad sydera dextris
Conspirasse ferunt: nonne illos montis opaci
Græcia te tumulo recitat clausisse superbo:
Quid facis in cœlo: tuq; o tur pulcher apollo.
Qui sepe arsuram tutatus nomine troiam.
Dardana qui paridis direxti tela manusq;
In caput argolicum nube & velatus in agmen
Peruenis iliacum mediaq; in plebe virorum
Rara per ignotos spargentem vertis achiuos
Tela parim: & sacrum scelerasti sanguine vultum:
Quæ mihi facta canis: quas tu quas mille sagittas
Diceris excusso penitus vibraſſe lacerto:
Sume feros arcus: puerũ verecunda per istũ
Sunt tibi damna: taces: phœbi rubet ipse pudore
Marsius: & damno gliscit victoris in isto.
Hic puer almus erat sic tristia facta parabant
Dicere: qui tumidum phitonis cæde potentem
Percutit: illa vides series quæ ducat amari
Temporis & cunctos præluſtras lumine casus
Prouida mens alias clare speculata ruinas
Victurasve acies: cur non sibi conscia casum
Vaticinata suum: veri sapientis adesset
Cura patris: latebras quas quondã pastor honestã
Arripuisse fugã: frustratus gaudia quæ nunc
Consulaget mortens: quanto mercetur atridę
Filia: calcato pueri formidine phœbo.
Mars venerande files: quid nũc tua bella: quid acres
Iraq; insidiæq; & nomina dira furorum:
Quid facis: arma voca: solitasq; accingere vires:
Non vt inermis eras: cũ te romana sacerdos
Coepit vt iliacam donasses semine romam:
Sed rugiens atroxq; veni: cristataq; tecũ
Turba simul. vulcane furens qui cornea martis
Serta gerens latit pingebas fata trophæi
Haud vatũ ignarus venturq; incitus æui
Quo mandante fremens ardentibus inclyta saxis
Brontesq; steropesq; & nudus membra piracmon
Arma parant: cur te lacerat puer iste: decorũ
Quo facis æneum: clypeo præmixus & hasta

Irisidet apollo
nem.

Irisidet martẽ.

Irisidet vulca
sum.



Thalchristia

Infectare virum: qui te sub lacte sub ipso
Exilio placida deturbat sede deorum
Nuncie lectiferos auferre & tradere somnos
Cui licet & cæcis animos reuocare sepulchris
Surge iacens rupto quoscumque eueris orco
Imprecor huc reuoces: si quid talaria profunt
Si cantus: si virga iuuat: si funeris argo
Ius tibi fit: profugus non centum lumina christus
Carne tenet: dilude viro: fessoque sopori
Insidiare nocens. pudeat te bacche colorem
Perdere: quid roseo pallefcunt guttura templo:
Sacra minallonides cessabunt: sacra citheron:
Et chorus electa nympharum incedere nisa:
Bassarides mœstis vluent nunc flebile siluis
Crinibus effusis: furiasque exposcat agæue
In puerum sanctas: nocturno impulsa furore
Orgia funestis impellant brachia thyrsis.
Dulcis iacche taces: ridens tua numina christus
Crura secet lefus rigida ceu falce lycurgus.
Hui neptune furens diro qui emota tridentis
Fundamenta quatis: monstris metuen de marinis
Infonti hippolito cesoris crimine fracto.
Huc tua sancte canis cælo mens dignior omni
Latratu pharias quæ longe exterritat vrbes
Huc precor huc diui pariter consurgite lefi:
Huc precor huc animos: diuina reposcite tela
Ocyus: horrendas fraterno iure colubras
Querite si furuum lassauit flamma tiphœum.
Indole si dignum syria si sanguine prisco
Robur inest animis: misera tellure perennes
Turpe iacere patres: vicinum euertite christum.
Ah puer est: primæque exquisit muneramammæ:
Inuaditque viris superæ virtutis & alti
Sanguinis: in claro resident qui numina cælo.
Sed neque sanguis adest: nec tu deus ipse creator
Fictilis ex ligno constructus iuppiter almo.
Saxa aurata silent ærati & vena cerebri
Sicca manet: dæmon fugit atro pectore sensus
Qui tot falsidicis fraudauerat ante loquellis
Quid iuuat extincti peritura stemata belli

Irridet bacchi

Irridet neptunum.

Irridet anubiegyptiaci deus.

Irridet simul oes gentium deos.

Liber vndecimus.

Ferre nines: insulis cur tanta licentia factis?
Disce iouem reuereri & iussa capeffere diuini
Terræ elusa fides: rupto vel robore natos
Nunc potius incende deos: versare bipennem
Nunc libeat lignique ostendet viscera falsi
Perniciosa lues mutis exuta metallis.
Non ridere vacat rabido si hircanius æstu
Indignantem animum lachrymasque exposcit iniquum
In facinus: simul ac mentito calle reuerfos
Nouit abire magos elapsaque gaudia: totus
Irriguit gelido turbatus sanguine quæstus
Voluitur in varios cupidus commotus inani
Corde furens tanquam gladius hostemque videret
Per latus ire suum rabido mucrone paratum
Christum stare timet: iam regni culmina rapti
Amisisse putat stupefactis sensibus hærens
Horrore ingenti tussique exestuat atra
Vt canis elapsa captam quam faucibus illa
Perdidit ignauis: nec tantas sustinet iras:
Nec scit quo lateat: pedibus nec gratia curuis
Villa datur: iacet illa solo truncisque sub atris
Clausa silet rissura plagas arcusque canesque
Haud aliter ferus hic venis incensus amaris
Roditur in varias raptant quo incendia partes
Missus: nunc vanas componit pectore turres
Optatis mens cæca suis: in sydera nunc nunc
Nunc nunc in paruas miserandus conditur umbras:
Iam quoque desperat nunc quod sperabat: & odit
Quod cupit hoc: nati cum non ad funera christi
Credidit habere modum: nec formam criminis aptam.
Inuenit: haud pueri cognorat signa beati
Quis perimat solum: nec omnes ledere tanta
Audet strage viros: hoc non pietate sed alti
Cæsaris arma timens: incerto in crimine certum
Iam facit ipse nefas: quia iam maculata cruorem
Si fas corda darent voto cruciata superbo.
Qualis deserto libyes qui solus in aruo
Prospexit subitas offenso lumine formas
Protinus in medio pariter vanescere visus:
Nunc erat hic titubans: nunc cælis sæpe relictis

Minus palmas erexit idola.

Hircani herodes.

Turbat herodes postquam cognouit magos abisse eo insalutato.

apta comparatio.

Expulso estuans animi.

Comparatio.



Infantē nō in-
teligās spm: s;
alīū quēdas q
fm legē moyſi i
templū circūci-
dendū ducebat.

Comparatio.

Comparatio.

Thalichristia

Vertitur: horrifono vexantur & illia somno:
Nunc phantasma premens: lemures nūc noctis inanes
Prospicit & vinctas baleari fune chimeras.
Viderat ex altis tabenti luce fenestris
Infantem vuluē laturū prēmia laxæ
Inguina moſeis mandata imponier aris
Culstro arcenda ferō se coram ducere: vixq;
Creuerat hūc: totis oculis prospectat euntem
Fixus: & extenso sequi tur vestigia rostro.
Vtq; solet clausus venantis carcere pennas
Accipiter motare suas: si forte palumbes
Aspiciatq; furens laniat retinacula tortis
Vnguis: & tremulū prouoluit murmure collū.
Sic ille inuisam ructabat lumina prædam
Flammeus: horrificos crudaq; cupidine dentes
Torquet: & immiffas expirat gutture flammæ
Discordem impellens animū: petulansq; rapinā
Vellet adire feram quoniā distabat in ipsam
Acciperet tremulas venator feruidus alas
Quamuis & icariis renouasset nomina lymphis.
Sic vbi cū ruptis euasit bucula claustris
Pastori cūcta præstant noua gaudia vaccæ
Quas putat esse suam: fonitusq; instare videntur
Auribus: & rauco strepitū crebescere collo.
Hoc puero optatum credebat cernere christum
Ora sinusq; mouens oculosq; ex arce proteruos
Præcipitat: sauiq; manū mens ipsa rogabat
Nē dirū tantas differret funus in horas:
Hoc velut ignari calcator cæsar is ipse
Afforet: ast medio dextra stimulata furore
Palpitat atq; minis cesserunt brachia longis.
Nam tmet vt matres vulgata cæde per omnes
Sint quæ forte queant miseros abscondere natos.
Hocq; silet: furiaq; cadunt: cladesq; relicta
In tempus quo cuncta premat: multiq; sub vna
Morte ruant: populū nōq; vllī vita perempto
Libera: cōmuni cunctis in funere sorte
Quæq; sit orba parens: sed non sic quippe retentus
Exilem ad rabiem parua vel concitus ira
Abstiniuit se cædis amor: namq; aspicit illū.

Liber vndecimus.

Quod potuit: læsoq; optabat ledere visu.
Credita si geminis tabes adoperta pupillis
Si vera ambigūe cantata licentia fame
En morbosa lues oculis manaret ab istis
In puerū: & pestem cernens transfunderet omnem.
Si quicquā gentes quarū virtutibus ille
Intereant laudata valent: si perditur arbor
Intuitu: & tenero priuantur membra decore:
Si quid adest tribalis maculosi luminis: atræ
Si quicquā scythica vitie potuere sub aura:
Cur non vulnifici moritur sudore tyranni?
Deme fidem tibiis: nec enim qui perdere possit
Octor est acto cōspectus labe veneno
In pueros. & iam presentis tempora prædæ
Annuit in facinus: sed mentem sæuius inurit
Mente sathan: ruptis atroci murmure venis
Hæc ait atra nouis consumpsit tempora curis
Nocte dieq; dolens: solūq; incensa profanus
Compulsi ora furor: vani monumenta doloris
Perpettor: densumq; loquens: solentur inanes
Tristia verba viros: soletur flebile carmen
Degeneres: vilem satis est suspicia mentem
Pandere. nos animū vires sceptriq; decusq;
Gessimus: & voces deserti pectoris vstas
Prosequimur: lachrymasq; imbelli corde susurras:
Iustū sæpe scelus: & fas est iure coactum
Querenti imperiū: nec causa dicitur vlla
Dignius altifono quam legem irrumperere regno.
En te roma petens hibernas lætifer alpes
Hannibal incocto furiosus ductor aceto
Rumpit vt in feste proturbet viscera troiæ:
En pyrrhus voto terra pelagoq; potentem
Concipit hesperiam rubiconē & transit Iulus
Passibus indignis romano ciuenefandis:
Nun quia iura vetant sacratis rupibus aurum
Non rapit: aut læsæ tremefactus nūmine romæ:
Non puer ille potens exemplū cordibus altis
Ponere: nec Dariū potuisset vincere si ius
Vltrices leges pietatem fasq; nefasq;
Discuteret: marius quid agit? quid syllā? quid ille

Tribali sūt po-
puli visu insicæ
tes
Eitit mulieres
sunt. lege pōli.
Tibij populi
sūt. lege plinij.

Herodes furēs.

Hannibal.

Pyrrhus.
Iulij cæsar.

Alexāder ma-
gnus.



Thalichristiæ

Ille parisi tantam valuit duxisse marstrā
Puppe pæquorea teucrorū ad moenia lymphas!
Impune hanc primū iuuenis cū theseus! atq;
Aufionem telamon! proceresq; teterrima nigræ
Regna necis subeunt! furiasq; expellere testis
Tentauere feras arcetes nexibus umbras!
Quid memorare iuuat cunctos: quos inclytus ardor
Attulit in sanctas laudādaq; bella rapinas.
Ast ego qui prædam possum sine clade superno
Ferre sub arbitrio: cui sit manifesta voluntas
In quæcūq; satis dubio sub corde mouendo
Torqueor errantem (mens o male sana) furorem!
En quid adhuc enses crudeliaq; emoror arma!
Prosequar hunc: magni nonnulla potentia mūdi
Non cælum iustis poteritve obsistere votis.
Prosequar: & si dii sunt: si quæ mortalia curet
Est pietas: animo debetur gratia nostro:
Qui tottes plenas onerauit lancibus aras
Centenis epulata toris: tot munera circum
Omnibus acta diis casu ne abolefcet ab vno
Mens bona: casta: supplex: meritis ingentibus! ipse
Scit bene quam viuo quantaq; cupidine morfu
Regna petit supremus apex: purgatus & insons
Iuppiter: æternam violato patre coronam.
Qui tulit: & sanctam rapto diademate dextram.
Dixerat. & famulum cui plæbis cura pircemon
Exanclare scelus: virgaq; arcete furorem
Ducere pollutas mundana in tartara dextras:
Aduentare iubet: quem fictis vocibus vsus
Alloquitur: lachrymas patrandæ & cede velutq;
Funderet: imposta tergebat lumina dextra.
O iuuenis decus o romani nominis atq;
Gentis honos latix meritis calcaria longis
Iusticiæ cui frena dedi: nec poenitet. ecce
Debitor es nobis: cum te de millibus vnū
Deligo: cui nostræ mandarim pondera curæ
Debitor ipse tibi: qui regnum hoc pace teneri
Feceris: & iusto dilecti crimina loro.
Debitor atq; tuæ noster bene conscius arti
Cæsar adest: meritis nec gratia debita tantis

Carceresappel
lat mūdāna tar
tara.

Alloquit herodes
pircemon
carnificē eiusq; lō
gis frandū am
bagib⁹ inducit
ad iugulandos
inocētes. mētē
eius venisse edi
ctus a cesare vt
occidant pueri:
cesarēq; ipm ad
monitū fuisse &
hoc placlo p an
cheli astrologi

Liber vndecimus.

Fo. lxxxvi.

Deficiet: primo si non male cesserit anno
Incluta troiugenis præstabit munera campis.
Dii modo cæsareis præstent sua gaudia votis.
Nunc hebet: & toto confusus corde superbas
Blanditias si regna gerant videt esse fidentes
His gladios: mortemq; pati: mortemve timere
Sæpius: & curæ grauioris verbera magnos
Infestare duces illos cū viuere voto
Dicitur: & placido labentia sæcula risu.
Quis deus has fraudes! quis lumina pressit iniquo
Pondere nostra! duces regalem exposcite sedem
Intactumq; locum: miserandæ tela ruinæ
Intus missa latent: nullo est securus in æuo
Quem solū metuere omnes: trepidabit & ipse
Insimul: atq; metus vinculis torquebitur iisdem
Qui iubet arctari terras: dignoq; timore
Stare viros. quanto sequimur fortuna furore
Has crudelis opes tenerarū errore rotarum
Impulsas: morisq; tui quos semouet aura
Dira: placens: tranquilla: nocens: mutataq; semper
Arenti stipule vitreoq; simillima vaso:
Ast cæci heu fragiles sequimur fortuna fauores:
Te sequimur fortuna deam: recte improba ludis
Quos tibi nota geris: sacri documenta prioris
Haud referam: satis est percussum fulmine seuo
Augustum: mūdo præbentem iura beato:
Cernere & humano lugentem fata timore
Et pueri trepidare manus: qui posset & ipsos
Vel superare deos: si nunquā casus in altis
Culminibus: firmū si aliquid: si quicquid adesset
Incolume: aut sæui securū sorte pericli.
Attonitus narbante fatus compressa resoluit
Ora dolens ne iam suspensum detine: mentis
Ignarūq; tuæ: si nalem edisserere vocem.
Tristia peccato: patiar num vulnera gestu
Turbatūq; ducem: quæ tantū est causā timoris!
Iamq; audire sat est. calcemus cæsaris hostem.
Si quis frenato romanis legibus orbe
Cæsaris hostis adest: hæc serui hæc paruula princeps
Dextra manet non tacta metu: perquiret vbiq;

pircemon fili⁹
narbātis rīdet
herodi.



Thalichristæ

Quis sit & ille: licet ganges aut regna trionis
Hisve obuersa tegant: nō lagus: pergama nonq;
Obstabunt: non alta poli: non tartara. cedet
Traditor: aduersi diuelli viscera nostri:
Vel mea si talem renuissent ferre laborem.
Incipit herodes atq; inter falsa cadentes
Verba ciet lachrymas: miserantem fraude p̄remon
Vt rigidæ turpes inducat cædis amores.
Mons fuit vmbrosi per mœsta silentia luci
Horrificus velut ille feras qui sorbuît vmbas
Mortibus arcadii per hibent si vera coloni
Littus ad euphratis: per sarum tempore regis
Sacratum innuptæ gentes habuere diane.
Chara soli monumenta deæ: placidumq; reuifit
Sæpe locum quem sola fouet: fratrisq; negauit
Imperio: nec phœbus erat qui regna sororis
Tangeret in silua ramorum intensa retexta:
Non ea quæ primo custodit limina celo:
Ipsaq; sic nūcæ diuisa est luna diane.
Hoc tenet abrupti metuenda cubilia saxi
Anchelos dubio securum pignus ab orco
Sydera testarates homines acheronta deosq;
Excitat: auulsas peregrinis montibus herbas
Temperat: & scœuis immergit viscera succis
(Arcanūq; nefas stygias immandat ad vmbas)
Senæ iterum tradenda neci. vis syderis omnis
Nota viro. & cunctæ quæ grata & noxia terræ
Signa. poli: domus: fociataq; comunus astra.
Fortunæ quis iura locis: miserūq; ferendæ
Seruitutis onus: qui læsis fecit fer aruis
Igne modus: quali veniant fundamina romæ
Auspicio mansura diu: quo condita teucris
Testa cadant: claros clypei scœlicis in vsus
Apta domus: ccepto quæ sit contraria marti.
Libera quæ gratio concessa est hora sepulchro
Cassuris ignota viris: quæ tempora duræ
Iussa facit: imbelles statio quæ tuta labores
Efficiat: populis interna: iurgia factis
In ciuile nefas: qui nixus pectora firma
Compositūq; labans & inania foedera formet.

Incipit herodes
des diabolice
fraudis comētā
& p̄mo ancheli
a irologi nomē
mores sapiētā
q; describit. vel
de signa & som
nia explicat: q;
b; euidēt colli
git fm gētilium
supstitiones et
astrologor de
creta vincētū a
x̄p̄o cesarē. & qm̄
iste x̄p̄s ignora
re opotere vt
oēs occiderētur
pueri.

Anchelos no
mē chaldæi. pul
chre couenit ma
thematico t̄ma
lesico.

Describunt du
odecim domus
astrologice.

Liber vndecimus.

Fo. lxxxii.

Quod fides p̄ta signa trahat. quod comparet altam
Tempus amicitiam: quo nullis fidere dextris
Debeat armati pauifactus munere domi.
Sit placidum qod tempus agris: quæ legibus ipsis
Sit sedes: quæ fixa foro: quæ iussa clienti
Consulat hora reo: qua vi quo tempore frustra
Lingua sonet: toto quo scœlix turma teatro:
Quo fas caudico frangendi iura patrono:
Quo tener ad leges fecundā pallada quisq;
Gnatus habet. tædæ scœlicia signa fugalī
Quo nīmū metuenda gradu: quæ poscat honestas
Hospitis hora vias: & quæ malefida petenti
Arua aliena domus: qua scœui explenda tyranni
Vulnere tinta manus: quo blandæ numine sortis
Hospita threicio renuissent viscera dentes.
Quæ socios comitesq; parat: quæ tollat vlyxi
Naupliadem: diro quæ linquat crimina voto.
Diuitias quod sydus agat: qua crescit in æde
Copia diues opum: qua nostrā longa salutem
Lustra ferant: paruo quæ vitium abscindere telo
Antlochū: & patriæ valeat præponere morti.
Nobilitas quo nata loco: quo surgat honoris
Conditio: vitæ quo dentur culmina famæ
Dulciq; innumeras onerantia nomina chartas.
Vnde genus: quali fundetur gratia signo.
Quid dubios casus: & turpia tela timoris
Degerat: & moto foueat cunabula fluxu?
Quæ sceptrū summosq; animos viresq; potentes
Sors vehat: erectis elementaq; dissona morbis
Conferat: aeris tabosaq; tela sagittæ:
Perpeffas mutante vices: quo lumine sano
Sana viget: patiente cadit: quæ recta per altos
Terra duces habitū supere deduxit habendum:
Et formā instabilem causis aliunde receptis
Reddit: ad externos medico cessante tumultus
Nō medicata nunt: cū iā medicamina profunt.
Quos habeatq; hæc vita duces: & qualiter ipsa
Sit formanda domus: quæ iussu præmia recto
Seruitia & casto referant quæ nulla labore.
Effectu quis vota locus: quæ deniq; mentis

Diomedis feri
tas.

Antilody? ne
stolis filius.

Inferiora supe
riorib; regunt.



Thalichristia

Dognata per fines deducant sydera letos.
Qua simul atq; domo liceat contemnere casus
Temporis alta foro moturum praelia mixto:
Seu pelagus ventosq; petas: cererisq; perustas
Sole manus socio delectet condere musto.
Calluit & vates faelici pectore doctus
Sydera que primos olim referentur in orbes
Quo vires mutare debent: quove ordine multas
Sint fortita domos: cuncta ad momenta potestas
Versa locis: quos saepe ciet vel versa sub vno
Planetae spacio: recta intervalla ferentis
Cum visa aspectum lucratur stella liquorem.
Coelesti quae signa foro: quae regia septem
Regibus: atq; duas horu quis possidet aulas:
Hoc etiam norma sapiens reuocare vetustam.
Vellet vt in solo iaceat non cynthia cancro.
Quando & astra duces habeant: quae signa sequatur
Imperiu: dominis quando & dominantur in astris:
Quod tamen haec proprii summota ex abside centri
Nobiliora canit: tuuat est & clara potestas
In genitis hac forte viris: qui terminus adsit
Syderis: aut facies: quae sint nomiria: quaeue
Dodecahemoris finalis forma figuris.
Solut & innumeris numeros hic inuenit astris:
Soli inuenta sibi: fixis subsellia flammis
Quae fuerint: serieq; nota: quis ducat habenas
Temporis: & socio remanent quae regna secudo:
Inq; vices cessura nouas labentibus annis
Pressa reuerfuras quae expectant sydera dextras.
Infantem emonis genitrix hunc thessala bustis
Fecerat appositis tenebrosa per ora lucernis
Rumpere damnatos audaci poplite crines:
Membraq; trunca: feramq; aciem: dentesq; recentes:
Pallantes gelidis venas euellere plantis
Quae tetigere caput: runc cera molliter vsta
Figere acis: tecto septenna foramina collo:
Quinto & mense datas ramisq; sequacibus vndas
Ducere: quas rapidi truuis dispergeret orci.
At postquam prima tenera lanugine barbam
Contegit assuetis haec lunae ad regna sepulchris

In his oib; r i
supradictis no-
ra psona dicentis
q paulatim fun-
dit toxicu.

Insigne hero-
dis medaciu.

Nota vbi fuit
nutritus iste a-
strolog; r ei; co-
uersatione r ex-
ercitium.

Liber vndecimus.

Deueniens: prisca seruatis moribus aevi
Antra petit: caeco semperq; obscurus in antro
Delituit: coetusq; fugit: quod copia caeli
Liberior: solemq; timens egressus ab ipsa
Nocte per erratos metitur in aethere cursus:
Effigies nomenq; notans: auguria cunctas
Noscit aues: diramq; ab raso pisce medellam
Conficit: & saeuum prinauit luce draconem
Sapienter & certis exoluit somnia signis
Quae morte: quae vincla dabunt: herebuntq; profundu
Compulit: & septas ferali voce colubras
Terq; tremens tortis: magica vertigine filis
Datq; adimitq; animas furias acheronte remenso
Conuocat in viuas nec primo ex littore voces
Vltiora trahit lustrato & fatifer orco
Sydus: aues: ditem repetit: causasq; per omnes
Nititur esse deus.
Hic cum desertis antiquo ex tempore campis
Semper & horrifono iacuisse solus in antro
Diffugiens comites: socios nunc querit: & omni
Corde labat: turbasq; petit: nec rupibus altis
Fidere: nec solite faciem committere siluae
Audet: & ingenti trepidant cocussa timore
Viscera: nocturnum quia vidit nubila caelum
Condereq; & flamas nebulis ardere corufcas
Nunc acies ruptis: congressaq; sydera caelis
Cernit: & ante aetos oculis vane scere gyros:
Noscere nec moti tunc cursus profuit astris:
Lunae erat arbitriu placidum: phoeboq; fugato
Iuppiter ingentem contempto pisce leonem
Occupat: & socias peritura in bella sagittas
Aduocat: & prisca conscissa est norma theatri:
Concentusq; feru vesana cupedia martem
Solicitat nitidis imponat frena caballis:
Poscit equos: aries petitur: iacetq; relictus
Scorpion. ast toto furibundus lumine caelo
Phoebus adest: numenq; vehit: nec more vetusto
Contentus lustrare dies: noctemq; per ipsam
Currere composita non quo prius ordine lucem
Imperat: atq; iouem lacerat sumpsitq; negatu

Iste astrolog;
si ferat aruspex
r malefic;.

Paulati acce-
dit ad fraudule-
ta conclusionem.

Si fides anthe-
astrologi i caelo.



Thalichristiæ

Mercurium & geminos placida cum virgine fratres:
Et venerem iuncti spoliauit foedere tauri:
Saturnum positus frustraui a quaris vndis.
Omnia phœbus habet, nec tot pugnancia solū
Sydera languentis terrebant pectora vatis:
Omnia torserunt animū: nam visus vbiq;
Mœstus adesse fragor: totoq; in monte timendos
Murmura sæua sonos: annosam & pondere quercū
Collabi: & nullo nutantia robora fractu
Nunc mœstos vlulare canes, nunc prode tristes
Flebile carmen aues: nunc siccis vocibus hœdos
Latrantes, pauidæ rugientes vertice siluæ
Adglomerare feras, & tanquam debita nostro
Bella forent mundo superis pugnantibus: altum
Omnigenæ maduere manus: coniunctaq; discors
Natura est nec vt ante fuit: funestaq; fratri
Dextra leonis erat: nec fœdus sanguinis vllum:
Qui prius & sociis pacem tenuere sub armis:
Nunc mortem petiere suis: feritasq; vicissim
Dimicat: & serpens serpentē læsit: & ipsum
Non piguit minuisse genus sub tigride tigris
Taurus obit tauro nec cædes defuit vrsō.
Aspicit hæc vates stupidus: tremefactus & herens:
Quo magis & visos miretur pectore casus:
Inter bella neces: media inter sæua furoris
Vulnera: cōmunem quo nescit numine pacem
Regna repente tenent: q; horrentum turba ferarum
Quærit amicicias: nunc vires dentibus apri:
Brachia nunc vrsi: deponunt cornua tauri:
Non & odore canes: rigidæ nec cuspidē frontis
Pisces bella gerunt: aquilas natura columbis
Esse iubet: nec terra sinit: nec pontus & aer
Dira fame infandas ora exercere rapinas.
Quid faciat tot mira videns obuersaq; signis
Grandibus anhelos: dubio nunc corde rependit
Iurgia: nunc cædes: nunc pacem pensitat omnem:
Discordesq; manus sociali foedere vinctas.
Nunc videt horrentes in se sequere leones:
Nunc canibus mixtos preciosa ad pocula ceruos.
Heu quid ad ignotas valeant auguria causas!

Liber vndecimus.

Fo. lxxxviii.

Quid carmen: quidve herba iuuat: si legibus obstat
Iam natura suis tam verso sine redactis?
Omnia si vario mutetur nota tumultu
Quæ taxare potest: non tantos pandere campos
Euentus: vinculis vmbram reuocabat apertis
Carminē: & est magicis aggressus tartara telis.
Effectu caruere sonus: manesq; repulsam
Tunc impune dabant: cantū spreuere secundum
Quæ totiens timuere rapi: nec vocibus vllis
Mota palus: non ipse charon nodosa mouebat
Tonsa ratis: nullo maïora pericula casu
Doctor habet: iam quippe neces hinc augurat: atq;
Exitum rabiem nec sat rationis habebat
Quid portenta parent: in quos prorumpere pestem
Cogant fata viros, gladio se destinat omni
Quem videt a iusto nimium contemner orco.
Aduenit ecce sopor dubitantescq; implicat artus
Vatis: & inuitum teneant cum lumina somnū
Aspicit ardentem bethelenis ab vrbe leonem
Surgere: & excelsa fundentem altaria roma:
Vestalesq; focos: & primi flaminis aræ
Reliquias: phrygios pensitus sorbere penates.
Post hæc horrisono rugiens clamore potentes
Irruit in proceres: pariter corpusq; tumentis
Cæsaris: & nullo subtraxit guttura ferro.
Impiger intactæ decurrat turris ad omnes
Solutus opes, cunctos gemmæ radiantis acervos
Thesurosq; rapit: summoq; in pectoris orbe
Claudit eos: diuesq; manet: dein turba quirini
Ab illo acceptis explebat pectora nūmis.
Aspicit & tenerum validis in cursibus agnum
Dilacerare ferū: qui duro ex funere taurum
Victor pompeia triduum spaciatur in vmbra.
Post hæc siluestres peperit quos india tacti
Turbinibus corpus velox fuluūq; colorem
Ceruleosq; oculos: verum in contraria crinem
Tergora dura trahunt: socios victoris & altos
Diripiunt: agnosq; necant: passimq; trucidant
Montis opes.
Aspicit & pulchrum ex hac vrbe insurgere statum

Tætat anhelos
reuocare ab in=
feris aiām: sed
nō potuit.
Spereare tar=
tara cantū scōs.

Somni astro
logi.

Hic leo est xps
i sensu mystico.

Significat xps.

Hec vmbra si=
nus abraç.
Reges & psides

Martyres xpi.

Hic ipsi scitis.



Thalichriste

Mollem animā patriā nec solum sistere terra
Circū vt gallis: vel scyron solus athenis:
Tendit in immensum: cunctisq; ex partibus orbis
Flamina bina vocat: proprioq; sub alite iungit.
Et quos in scisso generauit specus hiatu
Dalmatiae: & sicco quae mater creditur austro:
Colligit: & sparfos placido sub flamine ventos:
Noxius est nulli: terras super euolat omnes:
Cuncta fouet: per cuncta meat: consertus vbiq;
Omnibus vsq; placens soli tibi roma furentem
Se dabat igne minax: impulsu moenia vasto
Concutit: & muros humili tellure superbos
Præcipitat: pulchrasq; animosis flatibus aedes
Principis: & genio concessa est gratia nulli
Vitauisse vices nec qui male fida citaret
Anser in admissos custodis lumina gallos.
Orta dies pulso iam regna nitentia somno
Traxerat: & mæstos implebat luminis agros:
Surgit: & instanti blanditus voce timori
Seredit ad vates: & quae sibi signa negarant
Somnia dant nimium dignis vt testibus ante
Credita quod toties vera est expertus: & inquit.
Mens mea conceptum moderare ad fata tumultum:
Reges monstra petunt. ingratae praemia sortis
Pauper tutus habet. saeuus horrere pruinis
Nunc libet hibernas maletectis carnibus vndas
Et soles tolerare sitim perferre famemq;
Si ridere vacat: quid saeuo tempora cursu
Quid caelum: quid fata trahant: quid flamma decori
Syderis: ad varios moturi regna tumultus.
O requies secreta beans: o mitis & alma
Pauperies ingrata deis: exosa nimisq;
Sanctificata: serum fortunae spernere casum
Sorti spreta dabis: gladiis non apta cruentis.
Heu quid summa iuuant animos: si funditur altum
Non nisi summa tenens. aentia guttura mallo
Quam sub adorata socis laquearier esca
Hinc fraudes hinc arma videt: lateriq; paratas
Insidias: si non: securam perdere dextram
Certus erit: qui cuncta vorat. mortalis iniquus.

Idest ad seredit.

Loquitur seculi astrologus gratulandum postquam se putat intellexisse visionem.

Liber vndecimus.

Fo. lxxxv.

O modus o series o nunquam sceptrum sub vno
Permansura gradu. tunc sic effatus ad ipsum
Augustum missis expressit somnia chartis:
Diraque signa simul: quid iam sibi fata pararent:
Quod facinus nostro grande expectatur in euo.
Haec ait: & tandem: si regni culmina caesar
Si tibi chara salus: coniux: patriq; penates:
Si te roma mouet: qua tristitia vidimus urbem
Exue progeniem: puerum tibi dicimus inde
Venturum excidio romani nominis: inde
Mors tibi saeva manet: si non mens praescia finem
Effugiat: dimitte senes binique labores
Solis eant: gemini foeturae temporis anni
Ploret humus laceram: tot namque his visa diebus
Auguria & moti turbata cacumina caeli.
Elige quod praestat moriendum aut nempe necandum
Est tibi. rumpe viros omnis: ne liber ab ipso
Funere solus eat: quem solum querimus omnes
In furias: hucusque loquens indixit opertum
Mortis onus. rex ipse pauens percussus & horrens
Prosiluit in rabidas turbati pectoris vndas:
Et mihi funesti commisit pondera facti:
Raptandosque viros. & caedis transfudit atrum
Officium: nec dura quidem: sed more precantis
Verba sonant: magni clara argumenta laboris.
Summum quippe nefas & turpia tela paramus
Qui iubet ille nocens. scelerum qui iussa ministrat
Non sceleratus adest.
Huc precor huc testes: o caeli o numina sancti:
Diraque deique omnes: sit saeva ad iussa subactio
Fas odisse viros: liceat pietate remota
Corpora supremo puerorum abscondere cultro.
Namque (fatebor enim) si me fera tela parantem
Dextra cadat metuens populo pietatis in isto
Esse nihil: lex ipsa rigens sub morte maneret
Inconculsa: nocens alius professor acerbos
Surgeret in gladios: funestaque caesaris ira
Me iussis solio segnem exturbaret ab isto.
Et pius esse velim: si quicquam proffet arandis
Paulisper dubitare locis. mandata sequamur

significat astrologus caesari oportere ut pueri occidant.

Concludit herodes fraudem ut innocentes ingulcat

Singit herodes pietatem tanquam a caesare compellere tur in puerorum carnificinas.



Talibus aut aliis
caute hoc dicit
poeta: constat enim
res puerorum mor-
te de ceteris aut
ueris simile est
aut his aut simi-
libus fraudibus
usum fuisse he-
rodem ut ipse car-
nifices libentius
exequere fune-
ra tamquam iusta per
cesarem. Erat siquidem
deumane factus
nec a quo p-
metu cesaris po-
terat absterri
carnifices. et ob
hoc consulti he-
rodi fuit metiri
hec a cesare.

Qui male agit
odit lucem.

Comparatio.

Mors innocenti.

Thalichristie
Funera. si sensus instarent fulmina factis
Ipse licet rigidus moderator stringat habenis
Iusticiam: nostre nihil hec ad crimina dextrae.
Talibus aut aliis in que sathan ipse loquutus
Dissimulat rabiem simulata mente recocta
Fraudibus arma tegens sceleratis: attamen istud
Ni bene compertum est: constat de funere tandem
Dixerat haec. sauum tenuit mora nulla magistrum
Carnifices aptare manus caedisque ministros.
Finitur liber vndecimus Thalichristie.

Argumentum duodecimi libri Thalichristie.
Bissenus pueros indigna morte peremptos.
Vltorūque manus laxataque frena furoris.
Et male pollutam scelerato crimine terram.

Thalichristie liber duodecimus.

ET iam colla comas: calpes obtesta coruscas
Gens habet occidit parce radiantia phœbi:
Deuenit dūro cingentes oppida ferro
Insidiasque parat: neu quis subtrahe haberet
Sorte fugacibus remanent munimenta portis
Cuitodesque necis: alii subire nefandum
Ensis opus vasto spumantes sanguinis æstu.
Ac velut ingenti porcorum ex glande furore
Turba venit: villæ primoque in cardine cœtus
Diuisere suos: & quisque in limina noto
Calle ruit. sanctum fures hoc murmure terram
Introiere truces: partito calle per omnes
Arma tulere domos: nec telis defuit vllis
Vulnus: & infantes inuadit cruda silentes
Mors: decepta nimis: nullos habitura nepotes
Quos perimat: gladiis quæ semina rumperet istis
Quæ licet æterno præstarent semina mundo.
Nec solum & pueros horrores corda minaces
Exterrent matrum: conspecta ut agmina surgit
Quæque labans: plenis quæritque scrinia mammis.
Et quæ non gremio refouebant viscera natos
Non vexere suos. quis mutæ vulnera proli

Liber duodecimus. Fo. lxxxvi.

Crederet: infernos quis tam crudele putaret
Possit viros: iterum securos pignore costi
Sanguinis esse putant. rugiens fordescit ubique
Carnificis furiosa manus: sicamque superbam
Incutit: & iugulis nihil insudabat apertis.
Colla cruenta cadunt: auulsaque turpiter ora
Non longum sensere mori: nec prima negabat
Labe sine: & membris non quid sibi conscia castis
Vita necem: gladios extremaque fata recusans
Ira doloris abest: solitus nec istibus altis
Clamor amarus erat. satis hoc & muneris ipsa
Mens puerilis habes: digno indulisse dolori.
Sive quod æternam foelici cæde coronam
Vaticinata files: ipsoque in vulnere gaudes
Nunc moriens quia viua manes: succurrit & altum
Esse mori: seu quod manibus oppressa cruentis
Scinderis ex tenero veniant quam verba palato
Balba prius: mutos acsi prosterneret agnos
Dente lupus rugiens: non vno in sanguine multas
Dignat habere moras: nonque vni vulnera præde
Bina inferre: furens nunc hac nunc voluitur illac
Sæpe necans: fuso nec fat contenta cruore
Est satiata fames indigna clade per omnes
Non aliter pueros rabies stricta feroxque
Sanguinolenta furit multaque in cede vagantis
Cultri extrema parat raptor: ferale retonders
Cautè ministerium nam longæ stragis hebescit
Ad cumulos: ensisque furit sine murmure pernox.
Donec cum clausis cladem aspexere latebris
Prosiliant matres: genitrix peritura per enses
Perque acies: per pyla furens: mediosque per hostes
Cæca ruit. genitrix quæ primam viscera trunci
Sensit ad immanem sceleris conuersa querellam
Clamat: amor. fauor: tacitus plangentia nutu
Comprimunt ora dolor: nec causam querere crudi
Funeris: & vultu nec poenis pectora toruo
Exonerare vacat: quæ cæsis cognita turbis
Membra vident: iacere solo: corpusque relictum
Et vacuos artus carnem amplexantur: & herent:
Attoniteque silent: iusto maledicta furore

Comparatio.
Digno. as. lege
Cornucopie.

Applicatio.



Thalichristia

Dicere multa parant: vetuit dolor impius ipse
Dicere multa: tacent: fractisq; in guttura membris
Apponunt: animasq; vocant: vituq; calorem
Expectare iuuat lachrymis & voce citatum.
Nec credunt potuisse mori: quos ipsa tenellos
Facta negant meruisse mori: compulsa repente
Spes cadit: immeriti nunc praestat pondera tibi
Lambere: materna maculas nunc tergere lingua
Vulneris: effrenos insanæ & mentis amores
Gustatis satiare viris. nunc viscera condunt
Visceribus: patrio natuq; imponere busto
Mater auet: laceruq; fouet: nimiuq; tenentes
Heu prieros lesere manus: nam dura sub illis
Vis inerat complexa premens: properisq; lacertis
Corpora per primu si non laniata furorem
Tacta aliu gemuere nefas: matresq; per ipsas
Vel duplices renuere neces. erat hirpa duobus
Orba viris: binum crudeli hac peste decorem
Perdiderat moribunda dolens querebat & ambos
Passibus incertis dubitans: nam pulchrior vllus
Non fuit occisis nec maior gloria natis
Inter erat lacere rachaelis nomina turbae.
Ambo decus caeleste ferunt: & quisquis eorum
Pulcher amandus ouans: his crines verticis auru
Nix facies sanguisq; color dignissimus orbe
Vitali: nunc ater erat: sanieq; cruenta
Tabescens maculis offundit lumina seuis.
Hos pia cum lacero clamasset mater aceruo
Ingeminans quo nate lates: iustoq; furore
Ut menas toto bacchatur concita pindo:
Perniciem perfusa sacram prouoluit vbiq;
Stragis onus: dirimitq; neces: nudataq; verrit
Ossa viru: longos in membra informia visus
Inserit: ignotis optataq; pectora truncis
Credidit inesse: cadens iteru frustrata secundas
Labitur in lachrymas: vacuisq; indagat in vmbri
Quos peperit: rapidoq; stipans lumina rostro
More canum: nec prona minus: furiasve minores
Haud incensa vomens quam flumina visa timentes
Ad quoru facta non quid valere salute

Expressio ma-
teri affectus.

Comparatio.

Liber duodecimus.

Fo. lxxxvii.

Morsus: odorati medicataue somnia psylli
Lustratum caedis fuerat fati. in super infra
Corpora lassatis crudescuntata lacertis
Voluerat: immunescq; effuso sanguine venas.
Pandere quaestum voluit fortuna cadaver:
Inuenit & primuq; extemplo exterrita partu
Conspicit vt foedum: truncataq; viscera vultum
Et teneru ferro transfixum pectus ab alto
Extulit ex alis tantu properata peremptis
Omninecem sobolem: qua si puer ipse maneret
Viuus adhuc gladios iteru sensurus: iniqua
Tela timet factura nihil: ne perditus vllum
Igne modum tenuisset amor: veloxq; cucurrit
Vt lateat clausura suum. sed licet ab ipsa
Caede vacans & sponte necans quodcuq; paratus
Exercere scelus specula metitur ab alta
Cladis opus: nudatq; manus si forte videret
Quem laceret. cui cum secreta conditus aluo
Mergitur vsq; draco gelidas in fringere frontes
Possit vt & superam defigere morsibus aurem.
Vtq; sequax nostrae pastorem vocis hyena
Assimulare parans stabulum sub rupe facendo
Intuitur vigilans hominem raptura vocatum.
Grassator tristes sic cum speculatur in edes
Portare in matrem manibus quam creuit euntem
Pignora credit: eam sequitur: fugitq; secuta
Nescio quid metuens quod perdere posset: & ille
Fortius in praedam mentem vehit: illa timore
Currit & alatos superabat cursibus euros.
Quid si vna sinu quae nomina vana trahendo
Cernis erat: vel dama fugax: seu dente volantes
Alitis in fensu quae pennas deuorat haustu:
Effugit irati digitos praedonis: & ipso
Sub custode cadit: vel iam secuta relectos
Incidit in laqueos: fletu precibusq; parabat
Flectere cultriuagam quae tanto in funere dextra
Merebat quod sola vacat: dirumq; cruorem
Optans immani flagrabat caedis amore.
Isq; vbi tendente latebras cum prole parantem
Aspicit: accurrit saeuoq; deartuat istum

Victor i insidijs

Comparatio.

Comparatio.

Infortuniu mi-
lere matris.



Thalichristæ

Ense caput: socię cōmunia vulnera matris:
Quæ patitur posito natū in tegumenta lacerto:
Nec rabies desæuit hians: cum lædere cęsum
Cogitat: vt vano potius commota cruore
Dimaduere manus: fortęq; inuerberat acris
Corde dolens: aliquam quod nō vanescere mentem
Fecerit: & primū penetrasset ad vltima ferrum.
Qualiter insectos ingrata cęde penates?
Aspiciens truncū lachrymans tristatur in hostem:
Inuidet & pharise crudelia funera dextrę
Et primū rapiuisse nefas. sic iste priorem
Auerfatur eum: qui finem carnis in omnem
Iruerit: puero statum nec liquerit atro:
Quem rapiat: nec ante fames contenta quiescit
Quam laceras carnes: & inanem partib; vmbra
Digerit in tantas non sectus crimine crustas
Itis eras: crudo soboles mandenda tyranno:
Quas puer hic: fractis facinus miserabile membris
Maxima pars minimæ nec sana est conuenit auri.
Quis feret o musæ per quales funera formas
Inuadant pueris: non vna cęde peremptis?
Lyra parens mutū securo tegmine natum
Clauserat: & firmæ vectes obduxerat arcę:
Quæ quod clausa nimis pressa & compagibus artis
Non aliquid tetra lucis suggebat in aluo:
Aera nonq; ipsis patitur volitare cauernis.
Ac simul angusto succulsiit viscera claustro
Grata: scelus diri velut infœcunda tyranni
Increpat: & quassis furibundo murmure tectis
Concita tortores blasphemat neruiter acres:
Se fortunatā: cui nuncq; natus: & ipsam
Ter vocat in cunctis: & plenis sydera labris
Extollit: viresq; effundit pectoris omnes
In laudem domini velut hac ratione benigni
Quod moritura suis citius tam pignora mammis
Non daret. o quotiens ceu sit secura cruentos
Intonat in gladios: stimulisq; incestat amaris
Carnifices! sic fata: furens lacerate dracones
Quod libeat: miseros disperdite dentibus agnos
Mille orbate patres: pueros truncate silentes:

Comparatio.

Exemplū matris pietatis.

Cauta matris simulatio.

Liber duodecimus.

Fo. lxxxviii.

Sum secuta canes: vestros risisse furores
Quæ valeam tempura scelus tempura nefandas
Insidias: istis lanis violentia verbis
Gliscit amara magis: crebescitq; impet; horrens
Cædis in omne nefas: nec lyram mucro beatam
Rumpit: namq; lycus truncanda in colla paratus
Stabat acerba fremens: sed matres lyra per omnes
Seminat inuidiam: quod dixit scruola tantam
Hæceat: ista suo quo demens talia dono
Audita in matres maiora incendia tristes
Inferet & plagam quod sola hæc respuit ipsam
Acrius orbatas agitabit flere maritas.
Quiq; puer quartā valuit succulsius in horam
Delituisse: sitim non iam tolerare prementem
Compos: delapsi sumebat pocula mucci:
Pro lacte & digitos sorbebat gutture vanos:
Crescit iniqua fames: tenerę iam carnis humores
Est calor: & testas ambibat flamma medullas.
Denatur sanguisq; arefcunt labra: puerq;
Clamitat hoī solitā lachrymoso murmure māmam.
Vos ferit horribiles pueri morientis ad aures:
Non tamen audita qua sit de parte querella
Constabat: partes decurrit prona per omnes
Falsa fides: amplis educere lumina rostris
Occipiunt: ipsis crinem & flexare cerebrīs.
Qualiter est hostis muri sine murmure paruis
Incubere sonis: q; illi super ardua celsę
Hunc tabulata domi gemitum venisse putantes
Exquirunt latebras limoso pondere pressas
Muscarūq; locos tecti dispendia lassī
Exagitant fluidas exoluīs phornite glebas,
Tuq; lage immanē toto cū corpore molem
Roboris excisi: summo de vertice fractum
Quod caries dentata dedit: dū vertis: vt iust
Forte sequens lydu tua post vestigia: tractus
Leditur ad medios scalę pereuntis: & ictus
Te vocat in pugnam mucrone accinctus: & altam
Cæsariem nigro minitatur voluere cæno
Quam tibi galla comis genitrix ornat amenis.
Audist hæc natus fraterno ex patre suuus

Prodit scriptus puer q; p matre latebat absconditus.

Querit p carnifices puer abscondit.

Comparatio.

Est rixa int carnifices.



Thalichristie

Increpat & lydum: verbosaq; dicta refellit:
Et vocat amentem: ille & quem sparsisse cruorem
Sanguine tinctus auct: seq; irreuocabilis offert
In pugnam. ast primus qui rixæ incendia motus
Mittitur in præceps. multos perpeffa furores
Scala ruit: pariterq; lagus dissectaq; crura
Perdidit. huic focus vel illo ex tempore ruffus
Quo romana solo scelerarunt pyla liburno
Dum casum ignota casum posuere sub vmbra
Conspicit vt factum sub iniquo vulnere fossum
Armatūq; minis lydum antistare perosis
Torquet in aduersas crispatum missile costas.
Disiectiq; latus: casurus vulnere lydis
Terrificis notum conclamat vocibus ismon.
Illinc inde ruunt: obuersaq; tela tumescunt:
Plurescunt acies: & maxima mortis imago est.
Extemplo ardentis bellī motura furores
Clauditur infesti tenebrosa sede barathri
Alecto: & charas sedet in redimīta colubras.
Noctifer exit hians: qui quamuis vulnera flāmas
Iurgia sæuus amet: non hos in tartara vellet
Ire lupos populi sine toto sanguine sacri.
Et per quem membris nata est discordia nostris
Non bene sedatā paccavit dennaba rixam:
Discordesq; vnit comites: cæcūq; furorem
Dispulit: & sceleris rabiem: nondūq; necatos
In pueros dextras transfuertit cædis amīcas.
Interea nimio pueri vagientis amore
Secum rhenus obit: tandemq; hæc turbidus in fit.
Me ne valere casa puerum inuenire misella
Qui loca cæca: vias fumose sedis opacas
Pertransire queo: percusso & luce barathro
Trilinguem dira tractum reuocare catena
Ad superos: quo cæce lates: prohibete sorores
Hoc scelus: est clausus: ot cæsis millibus vnus
Liber. in ista furens cellas penetrabat in omnes
Nec secreta timens in honesta cuspide cæcam
Tentat anum: quæ tam fuis veterana querellis
Non habet: vt plangat lachrymas: sed muta latensq;
Suspirat plagas laceratq; plæbis iniquas.

Socij ex antiq;
scelere.

Aliquoties hoc
fit p diabolū.
Dennaba. iudi
cisi ferēs vel iu-
diciū afferēs.

Nota carnificis
superbiam.

Liber duodecimus.

Fo. lxxxix.

Vt vero erratas incassum rauola turbas
Aspicit. hæc. illam focū torquete beatam
Quæ nuper tales geminabat gloria voces
Vel victura polos recitatis dotibus altos
Tempore quo tristes dolor est & plaga per omnes
Non nisi per nato cantabat sola direptos.
Apta nimis proli est: sterilem se clamat: alendum
Vere habet ipsa virum: comites aptate flagellum:
Hanc torquete pares: pueros dabit illa latentes.
Dixerat in raptam tormenta horrentia lyram
Apparat. en longis exquirat viscera tauris
Sæpe potens natum: crudescens murmure lorum
Incitat: infando nigrescit pectus ab ictu
Turpiter: & misere tumuerunt verberare mammae.
Voto vbi forte datum sensis quadrare flagellum
Vtq; per impulsum tremuerunt viscera vastum
Lori tenens istis inculcat gaudia verbis.
Funde inimica tuos ne claudas pectore natos
Funde inimi. totūq; incuruat corpus ob ictum.
Post hæc petra calens pedibus substracta: dolores
O rabidos: iterum languens renouata: nec inde
Illicitū tostas carbonem dicere plantas.
Protinus ex altis innexo pollice tectis
Mittitur vt digitis penderet corpus ab actis:
Ossa tremunt: pudent dissūctaq; membra retortis
Artubus: hi mortem viui subiere furentem.
Vmbilicū vermīs corrodit pressus: acer bam
Excavat atq; viam quam postquam morsibus atris
Obtinet: inuisasq; explorat carne latebras:
Testatur vacuamq; ex nato & sanguine lyram.
Tunc vnda horribiles scorata per ora liquores
Obdidit: effuso subducto ac guttura ponto
Saucia sunt: crudis totum os in vulnera plagis
Rumpitur: & vincit restabat iure cerebri.
Turpe nimis. grandem sed quis vicissit amorem
Tortor: lyra modis lacerata immotaq; tantis
Perfistit: non fassa suum: vicitq; cruentum
Torquentem gladiis monstrū mirabile cunctis.
Sed miserum quem fata vocant. matrēq; misellā
Quæ videt acceptæ fructū se perdere plagę

Dec. lxxxix.

Torquet mat.

Tortorum
genera.

Inimi. rupit &
bum passio se-
uientis.

Elit materna
pietas tortorū
rabiem.

Exit matris
miserabilis.



Thalichristia

En puer ingeminat votum irreparabile: tuncq;
Discreuere sonus: quo sint ex tegmine: fures
Accurrunt omnes ira volitante furentes
Confremitu ingenti: ceu visa in colla molossi
Annatis extremas tunc cū superambulat vndas.
Incumbunt prædæq; seras non protinus arcae
Exoluisse valent: siccis vigilantibus hærent
Dirius ad clauos: interna & parte retortos
Agnosunt gladii: cū iam sine cuspe sæui.
Et ne longa viri traherentur in oia: magnis
Mittitur arca focis toto cum pondere. iamq;
Flamma veterosum veloci turbine lignum
Dulcis edit: tabule rugiunt: vectesq; liquecunt
Ah miser! infantis tenera quid carne: puer quid
Quid tibi cum crudū lambebat flamma metallū?
Ardescunt carnes: torrentur & ossa: fluenti
Viscera aperta focis stillabant sanguine diris
Protinus arfuro: visu miserabile. iamq;
Fama sonat totas pueros latuisse per arcas
Innumeros: pauidis fortescit rixa casellis:
Præco terenda iubet domibus secreta cruentis
Anfractusq; senes: & cuncta latentia: testos
Inde locos intrant: nulla inuolata: retentant
Et cameras omnes inimico fulmine: clausos
Dumq; petunt pueros: nummos rapuere subactos
Clauibus in multis: vnaq; cupedine plenis
Vnguibus insistūt: gemmasq; aurūq; recondunt
Pectoribus: socios nolunt: aliasq; remittunt
In latebras: fur atq; parem taxabat inertes
Immunes scelerisq; manus sopitaq; tela
Et sic diuitiis soli incubuere repertis
Seq; putant sanctos nec diuis pectore primos
Concessere locos: medio quod sanguinis æstu
Nummi amor ardentem superasset cædis amorem.
Abstulerat sylvas argenti pondera magni:
Tecta sago in campos que dum referebat: operto
Vel tumulanda solo sceleris dux creuit: & illum
Aspicit vt curuum: & prægnanti tegmine flexum
Sub sagulo infantem putat asportare potentem
Ex præcio matris subtractum funere. dumq;

Eremat puer
in arca.

Fictio iucundissi
ma & vero similis.

Liber duodecimus.

Fo. xc.

Cogitat: extremas in tergum colligit iras
Ensis: eumq; ferit: bullataq; furta resoluit.
Vincla terens: iacto numerosa pecunia ferro.
Spargitur: & partes diffusa est gaza per omnes
Vestibuli: cunctis pro mira nouissima sæclis
Non aspecta quidem: non aspicienda beatum
Spreuere bonum nulla non arte pettum
Non erat argenti sitiens quin sanguinis ollas
Plus sitienter amet: nummos tempisse decoros
Nunc homines didicere prius: spreuere patientes
Diuitias: currunt: dira ambitione necandos
Exquirunt pueros rugienti cuspe: nonq;
Suspendunt gladios nummi ratione legendi.
Mira: cano. ingentes auri calcare nitores
In facinus cultri nunc nunc didicere parati:
Vilescunt gemmæ: plus est in corpore fracto
Candoris: summum nunc sanguine vilis aurum.
Prælia: vincla: neces: solo nascuntur ab auro
Iurgia: mors: ferrum: perq; aurum sanguis amicū
Funditur: & summum nunc sanguine vilis aurū
Cælica nunc medio nascuntur sydera ponto.
Arida nunc pisces pariat: formica leones:
Musca canes: clarum diffuscet noctua phœbum.
Vertitur interea sternaci cuspe totum
Quod superest: nulliq; manus dirissima morti
Parcit: & horrendis quæ sita est sæpius hastis
Libera tergendum diuino sanguine limbum
Quæ colit: & roseo mens est aptissima regno.
Sed furias opplere libet: frustra q; necatos
Sepe necant pueros: quod summi criminis esset
Non nisi summa lues: nec qui fert crimine nullū
Duceret ense modum: iuuenis si quisq; mouebat
Carne reluctantes animos quod labra negarent
Mentis iter: factos vlciscens turbine motus
Raptor adest: iugulatq; virū: faturq; secundus
Num foret antheus patria tellure leuandus?
Illic ardentes alieno fulmine matres
Cernere erat. properis mortentia membra lacertis
Arripere neci. iustoq; urgente furore
Instar tigris erant. nec maior traditur vlli

Redit ad histo-
riam.



Nota.

Lege Plinius.

Anulo flumi? e.
lege Plin. de ele
phantib?.

Thalichristæ

Impetus orbata victura prole leenę.
Namq; ferunt solidas spectato funere vires:
Nec ravidam metuere manū: cultroq; paratos
Detinere suos: sæuo has incensa furore
Vis agitat: dirę sed plura in vulnera dextra
Inferiunt: puerosq; amplexis matribus actos
Ense secant nostro superis contendere ferro
Quid iuuat: ipsa manent permiffę fata ruina
Immutanda ruunt peiori ex vulnere caesa
Corpora maternos citius truncata per ausus.
Nec raptor facit inde minus: nec vincere ferrum
Fœmineę valere manus. lassataq; blandas
Vertit in arma preces: sed non quod flectere possit
Infernos pietate viros quę inuertere tigres
Aut mulier libykos poterat captiua leones:
Hos domuisse nequit. medīs in dentibus omnes
Horrendū fremuere canes. iam puluere limus
Sanguis erat: lassosq; fluens mucrone tepentem
Intrat humū: irataq; abscondit crimina terra.
Iamq; satis gladii perfuncti munere sæui
Ignauam fecere luem: iam segnīs in ipsa
Mucro nimis lassos frustabat clade lacertos.
Tunc enses posuere feros: hebetataq; damnant
Tela furens rigido cęsor tunc vulnera morfu
Inchoat: & dentes acuunt ad membra minori
Non rabie frontem qua limant cautibus altam
Qui male purgandas anulo læsere cateruas.
Aggrauat en pueros crudelis morsus: & imīs
Ossibus horrificos suxerunt guttura neruos.
Intumere omnes penitus: pressusq; grauescit
Dente puer: crassas turbato sanguine venas
Ictus agit: maculis deformia corpora nigris
Carne fugant acies tumida: visusq; dedere
Monstrificos. nunquā tā sæuo pectore visum est
Lestrigonas diris hominem sorbere sub antris.
Qualiter auratę mutabat fercula mensę
Æticus omniuro diuersaq; poma palato
Nunc lanio viam formans inducit ad escam:
Permutatq; dapes. hic durū pectoris: ambas
Ille petitq; manus: captiq; hic figitur omni.

Liber duodecimus.

Fo. xci.

Mandit & ille genas. hic totā currit ad aluum.
Ille furens labris refecabat crura proteruis.
Vtq; duces epulas gustato felle decoras
Proicere cibum reuomentes turpiter actū:
Euomit hic crudos: medio de gutturi artus
Ambefasq; manus: fœdataq; viscera iecit
Ad saturus sanien: quę viua ex dente remansit
Mens calcata solo lucem exhalauit acerbo.
Proh dolor. hæc scythici renuissent pabula tauri
Magna licet latīs minor est truculentia boīs.
Claudi hanc rumpe feram: solidosq; exclude voratos.
O medici frenate canes: perundite dentes:
Ferte rosam rabidis per eant ne morfa venenis.
Interdū linguis externens rixa superbis
Soluitur: & lacerae duro stridore parentes
Intonere pares. ululat clamoribus aer
Concitus: & moto miscentur murmura cœlo.
Viuis pectus aquis vacuant: ac luce relictę
Mœsticiam dixerunt deo crimenq; seueri
Iudicis esse ferūt: vt in his prudentia custos
Mundi oblita malis: tot primo germine flores
Pescere torriggeros videat non mota iuuenos.
Deblata cœlestes gladiis conquesta fauores
Esse dolens: sic fata. parens si pectore cuncta
Voluis: & in nullos veniūt mortalia casus
Nulla & fata: manens si vna immortalis origo
Causa trahis causas in finem prima secundas
Parce precor pietas: oculis non omnia iustis
Conspicis: aut cæcis versamur casibus. vnde
Vnde nocens crudī grassatur dextra tyranni
In fontesq; premit furis: si lege solutum
Debit esse nefas: iusti moriamur: & ipsum
Sis impune scelus: concurrant crimina: sæuę
Rumpite cuncta manus domino permiffa: merentis
In pœnas tacet ira: ruat de sanguine nostro
Si superest quid cędis. eat. placate tonantem
Taberent: cunctis populus cur peruius hastis
Noster erit: rigidos scelerati experta furores
Antiochi gens ista cadit: quę surgit in istos
Non rabies armata viros: quis vertere nostros

Lege plinius:

Matris damoz

Cœquerit vna
p oibus.

Expresio furo
ris.

Miseranda con
ditio.

Thalichristiæ

Non potuit: fures nos prædam summus ad omnes
 Moabitis æglonus: madian chusauria: seth in
 Triphon & infensis testetur baccides armis
 Gorgias icanorq; & amico lysius auro
 Exposuit: nos signa feris ostensa sagittis
 Eminus: opposito soboles transfixa papyro
 Quam gladii: quam pila petant: insultat vbiq;
 Seruitutis onus: primo & pharaone relicto
 Alter adest: qui membra secet: nec deficit hostis
 Indomitusq; vorans: vno & pereunte reuixit
 Plurimus: vt collo serpens lucratur adempto
 Crescit nostra lues: laqueū quod semper abundet
 Semper erit: pharium cur nostro ex corpore ferrum
 Exuimus: cur non pelagi redeuntibus vndis
 Obruimur: vixisse nocet: meliusq; fuisset
 Ante mori: cur non discussum viscere semen?
 Corda vel extinctis manserūt casta lucernis?
 Dixerat infano cecidit lassata labore:
 Tandem ingrata feris indulget somnia curis,
 Nec minus inuito damnabat sydera somno
 Execrata lupos: ceu non sopita querellas
 Fundit in astra graues: & quanto murmure si non
 Dormiat: iratis vultu præcordia verbis:
 Farfit & ore sonus: nonq; vt secreta reuelet.
 Indiget apposita malefido pectore rana.
 Non minor est aliis gemitus: quæ voce superba
 Sentiuomē distis vrgebant fila superbis
 Ob male pollutam scelerato crimine terram
 Iusticiæ: dirūq; nefas crimenq; vel ipsi
 Obicere polis. dolor improbus omnia credit
 Digna loqui: quando sinat hæc deus horrida iustos
 Monstra pati.
 Res caret exemplo: nam summi exempla furoris
 Hoc dabit hoc scelus: & miseris exempla ruinis
 Hic dabit iste dolor. turba grandæuis in ipsa
 Eleazarus erat: sapiens: ac fortis vt alter
 Qui quondam illicitē subtraxit guttura mensæ
 Venturum metuens iuuenes quod forte sub illo
 Auctore: ob vanas scelerati temporis horas
 Vistura stygio subissent funera claustro;

Idioma cōpa-
ratio.

in moysi tpe

fit abort? scdm
plinius ex lucer-
narū extinctu.

lege plinium.

vt est in macca-
beis.

Liber tertius decimus.

Fo. xxi

Isq; vbi captiuas furiali murmure voces
 Audit: amara dei metuens conuitia noti
 Hæc ait: amentem castigans voce dolorem.
 Finitur liber duodecimus Thalichristiæ.

Argumentū tertii decimi libri Thalichristiæ.

Infontis populi matres quas digna querellis
 Ira mouet: verbisq; piis & pectore sancto
 Solantur. flammis puerorum caesor iniquis
 Exagitatus abicit cineres. describitur orcus
 Tristis: & vmbra septena volumina regni
 Ac redit in patriam genitrix clarissima. natum
 Amittitq; suum: post fletus deniq; longos
 Inuenit in templo victis doctoribus almo.

Liber tertius decimus thalichristiæ.



Orrida nūc pueros nec speret tartara cecos
 Effuso æthereā lucratos sanguine vitā.
 Impia sed matres exurat flamma supbas:
 Flāma superba lacu scelerosi tincta veneni
 Tela colubriferæ nunq; satiāda megeræ
 Nūc nisi: iā vestris cōcurrūt crimina votis.
 Tartara maniorq; gemit? nox ipia: flāme

Solatur eleaza
rus matres in-
nocenti.

Tunc sunt cri-
mina aduorum
dmonis cū sum-
ma sunt crimi-
na.

Ecce cibum: laqueos hæc mitte in pectora cecos
 Nexibus horrendis: crudiq; in faucibus orci
 Ianitor ingratas tua duc in pabula turbas.
 O crudele genus. proh noti dedecus alti.
 Quis probra tanta furor? quis vocem sæuus inanem
 Lætifera: o vanas insana o corda querellas.
 Clamor inique nocens. funestaq; murmura. tantum
 Insanire iuuat: miseris quid profuit ægris
 Blasphemare patrem: viuūq; laceßere nomen?
 Crudelis mater magis: an canis improbus ille:
 Improbus ille necans: crudelis tu quoq; mater
 Altera per stolidos factura es crimina planctus?
 Dirior ipsa magis tenerorum membra virorum
 Si necat hinc rigido lacerauit corpora telo:
 Vos domini effigiem superam: mentisq; decorem

Nota.



Thalichristæ

Uolitis: inq; feras detruditis ilia flamas.
Non venit in mentem cenforem criminis vnum
Esse bonum: vera cernentem condita cura?
Qui pater ipse videt genitis quod conuenit: & quæ
Sunt bona cuncta facit: qui vitam funere condit
Gaudia multa malis optandaq; dona ruinis.
Si gladios morsusq; feros vnguesq; nefandos
Hic finit: illa iuuent: oculis incognita nostris
Munera morte latent. felix quem cladibus vllis
Corripit astra mouens: rapido comissa furore
Tunc delere parat: rapida cum cuspede tentat.
Currere cum campis sceleratum cernit apertis
Dissimulatq; tacens: sceleris nec noxius: illum
Desuper arma manent: viuos habitura furores
Vulnera: tunc nostræ ceciderunt pectore culpæ
Vlciscens duram cū tendit ad intima dextram.
An quia maccabeas crudeli funere dextras
Matre vidente mori flammisq; horrentibus vti
Hic finit: atq; lupos pecus ipsum rumpere seuos
Fert nimium patiens & inania fulmina voluens
Deserit hos: potius foelicia funera foelix
Ipsa parens nimium quæ cæsos cernere natos
Sic potuit non flexa minis: non vulnere: foelix
Tu patiens viuus calida sartagine coctus.
Foelices alix quæ muri culmine longi
Proiectæ horrendo pueris comitantibus istu
Passa salutifero riserunt funera dono.
Vosq; quibus tristem fortunæ temnere noctem
Nunc licet: & gratos animo patiente labores
Astra per alta vehi: viuacq; in federe poni.
Quis dolor est mortis: si mors est plena quiescens
Et secura dies: iterumq; iterumq; necati
Euasere mori: mediaq; in morte teneri?
Quis dolor hic matres: merito crudelia fusi
Sanguinis ornatū ridebunt tartara necti:
Fas quibus æternæ gaudientia tempora vitæ
Expectare bonis promissaq; præmia cunctis.
Nos viuū morimur potius: qui vulnera semper
Cernimus: & diras suspecti temporis horas.
Quis dolor: infanæ quæ tanta licentia mentis

Nota.
Confirmatio p
exemplum.

Liber tertius dectimus.

Fo. xciii.

Insidias: fraudes: mundi q; pericula nostis
Ah gaudete malis soboles quia cessit ab istis.
Quis furor hic: notum est miserranda peste solutam
Progeniem: noto debebat funera mundo
Hæc patitur: primisq; expectat sydera: quando
Occidit ante diem: si longa his vita maneret
Forte sub infernis paterentur verbera filius.
Quippe sator nondum maturam colligit vnam
Impia furta timens. primo sint sanguine cæsi
Dicetis nati: sed cur moriantur inulti
Heu finite hæc. primi viuūt lex aspera veri
Facta nefanda notans: dirisq; accincta flagellis
Tempus in omne furens obuersaq; fila rependens
Dura irata minax reticet si: fulmina seruans
Non minor: illa parat quæ nos non cernimus: illa
Scit bene cum diri conculcet cornua tauri.
Quamuis funesti letetur sorte triumphis:
Non impune scelus taxandum iudice: nobis
Nec datur hic nosci sapiens: huiusq; videri
Non potuere vie per tecta arcana remote.
Sed cum longa feri faciunt curuamina parthi
Flectentes versum suspensis quercubus arcum:
Quum plus flexa manent lætalia brachia multas
Et traxere moras: plumamq; in terga renixam
Vi maiore ferit: maioraq; tegmina frangit
Missæ sagitta volans chalybem fractura. sed ipse
Conditor ipse potens non semper sæua remittens
Cuius corda latent homines: fata abdita cuius
Indagare nefas miserorum pectore condas
Læticiam: & rabidos inimici spernere morsus
Da pater atq; mali nebulas dirumpere læti
Interea herodes furis agtatus iniquis
Ob morbum: & missas cœlesti iudice flammis
Temporis a diro septena volumina ferro
Transierat sæuis adiungens crimina factis
En neq; iam dignum pietas amplexa rigorem
Detinuisse valet. iam iusta potentia: crimen
Dissimulare nequit: rabidis infesta sagittis
Mors venit: hæc animos expectat sola superbos.
Ecce herodes obit: luiturus crimina fusi

Nota.

Mors herodis
crudelissima.



Descriptio tar-
tari.

Primus infer-
ni circulus.

Thalichristiæ

Sanguinis in silvas ruit irrediturus aeternas.
Est ante ora ferè sinuosus flexibus orci
Orbifer introitus: primoq; in limine vastus
Semper in ima cadens.
Itur ab hoc laceri per multa foramina regni
Præcipue septena tamen: quis virus inherens
Incubat & nigrae fixere cubilia flammæ.
Ergo vbi verba ferè soluuntur membra tyranni:
Terrificis oculis sufflanti concitus ira
Vltor adest: animamq; rapit: nexiq; coerces
Vnguibus ora furens: lanatis dentibus horrens
Detentisq; focis impulsosq; otior euro
Turbinis instar hians nebulas & pondera laxans
Aduenit: & charam deuouit limine prædam
Inferno. vt primis patuerunt guttura rostris
Conclusura lupum viuosq; in carcere pressas
Conteritura manus: stat ingens turba siletq;
Horrida pigra facens antiquo in condita cæno.
Hic sunt qui nitidi temnentes nomina regni
Mentifraga dulces arcebant carne labores.
Quis vigilare dolor: promissum soluere: quisq;
Non pecudes curæ: nec atra in nocte receptæ
Fortiter. hic molles qui tædis debita sumptis
Iussa negant. & qui nullis in tempora factis
Amisere dei. qui cæcis pabula votis
Attraxere feras nutriuntq; in corde fauillas.
Quiq; valens viridis pecori non dissonus atro
Haud sequitur castæ mercedis dona: sed vnum
Hocerat in votis vel nullam cernere lucem.
Quiq; rudes nullo superum feruore petebant
Munera: qui sanctis meditati crimina templis
Incautum aspectas opplerunt vocibus aras.
Immemores sponte & verecundi criminis: illi:
Quiq; profunda sacro cingentes mœnia gyro
Principis cecidere bonis. primoq; sub ittu
Elumbes visæ laxarunt ora procellæ.
Et qui non (sæuo blanditæ carnis amore)
Quæ valet illa facit: qui duro limine sistit:
Instabilisq; labat. qui longo perdidit vsu
Fortia membra facens mensis in turpibus: vt nec

Liber tertius decimus.

Fo. xciii.

Sit sibi: nec paruum valeat sufferre laborem
Qui & vecors duro ne infestet corpora bello
Cespitat: atq; artes exercet patre minores.
Quiq; diu refides depressis sensibus altum
Despexere bonum langoris pondere: quiq;
Fastidit gustus supremi syderis actos.
Quiq; potens aliquis primis impulsibus hærens
Audet adire nihil communiti lumine visum
Contremat atq; bonum. primo hæc ignaua sub antro
Agmina mœsta dolent: & iniquo in gurgite semper
Mersa extorta fluunt: & iam sua pectora noscunt
Possè horrenda pati. crudelia vulnera primi
Carceris ipse vrsus grauiori clade terendus
Hæc velit admergi. tamen in breuiora secundi
Mittitur antra loci gemitu furiosus inani.
Illic qui mensis laxarunt pectora longis.
Qui sine lege vorans hoc totum conuenit ipsa
Quod capit alius ait: geminataq; pocula poscit:
Nec satis iusta prius quæ sæpe absorpta: sed ecce
Iam simulata fames: iterumq; epulisq; remotis
Vix bene mensa redit. qui flammea lumina voluit
Cassa mero immundis eneruans robora somnis:
Tempora qui ob miserum violabant festa palatum:
Iussa ve per dignam facientes irrita causam
Carnibus æquoreos iunxere ad fercula succos
Turpiter & fractum fecerunt pascua lectum
Quiq; ad plena feram genuerunt pocula flammam:
Aut sumpsere datum superantia fercula censum.
Hæc tamen & sæuus pertransit monstra tyrannus
Crinibus effusis: flamma cruciante retortis
Vnguibus horrendum blasphemans numina præceps
Tertia per rabidis depellitur antra colubris.
Hic & acerba dolent: ardenti & sulphure feruent
Ante ii quos voto cruciabat flamma ferino:
Quos in brutales per dira incendia mores
Præcipitat pudibunda venus: limosq; sub atro
Iam facit esse suos. thalamis qui debita sanctis
Corpora non parue macularunt sanguine culpæ.
Qui sibi nulla negant: qui duplex factus adulter
Virginis ora rapit: qui incautam fraude reducit:

Secundus infer-
ni circulus.

Tertius infer-
ni circulus.



Thalichristia

Delusamve sonat: qui nex o in sanguine labem
Ingerit: & sanctas incessat crimine leges
Et qui sacrilegos aeterno sydere neruos
Polluit inferno compulsus turbine: quicq;
Mixa peregrinis mutauit semina formis.
Qui propria miseras delusit carne querellas.
Hic gomorra furens: hic sexum foemina noscens
Seua vel indigno demulgens pocula vaso.
Turpia qui tetrís inquirunt dogmata culpís:
Hic simul atq; loci nigrales mœnia sancti
Dira venerandis traxere iugalia templis.
Quicq; quod intus lucretur pondera flammæ
Pectora mortifero longe spaciosa teatro
Voluit amans: & qui gaudenti voce benignū
Cantat amoris onus: qui flauę grata puellæ
Colla sub arfuris reminiscitur impia venis.
Quæ pomposa nocens & romam fraudibus implēs
Cæca colorato captauit lumina rostro:
Selegit atq; locos impura ad compita claros:
Vnde venenatis prosternat corda sagittis:
Corpus vt arte gerens: nudataq; pectora cūctis
Aspicenda foris: in honestaq; verba requirens
Vnde paret fraudes. teneris quæ viscera mordens
Nutibus ad longas insedit grata fabellas.
Hic simul & seuis: refouent qui sensibus ignes
Qui facta in placido prouoluunt crimina sensu.
Hic vel mundus erat: nec toto deficit orbe
Gens inimica deis.
Parua tamen tantę licet hæc ingentia culpæ
Verbera sunt: taurūq; excepit virus iniquum
Interius crucians. quartusq; hunc circulus. in quo
Gens fremit & vario diuertitur acta tumultu
Cæruleosq; sinus inflatam sanguine frontem
Quassat: & horrisonos immittit ad ilia morsus.
Hic sunt qui rabidis scelerato pectore linguis
Tristitiam petere deis: nodosq; beatos
Nolle sequi clamant: susceptaq; munera mœsto
Tempore nulla tonant: horrendaq; verba volutant
More nouo & tortis accusant sydera labris.
Et qui non proprio venientia tempora campo

Quartus infer-
ni circulus.

Liber tertius decimus.

Fo. xcv.

Apta fatis: fufum vel sicca incendia pontum
Dammauere nimis: qui cunctę funera troiæ
Optat: & euerso mœrorem cladis amico
Mente petit: priscæq; incestat murmure famam.
Qui non posse dolent. subitam qui damna per fram
Intulit vlla fremens: qui telo motus iniquo
Percutit & sæuam satiauit sanguine rixam.
Mendaciq; sator qui aduerso murmure nunquã
Vera probans tumuit bullato pectore: quicq;
Omnibus hostis adest animo diuisus acerbo.
Quicq; sub admotis facturis prælia sacris
In nulla ex diris cesserunt fœdera votis.
Quicq; beata bonæ patitur cum verbera causæ
Se meruisse negat: diuinæq; munera damnat:
Conqueritur nimiumq; dolet: nec iusta recenset
Vulnera sed rapido plagam indignante furore
Dat maledicta pio nondum pro crimine moto.
Quicq; manu sancti moderantes iura flagelli
Non ferulis habuere modū.
Non tenet hic gressum furiasq; præuertitur istas
Inferiora petens: rixaq; superbus in atra:
Corruit in quintum feruentia viscera claustrum
Quo videt exesa: flammis quassata ferinis
Tergoribus restricta tamen ceu cœrulea quondam
Lumina per totos voluebant faucia mundos
Insidiosa auro nummos raptura celeno.
Hic sunt quos dirę sitibunda cupedia gaze
Solicitabat: hians quos cæco mammona voto
Impulit in raptas quocūq; ex crimine gemmas.
Aurea qui scythici quæsiisset viscera ponti
Martia qui pulso disfrangere templa metello
Fereq; cum gryphis optaret prælia parcis.
Qui patitur clausam crudeli pectore dextram:
Contemnitiq; pares: & pignora summa: precesq;
Pauperis: & nudis crepitan tia frigora membris.
Qui pietate filet: mundano factus honore
Prodigus illicitis qui perderet omnia votis.
Qui sibi semper hiat: peregrinaq; testa retentat
Pestis amore sacre: qui somni nocte dieq;
Indigus alta petit diffracto & corde requirit

Quintus infer-
ni circulus.



Pectora. i. con
silia.

Thalichristia

Quæ cum inuenta feris intrudat lætifera arcis
Nec præstanda sibi. proh mens temeraria. cæcum
Non impune nefas: hoc quod male quærit & ipsi
Iam meritū passim mercede laboris in ipsam
Communicare negat: simul hīs in vallibus atram
Per nebulam piceæ torquentur pondere saxi
Qui sua non notis tribuerūt pectora causis
Longa per iniustam poscentes præmia chartam.
Quiq; fauent nugis turpiq; cupidine leges
Semilegisse parant: alio quas crimine vendant:
Quos premit anxietas quærendi plurima: quosq;
Efficit oblitos gazæ melioris inertes
Sæuus amor panis alienaq; rura lacertis
Qui premit. iniustus qui dat fundamina bellis.
Qui sua subiectis metuendi iura colonis
Congeminant: fictisq; ingentia pondera causis
Excitant blandaq; iram signante loquella
Demisere preces humili sub voce minaces.
Qui famulis vetuere bonū: nec vendere quæquam
Se vendente sinunt: alienaq; vasa recondunt.
Hicq; ferens tacitam per clausa foramina dextram:
Et quicūq; feris imponit tegmina furtis.
Hic qui vera terunt: nugis dant præmia: quicq;
Erexere dolos fucatis vocibus actos
Hic iudex recti fracturus lora theatri
Munera cæca ferens vel signis munera poscens
Mutatura sinus donorum pondere pressos.
Et qui per vilem terrenæ fecis amorem
Vota fidemq; terit: cælorum & pignora frangit:
Irridetq; sacris. qui sæua & scœnora miris
Facta tulere modis ipsis inimica resectis.
Et qui de templo proh magnū dedecus alto
Aere parata trahunt: sacratave munera vendūt.
Hos tamen ipse lupus maïora ad vincula trahendus
Deserit: & sexti subicitur intima gyri
Claustra: cruentati compulsus cuspide teli:
Non secus ac alto forma irradiantis olympo
Ignis in æquoreas veniat sessura cavernas.
Sensibus q̄sa feris illic gens anxia curis

Sext^o inferni
circulus.

Liber tertius decimus.

Fo. xcvi.

Gens miseranda ruens ad fecem criminis horrens
Quæ sibi dira hostis: corrosaq; moribus atris
Corde videns alios vel nullo turbine læsos.
O rabidam vulgi faciem: tot funera secum
Fert quot grata videt.
Hic sunt qui rabidis exoptant plena periclis
Tempora: vicinos & tela furentia casus
Quiq; aliquod seuo caput in superabile mundo
Ob virtutis opes: tristatur cernere: quicq;
Crimina vidit orans: venturaq; fulmina pensans
Aut quæquam rigidi subiturum vincula barathri
Gaudens vulnus alit. qui vera in dicta refurgit
Atq; annosa malis imponit robora nugis.
Quiq; diem propriis efflauit morte lacertis
Quiq; ferus rabiem venas liuore perustas
Contegit: & gladio subtexit fumus operto.
Quiq; bonis rugiens aliorum murmurat: vllas
Obstrepit aut maculas: laudandaq; facta fuisse
Facta metu: vel vi: vel vano plæbis amore.
Hic residens celsa latialis iuppiter alba:
Neptunusq; tridens: & mars & phœbus & hic qui
Ora ferox sicule laxabat mulciber ætne.
Hic iacere illi summæ qui sedis inani
Inuidia peperere dolos: ostentaq; cæcos
Delusura viros.
Parua erat hæc etiam temulentum sanguinis illū
Nox & amara magis: maïoraq; vulnera debent
Hunc lacerare canem sæuum canis iste furorem
Exuperat: dignoq; locus pro carcere nullus
Huic satis. inferius furis violentibus actus
Mittitur inferni quamuis & rixa barathri
Anxia terrificos extollat ad æthera planctus:
Nunquam audita fero reuomebat murmura claustro
Iste diem damnans qua lucem creuerit. illic
Gens tremebunda gemens laceris suspena capillis
Intonat: & vitia blasphemat sydera: flamma.
Hic sunt o proceres animo quicūq; superbo
Despiciunt alios: & se meruisse putantes
Summa: inimica petunt & plura ad plurima poscunt.

Septim^o inferni
circulus.



Thalichristiae

Corda inflante tumens qui vano nominis estur
Concutitur: semperq; furit: vel caetera sorpsit
Ora loquens fufisq; irascitur arte querellis.
Qui secum vanis gratatur sensibus: & qui
Glorifico proprias extollit pectore vires:
Mente tumens: misso caelesti munere dono
Corpora pulchra videns: aciem dulcedine voluens
Robora regna domos: & nomen sanguinis amplas
Diuitias: gracilem populi metuentis honorem
Quod sit optimus: ouans: ipsoq; nerone secundos
Flectere possit auos: fabios crassosq; metellos
Quod regere. & moto valeant sua vota teatro
Pectora plena trahit: pomposaq; lumina uoluit
Excessura finis: nec iam sub pectore toto
Digna capi.
Illeq; cui nihilum delectant summa: sed ecce
Gratus inops falsi despexit pignora mundi:
Gaudet & ad trepidos exaltat corda manipulos
Apta pati: & rapide spernentia tela ruinae
Pandit & in cunctis quae sit sua gloria campis
Extra ambire nihil dominum se cordis: & ipsum
Esse sibi: & solam virtutem querere: quae sint
Vera licet: resonat: quod cautes nomine frangat.
Et qui cum diri perfrerit arma tyranni
Secum inflata canit: diuinaq; praemia poscit.
Qui cupit in seros maneant se facta nepotes
Vnde vel aeternae pinguescat nomine fame.
Omnibus inq; bonis minimus cupiensq; videt
Magnus & inflexo stupidis veneranda cucullo
Contegit ora rubens: hoc terras numine complens
Quod nunquam nostro vomuisset paulus in quo.
Qui aggreditur propriis matora cacumina neruis
Astra polosq; petens: & summi clausa magistri
Mente arcana notans: ignotaq; culmina pensans
Solicitus caeco perquirat lumina rostro.
Vllaq; qui summae sortitus munera dextre
Ingratus domini tenuit quo cuncta superni
Facta silet: laudans se: partu munus ab ipso
Credidit esse bonu: vel vi: vel sensibus actum.
Quiq; accepta dei cognoscens sumpta beati

Liber tertius decimus.

Fo. xcvi.

Dona: fuisse putat merito virtutis & alti
Pectoris esse deum reddenda in praemia motum:
Esse refertq; alios defectu cordis egenos
Ac supera propriis vacuos pinguedine culpis.
Quiq; horrenda ferae nutriunt certamina pugnae
Vocibus innumeris furioso & pectoris aestu
Se super astra trahunt: alienaq; dicta refellunt:
Qui facit & leges: vulgo quod solus in omni
Discrepet ab aliis nunc mira tegmine formae
Vtitur in vestes: nunc tortis tempora barbibus
Obtegit: & toto mores imponere mundo
Audet & ingentes dicta euersura catones.
Sunt alii plures. haec labis mater. in ipsa
Sede fouet maculas vesana superbia cunctas.
Deniq; in hoc miseri rabioso carcere pressi
Vita virgente dolent: qui puris sensibus vnum
Non coluere deum: qui verus: trinus & vnus
Infraudandus adest: oculos in crimina voluens
Caeca palestinae quatiens hastilia palmae:
Praemia pro cunctis exoluet debita factis.
Hic ipsa stygiae penetrat in nocte gehennae
Est locus aeternae per torua incendia flammae
Vstus: acerba vomens: strepitum crepitante refundens
Sulphure: & hunc rigidis viuaci funere poenis
Morte herodes habet moriens: hunc semper habebit
In poenam viuens: caecosq; miserimus omnes
Admonet: vt nullis admittant turpia regnis.
Ergo vbi terrificum rapuit mors iusta tyrannum.
Nuncius e magno factum delapsus olympo
Significat: castumq; hortatur voce maritum
In patriam repedare suam: matremq; decoram
Et puerum: in sanctae deducat limina terrae
Libera iam gladiis: pueris orbata peremptis.
Protinus ille parat superi mandata: reducens
Cum matre infantem venerandae virginis. esset
Quis tibi virgo comes? comitem intemerata dedisses
Metibi. quid? dictis stupuerunt corda superbis.
Da dominam seruo: da lucem cernere factio
In tenebras: da lucis opem: quae candida lucem
Es enixa: sacrae redeuntem cerneret vrbi

In acrozi pe-
nari loco hero-
des cruciatur.

Apparet ange-
lus ioseph hor-
taturq; vt rede-
at in patriam.

Redit maria in
patriam.



Thalichristiæ

Quis te virgo parens? raptis mea sensibus hærens
Lingua filet. quæ nam diui mihi pandite quænam
Virgo sit ista: venit pedibus: lassata recumbit
Sæpe solo: caret atq; cibo pauperula: quænam
Ista: parens domini: quæ & virgo & nupta superni
Quæ regina chori: quæ lætis præsidet aruis:
Diues opima: legens oculis candentia gratis
Numina supremum replentia numina votum.
Non satis ista quidem: cupiebam cernere: quænam
Virgo sit ista parens? fert ignes lumina: qua tot
Totq; aduersa sibi non sunt contraria. diues
Pauper: virgo parens: regina extorris: abundans
Et sitiens: quis te meruisset cernere: quis te
Cerneret? o magnam. non sunt mihi pectora quæ se
Te capiant: qua luce venis? quo nectare fundis
Verba quibus teneri mulcebas pectora natis?
Quis decor in labris? manibus quæ gratia? quisnam
Fronte color? quæ flamma genis: quæ flamma capillis?
Luminibus quot castra micant cœlestia? quanta est
Lux animi? qui mentis odor? quæ cætera: multis
Cespitat in labris mens digne exterrita: cæcam
Pectus habet noctem: lux veri incognita. saltem
Da mihi te dominam vel pura mente videndam.
Ergo venit non visa mihi: non cognita: solum
Hoc scio: virgo venit. quæ virgo hæc? vnica. summi
Regis amica potens: cuius sic filia virgo est:
Vt sit vera parens: infecta peste iacentes
Per quam natus oues mundauit sanguine: per quam
Est via. vita. quies. migranti semine per quam
Expulit horrentem calcator funeris hostem.
Limina iam patriæ genitrix intrauerat: utq;
Audist herodis quod regnat natus iniqui
Pertinuit: castus dominæ vir virginis: atq;
Admonitus somno linguis vigilantibus: iust
In partes galilea tuas: vbi mater & ipse
Filius æterni: sed fabri ex semine mundo
Creditus occultis & adhuc inglorius armis
Sub nazarethi vixerunt tegmine muri.
Ecce puer sancto crescebat corpore: semper
Fortescit sapiens: doctus sibi doctor. & ipso

Crescit christus

Liber tertius decimus.

Fo. xcviii.

Gratia semper erat domini suprema: nec vlli
Hæc miranda sonent. ipse omnis gratia cum quo
Vnus homo christus non verso in numine carnem
Sumpta huic carne tamen: qua dictum est crescere: quæq;
Lumen habere dei. tenet hoc in corpore quid quid
Nunc habet ipse nouum. nonq; vlla est rege superno
Mobilitas. manet ipse potens ceu semper: vt ante
Nunc quoq; summus adest: nec vires carne minores
Quam sine carne tulit. viuunt: stant fixa per omnes
Immutata dies æternaq; numina: nec quid
Nunc homo factus habet: quod non sine carne teneret:
Corpus habetq; nouum: quod non habet ante: sed ipse
Non numen carni miscetur: corpus at illi
Iungitur: assumptaq; est vera essentia carnis:
Et non confusum suscepto corpore verbum.
Iamq; decemq; duos dominus compleuerat annos
Corporis: vt dictum est crescit mortalis ab ipsa
Carne: per ætatem quæ fecerit ante priorem
Nec sentire queo: credendum est maxima semper
Infantem miris ostendere numina factis:
Qui facit alta deus non est minor ante: sed omni
Tempore plenus adest: perfecto numine sistens
Non minus in teneris non plus valet ipse sub annis
Grandibus. ingentes puerum non pandere vires
Hæc vel causa fuit: cunctis ne ignota cateruis
Visa potens virtus christi iuuenescq; senescq;
Efficeret dubios in cædis tempore: carnem
Et phantasma putent pueri lactentis: vt illum
Aspiciant veteres superantem viribus omnes
Miraq; non alio facientem cognita mundo:
Cum nondum fortes quæcumq; in fercula dentes:
Ac nondum pueri soleant quæ tempora grati
Sint exempta locis operosi impendere castis.
Ecce patres huius paschali tempore sanctam
Ascendunt urbem: precibus votisq; peractis
Cum redeunt festi seruatis moribus alti
Non comitatur eos & rex filius almæ
Virginis: vrbe manens cæcis qui nexibus omnes
Exoluit: fraudes dirimit qui: fraude parentes
Decipit errantes. puerum non quisq; videndo

n ii

Cur xps in infā
tia nō opar' est
in publicū mira
bilis.

Emittit maria
filium suum.



Plat' virginis
an' q'ru pueri.

Thalichristiæ

Illum cum nota credebat pergere turba.
Alterius socium: taliq; errore per vnum
Lucis iter dulcem vana spes lusit amorem.
Iamq; dies gracilem flectebat fessa soporem:
Iamq; manus magna requierat noctis in vmbra.
Nec requieuit enim genitrix intacta: per omnes
It comites: natumq; gemit: natumq; requirit
Omnibus: amissi nonnumquam nuntia nati
Inuenit inter eos: verbis lachrymantibus illos
Solicitat: chari turbantur murmure noti
Et lachrymis. vidisse negant: dolor altior illam
Excoquit heu semper damnatum est cum certius: illam
Turbat amor triplex. sæpe hos interrogat illos
Sæpe iterumq; petens iterumq; iterumq; requirens
Importuna nimis fuerat venientibus: usq;
Non fuerat visus qui præbet lumina natus.
Quem simulac plæbem nusquam inuenere per omnem:
Adredeunt urbem. quis nunc mea fauciet ignis
Corda premens: quis nam dignas in funera voces
Hæc tua virgo daret: væ. lingua tenacibus hæret
In laqueis stupefacta tremens: nec muta dolore
Vt tua mater erat: sed pondere muta doloris
Virgo tui dubitanter adit: vocemq; refugit.
En redit ad solymos moriens: dignisq; querellis
Quassat iter: callemq; immergit fletibus omnem.
Atq; ait. o tristem deserta o lumina matrem
Perdidimus vitam morimur non: heu mihi. væ mi.
Væ mihi. quid faciam? dolor o dolor exige dignas
Mens lachrymas: oculis nil hic exsoluitur istis.
Perdidimus requiem: gazam: bona cuncta: beantes
Delittas: pacem: supremamq; gaudia: summum
Perdidimusq; deum. lux vera est perdita. væ mi
Perdite nate pater deus o bone perdite: væ: væ:
Væ mihi plaga rigens omnis egressa labores
Atq; neces: morti cesserunt cætera: victi
Te gladit taceant: fumus superauit: & omnes
Iam dolor iste neces. nostrum cur iustus amorem
Despicis: ah talem talem ex te ferre dolorem
Crimine quo merui: ne matrem desere fili:
Si te non colui: si non reuerenter amaui:

Oratio marie
fientis.

Liber tredecimus.

Fo. xcix.

Si puer in nostris fueris non grata lacertis
Sarcina: sol felix oculis te subtrahere nostris.
Est mihi dulce mori: non te sine viuere: sed tu
Pectora scis matris: qui cætera pectora noscis.
Quod potui feci. ne matrem desere fili.
Quo fugis: heu cui me moribundam deseris: istos
Respice nate sinus & iam hæc in flumina verfos.
Cerne pater tristem qui coeli e culmine matrem
Aduenis in terram: crudeles passa labores
Semina tartareo iam cæsa & clausa pheretro
Quod reletus: qui cuncta vides: en respice casum
Matris: & indigni turbatam vulnere teli
Cerne genitricem: si non hac voce doleres:
Respice summe tuam qui curas cætera natam.
Nate quietis opes dare vitam gaudia plenam
Læticiamq; paras ipsis vel hostibus: & me
Deseris oppressam meroris turbine tactam?
Mater homo. curare viros descendis abactos
Pestibus & laqueis & ferro & funere: matrem
Cura hominem: ni matris amor. sat. certa virorum
Est tibi cura parens hominum dulcissime per quem
Factus homo telis saluatur cæsus iniquis.
Cura hominem matrem: morbi nam cætera diri
Corpora non tantum vulnus patiuntur: in illis
Plaga minor nostra est. vitam a te vulgus adeptam
Felicisq; dapes: & regna nitentia poscit.
Vulnera magna quidem: quæ non nisi viribus altis
Aut ope tam magni valeant ex parte mederi.
Nos vitæ auctorem: coeli dominumq; parentem
Luminis: & mecum materno iure ligatum
Poscimus amissum. quæ plaga est altior harum
Scis bene. ingenti precor: o succurre labori.
Me ne fugis sociam quia non sum digna misellam
Tecum stare: pudet dominum te pulueris istam
Ferre casam: & paruas genitricis pauperis æscas:
Contemnisq; deus tam parua cubicula magnus:
At tunc tantus eras: cum nostræ carnis ob imas
Excitus flammis: latebris inclusus habebas
Sume domum paruam: nec tanto principe dignam.
At tunc tantus eras cum nostras suggere mammas



Thalichristia

Dulce erat: & totis lambebas vbera labris.
Magnus eras: parua cum me contentus amica
Pauper sponte potens non parua cubicula temnens
Altiloquis placidam praestabas vocibus aescam.
Quae noua causa pater mutauit numina semper
Immutata? fugis? miseram me mobile nunquam
Numinis esse, domum ne mutes maxime, cuncta
Parua tibi, si magna petis: si digna requiris
Testa tibi tantus: ne expectet machina: dignus
Nullus in orbe locus: nihilum sunt sidera: paruus
Omnis honos domino: ne matrem desere: quando
Parua simul toto quae possis quaerere mundo.
Vae mihi, posse meum non est mihi credere natum
Linquere me: captum forsan tenet alter & ipsum:
Sanguinis alter amans diuini hircanius vndas
Fundere, quis potuit tam dira piacula? quis quis
Quis tibi saeue dedit tenebrosum exire barathrum
Daemon: tartaream qui incendas corde fauillam
Horrentisq; dolos & tela inuisa superbi
Pectoris? est alius dominum qui laedere caecus
Tenter: & immunem premat atro carcere regem
Criminis? heu socio cur non in vulnera nato
Mater adest: natum cur cruda ergastula solum
Excruciant? comes ipsa forem: communia ferrem
Verbera, vae, placido cur non in lumina christo
Fixi: quo solo satiantur pectora viso
Plena: cibosq; trahunt animae: quo cuncta quiescunt
Aspectu, o lachrymis cur non moribunda liquescis
Incustoditum meruisti perdere natum.
Adde quod & laqueis tunc cum caperetur acerbis
Forte vocat matrem te: & te non surda videntem
Clamat: & hei, dulcem geminabat fessus amorem.
Hei mihi quid lachrymis quid nunc reminiscor in istis?
Hei mihi quanta tremo: mundi o constantia magno
Vulnera, vae: primae funesta cacumina noxae
Quae nisi per summum non sunt moritura peremptum.
Heu heu terrifica & mundi ineuitabilis hora
Forte venit: sineon? latebras subitura sepulchri
Hei mihi myrrha magi, lux o mea maxima fili
Deferis & matrem ne funera dira viderem?

Liber tertius decimus.

Foc.

Ne laceram carnem gladios ne in pectore fixos
Infanti & sacras vacuari sanguine fibras
Aspicerem, tantam cur saeuo in tempore curam
Matris habes? tristi crudelia vulnera matris
Dissimulas? aciem tecum moritura subissem:
Et comes in caedem: per tela libentior irem.
Falleris heu (si fas est) vera o sapientia: namq;
Saucia per plures feror en te absente dolores.
Quicquid habet furui rixa immoderabilis orci
Nox, furiae, rabies, vltorum coetus, & horrens
Murmur, torua phalanx & quicquid: tartara quicquid
Poenarum: irarum: gladiatorum: caedis: in vnum
Cuncta puto, in solum conuersa pericula natum
Omnia credit amor: timet & crudelia quotquot
Sunt tormenta: lupos: apros: taurosq; canesq;
Cernimus heu muti incumbentes moribus agni,
Cernimus ora bonae manibus scoriata columbae
Vulturis, heu bibito factatur piscis in hamo
Cuius primaeuis flatus ferebatur in vindis.
Heu miseram, vae, vae, patiaris funera matre
Non praesente? deus cui cuncta potentia vere
Christe potens cohibe tortorum brachia, si te
Funera delectant: sine matrem cernere, vae, vae.
Dic vbi christe lates nam quamquam mortuus esses:
Tempus adest mortis rumpendi vincula: quis te
Detinet horrendo ne surgas victor ab antro?
Tertia lux vidit moerorem matris: & haec haec
Laeticiam videat: promissum est surgere: sicut
Triste mori, & lassus post haec vel talia membris
Postq; pius lachrymas: post longum quaerere: postq;
Congemitus maesti funestaq; verba mariti
Introit in templum: mediaq; in plebe virorum
Prospexit viuum spargentem dogmata natum,
Ipseerat in medio doctorum doctor: & illos
Magna rogans: auditq; docens ingentia pandens
Coeli arcana sacro terrebat caetera verbo
Ora: q; testra patrum reserantem scrinia legum
Quisq; videns toto miratur pectore dicens
Hic vbi tanta puer: studiis tam grandibus aetas
Impar erat, sanctae fert roborata cuncta sophiae

Hora,

Inuenit maria
i templo filium suum.



Thalichristiæ

Hic puer: unde omnes iaculis infirmat acutis?
Unde senes pueri mutescunt vocibus: o non
Credula res vsquam: factum superare videtur
Hoc tam grande fidem: videt hunc cum virgo: pauentem
Fert genitrix faciem: quæ læta exterrita molem
Læticæ sufferre nequit: puerumq; docentem
Audit: vt lætas laxat stupefacta medullas
Pectore turbato: pauet. ardescitq; tuendo.

Illoquitur maria christum.

Respõdet xps.

Maria ait conseruabat omnia verba hæc.

Lumine virtutis. i. ostendit illam esse magis. s. m. iij. dist. xiiij.

Procedit ofo ad sequentia.

Quom primum fas posse loqui. sic inquit ad illum.
Sic bone cur nobis fecisti christe: dolentes
Quærebant te gnate patres. at filius illi
Sic ait. & quid me est quod nunc quæstis? oportet
Quæ sunt cuncta patris simul & sit natus in illis.
Abdita verba quidem: cunctosq; latentia templi
Doctores. virgo ista dei miranda sub ipso
Corde parens claudit quo cætera dicta reponit
Cuncta quibus noscat venient sua tempora: christus
Gratatur patribus. sequiturq; hos deniq; campos
In nazaretheos: placidis & subditus illis
Semper erat. qui cuncta mouet: qui cuncta gubernat:
Arbitrio patrum vixit subiectus: & omni
Tempore pronus erat: maternaq; iussa parabat:
Proficiens semper virtutum lumine: semper
Et sapiens: gratulq; viris: gratulq; superno
Reftori: intactæ recta exemplaria vitæ
Se facit: & cunctis speculum se ponit amandis.
Cum te matre loquens rerum monumenta suarum
Maxima: de factis ac de præsentibus futuris
Tempore. semper erant superis ardoribus ambo
Innecti: semper meditatur grandia: semper?

Finitur liber tredecimus.

Argumentū quattuordecimi libri Thalichristiæ.
Suntq; quaterdecimo solomonis cantica libro
Pastor ouans gratam detinuit amore puellam:
Illa virumq; simul: dominumq; hominemq; tuendo
Caute saper cubuit: mediaq; in voce liquefcit.

Thalichristiæ liber quartus decimus.

Liber quartus decimus.

Fo. cl

INtina per dulces lucrantur gaudia voces
Et pater & natus genitrix & nata: decorum
Quisq; videns alium passis alimenta medullis
Vulnificosq; cibos: diuino visus amore
Semp habet: placido patulq; i carmina vultu

In hoc libro continetur canticum Salomonis translatum ad sensum.

Pastor ouans gratam suspendit voce puellam.
Illa virumq; simul supremi solis amœnos
Ad radios: dominumq; videns hominemq; tuendo
Ardet in instantem: venisq; exaggerat imis
Cantica dulce loquens: socium flexura vocatum
Dulcis amore foci: puræq; cupidine flamme.
Quis mihi de librum referat pendentibus alnum
Virgineas voces & quæ puer ipse canenti
Dat responsa canes: vos docti incendite diu
Cordis iter succurre canens pastorq; deusq;
Sic ille. o coniux oculis gratissima nostris
Desuper ecce tuo descendit visus amore:
Inserere iam roseos nostra hæc in viscera vultus:
Ferq; moras: non me nimium defixa lacefcunt
Lumina. sed radios paritunt prospecta decoros
Hæc terrena licet frigentibus obsita pannis
Pectora pastor adest pecudes visurus inermes.
Plæbs dilecta labat: laqueisq; coercita diris
Esurit. in plenis prohibentur pascua siluis.
Prata negata videns macer est mihi taurus: anhelat
Omne pecus: sitiensq; cadit: nec prodiga tellus
Nostra armenta iuuat. necidas hæc improbus ille
Arentes inter scopulos desertaq; saxa
Includens: tulit vsq; mori. tamen hostis acerbi
Luxuriantur oues: piscosaq; flumina fœdant:
Ingluuiemq; trahunt: reuomuntq; absorta: vomentes
Sæpe bibunt nostris malchon spatietur in agris:
Stat conferre manum: pingues laniare iuuenicos:
Indue tela soror: gladiumq; accingere: cuncti
Pignora turis habes: somnum capiente lycisca
Tecta parata dolis: & lac & caseus iirtæ.
Castanæq; vacant: solito custode: trahemus
Et niueas in castra dapes: & surget ab illis
Summus honos claræ socio victore marite.
Ergo age circeos coniux præuertere saltus:

Inuocat auxiliu angelorum.

Verba sponsæ.



Thalichristice

Infer & hic sensus radiis albensibus actos.
Dixerat: haud paruum modulatus carmine musam.
Illa refert gaudens. nec vox: nec verba: nec vllus
Pulmo dabit resonare meum. delabere. summi
Pectoris ecce domum qua laudibus omnia dignis
Mota sonant: immitte caput. sed nota priusquam
Te fuerim ventura feror. proh magna nitensq;
Sors hominis: renuisse parem: genuisse priorem:
Incubuisse patri: castasq; acendere tædas
In thalamos o nate tuos. effabere quidquid
Esse iubes: saturentur oues: inimica dehiscat
Hybrida: per gladios horrendaq; castra secutus
Pastor erit. rigidis hic obimplet brachia gemmis
Luce sinus iugulo præstatq; monilia charo
Ante neces patrias. o coniugis oscula magni
Sunt quater & sensus nimia dulcedine nostri
Iam suxere duo res qua expectantur & illa
Mox dabit. illa feram fragiles attendite nuptæ
Virginis ora premo: baccho meliora vetusto
Ebriat hic totas solidum pressate puellas:
Nec tantum fuso lætata est lingua lyeo
Edonam ad glaciem: quantum mea guttura succis
Vberibusq; nouis. o corporis inclyta magni
Gloria: membra nitent: vasq; infundit operto
Bisq; oleum tibi nomen amor. quo turba sequentum
Plurima septenis veniens numerabitur astris.
Me simul atq; legens capitis post terga decori
Oro trahas: iuuenis redolent vnguentaq; curram
Octo tenens pressare decem. cellaría coniux
Secretasq; domos noster referauit: vt inde
Balsama chara bibam: quæ soli arcana patebant
Dat mihi: vos famulæ. placidis conspergite lymphis
Corpus: & vsq; caput: si planta est lota: venite
Quæ sibi nota dabit: seruataq; multa licere
Dat mihi: iussit amor. thalamo lætabor opimo
Vbera semper habens labiis trãffixa liquoris
Immemor aut tanti: quem mens cum peruia vero
Diligit acta cibo. ruth ergo accede perosa
Has tenebras quid tesqua colis: sat prata biberunt
Fæcis aquæ antiq; discedit pondera terre.

Her ruth intel
lige populû ge-
tilem.

Liber quartus decimus.

Fo. cii.

Soluite & hanc laquet: finite et migrare solutam
Et variare domos: finite hæc non prisca retondat
Gramina: siste puer: properam nec temne: quod atrum
Limus olet. patiare tuam. si nigra. nitescet
Cum tua signa ferat. communi sanguine lotam
Suscipe. facta comes castrum aspernabitur vstum
Ductoresq; alios nimium post vulnere notos.
Non fugias si fusca iacet: nec digna decoris
Iungere labra genis: hic luminis error adacti.
Aestus adest: vestemq; mouet: perditq; colorem
Flamma rigens. notum est genitricis lege subactam
Fecerit vt campis custodem aeglonus acerbis.
Fratres tela parant iuuenem fractura nepotem
Matris: at hæc patrios maternaq; iura colonos
Deserit: & campos: & flores deserit vstos:
Aduena teq; petit: fugias ne candide pastor
Ipsi te montes ipsa te armenta vocabunt.
Quid tua dona iuuat: si diues sola: puellam
Da comitem nobis: lectoq; admittite sodalem.
Ambæ in pane pares: regisq; intacta simulter
Ibimus. o liceat mecum sibi dulcia poma
Ferre marite parens. quondam miseresce ruenti
Annue prostrata: nunquam nisi magna petenti
Magna dabis. quo sole cubas noctemq; diemq;
Pande domumq; tegens venientem dirige: longis
Cinge comis saturam: valeat ne abiecta vagari
Montibus: & nota venerari arbusta megere.
Dixerat hæc. contux accliuem furrigit aurem
Coniugis ina tuens: mediaq; in voce liquefcens
Hæc sibi lætus ait. fortis tu sola verendæ
Cor mulieris habes. si non tua munera nescis
Neu te pulchra decens ignores: respice claros
Ante dies: totoq; videns sub lumine cernat
Mens tua communes donata ad singula testes:
Respice. me similem retines germana iugalem.
An tua membra vides quis tales prospicit vnquam
Esse genas hominis: auro faciemus opimo.
Murenulas nitidas: alboq; monilia collo
Vermiculata ferres: quæ cuncta exposcis abundans
Hora dabit. geminas soror ipsa in sydera palmas

Aeglon' idem
quod diabolus

Herba sponsi.



Thalchriſtæ

Extulit. & varios effundens voce decores
Sic loquitur. tanto digna o reſponſa marito.
O fortunatam que non mea dona: puellam:
Quis labor: o patulis implere foramina chordis
Si valeat mens iſta pater: ſunguntur in vno
Creditor & ſoluens. non nota in ſede labori
Struxit ſceptra videns: ſolio ſupremus in arcto
Accubitu atq; ſedet: duplicem bona fudit odorem
Nardus: odoriferos & virga in myrrhea ventos
Aſtra ſuperq; tulit. patietur rumpere tactam
Haud equidem: quino ſeruauerit vncta liquore
Membra fauens: quoniam ſuſpenſus ad vbera primus
Eſt mihi dulcis amor: foetusq; vt balfama cypri
In campis engade tuis. tunc paſtor amica
Pulchra modesta decens ſucci balſera beati.
Tunc genitrix. o nate parens: tu pulcher inherens
Cordibus: o quantos expreſſa cubilia flores
Noſtra tenent: & te tibi ſunt conſtata: lacunar
Pinguis odoratae laquearia longa cupreſſi
Vt valeant ſolitæ præſtare intacta venenis
Me tua cura deam: ſi ſum: tua dextra decoram
Inq; nouis florem campis in vallibus imis
Effecereroſam: nulliſq; a ſentibus iſtam.
Hæc probat ipſe placens. nutuq; in flexus obumbrat
Amplexuq; fouet totamq; hæc in ſuper addit.
Eſt operi præcium talem effeciſſe: reſultat
Sat paſtoris opus: teneram preſſare capellam
Quam madidus rigidus hyemi ſubtraxit ad hæbr
Inter amica alias ſpinas velut inter inertes
Lilia: non caſſos cantabitis aſtra labores.
Protinus illa refert. o tu quem flamma pyralis
Enutrit in ſiluas quantum caput extulit altas
Malus aduigenis ornata cacumina natæ
Summe trahis. placida ſœlix requieſcit in vmbra
Pectus: & admiſſo liquuntur poma palato
Dulciter: ad pulchram qua terna triclinia cellam
Sunt reſperſa mero celerem fuſura colorem.
Hic ſimul ac multis in flammæ languida formis
Pectora vertit amor: rapidiſq; hærentia vincis
Impatiensq; moræ: canis liquefacta medullis

Herba ſponſæ.

Herba ſponſæ.

Herba ſponſæ.

Herba ſponſæ.

Herba ſponſæ.

Liber quartus decimus

Fo. ciii.

Ilia ſumma fouet: mentemq; euiferat in ſe
Effigians bibulas peregrino vulnere venas:
Attonitamq; facit cupidis amplexibus: ipſam
Non impune cremans: languentem floribus alnis
Cingite me comites: malo firmata ſubiſſo
Haud ingrata torum: niuei ſub vertice leua
Dextra ſuperq; manet capitis manſura: canebat
Ante diem: meminiffe iuuat: ſub mente futuræ
Regna ſororis habens: quod nunc eſt tempore primo
Ante oculos: nate ſeruato ſemine noſtræ
Per capreas ceruosq; peto: vocemq; ſonoram
Quam rite excultis erupit buccina campis:
Ne ſinite amplexu proturbent veſtra maritæ
Murmura: mandatum promiſſa in ſecula ſomnum
Dormiat ad radios: longoq; intacta cubili
Vtq; libet ſaceat: donec velit ipſa quieſcat.
O comites audite: mei vox ſurgit amati:
Ecce venit ſaliens vepreſq; in montibus vrens
Collibus arma trahens capreæq; ſimillimus albe
Immemor haud partus: lactis candentia preſſi
Cymbia vertit ouans: vtinam non caſſa: profundens
Vina in vtrumq; latus: necceruis diſſonus illis
Quos dedit ante ſuum venturi pignora feſtum
Ecce venit ſaliens. et iam tablinia noſtra
Reſpicit: et clauſis infixit clara fenestris
Lumina. nec vultus oppreſſæ pondere valuæ
Detinere: videt: biforem ſpeculatus ahenam
Cuncta notat: loquiturq; notans: lectoq; puellam
Excitat ad cantus citharæ: quam mentifer olim
Aptarat caſus ſtupidum ſubiturus auernum.
Surgis amica: veni. ſola: o formoſa venito
Surgis amica: veni. domus eſt ornata: fuſurri
Frigoris hora cadit: glacies liquefacta: reſegat
Sol hyemem: nocteſq; ſilent: himbresq; quieti
Verna vere dies: iamq; omnis pullulat arbor
Semina: iam ſiluæ floſcunt ligna ſenate
Lætaq; mensis adeſt fragiles quo dextera thyrfos
Amputet: & nudi dirimant præſegmina rami.
Iam patuere roſe: mundi tam piſtor inermes
Dat nebulas: gelida gratatur noctis in vmbra

Tablinia idem
quod cancelos

Herba ſponſæ.



Tala ros vel
irrozatio.
Taphia claudi
cans: vel claudi
catio.

Meris. nomen
tracti a mero-
re intellige de-
monem.

Herba sponse.

Procurator
moses.

Her allegoria.

Thalichristiæ

Pastor: et in placidum rorantia gramina lectum
Suffecere: sonans hyemis iam signa fugatae
Turtur soligenos meditatur concina versus.
Serpenti infestos effudit vitis odores:
Nulla antiqua placent. solitis exuta cothurnis
Tala taphia veni: videas cum voce sonantem
Precipitare chelyn: sensus amaryllidis omnes
Vox mouet ista. files: sola o formosa moraris
Ante optata nitens nostris lucrata lacertis:
Dulcis amica veni. veniat si bella iuuabunt
Meris: & o nostras expecta in territa pugnas:
Vincet amor. speciosa veni. cur clausa cauernis
Nostra columba iaces: latebras egressa venito.
Brachia prompta vides: facies cur digna sub antris
Aspicienda latet: te solus candida solam
Dulcis amica peto: surrectisq; auribus asto.
Cum mea me videas tute ipsa fatebere manus
Non aliud vidisse bonum: non cernitur absens
Hic loquor. ecca tuas exposcunt pectora voces.
Funde sonos gratos: & dulcia carmina: quando
Melliferos latices verumq; helicon a tulisti
Gratis: & aethereas ante ibis voce coronas.
Auris nostra parat foror ad tua carmina dulces
Ferre cibos gaudens: falso interlecta peribunt:
Artificesq; cadent: saeuas in retia vulpes
Mittite: ne fructus extirpent brachia nostros
Non mea: sed veri pascantur floribus agni.
Dixerat haec nobis: nos illi haec. verba futuri
Temporis ecce valent: & iam praesentia vincla:
Iam puer: et gratis decurrit mamma lacertis.
Succus adestq; genis: promissaq; basia labris.
Procurator abi: iuuenes cubuere recincti
In simul. ecce puer nostra in ter lilia longe
Pascitur: & latris admittit pectore cultus:
Tempus in omne fauens: vicina in tecta reuertit
Te precor o coniux: & aenios circue saltus.
Hei mihi. lastigerum regno altae noctis amatum
Queroq; nec sicco soluens ieiunia phaebo
Ingredior vicos: et lustra incognita currens
Lassa rogo vigiles media sub nocte citatos.

Liber quartus decimus:

Fo. ciiii.

An videre meum: renuunt creuisse: nec unquam.
Membra aspecta canunt in flammis edita nostras.
Temno viros grandes infestaq; tela gerentes
Temno enses: clypeosq; feros: caecosq; per hostes
Dextram ille sa traho: fragilisq; in territa surgo.
Iamq; duces vrbis totosq; incensa furores
Transferam: dulcem liquefacte mentis amorem
Inueni occulto chlamydem mutasse sub antro.
Veste latet facies: facies sed cognita: nosco
Nosco virum: flammis pro flamma est indice nostris.
Notus in amplexu est: manibus laqueatur in istis:
Semper habere paro quem clausa in incenia duco
Ima in nostra traham: matrisq; in tecta reducam:
Nostra in tecta traham: rigidam trahat ipse bipennem
Ventilabrumq; suo quo messem colligat agro
O sinite optatam comites dormire puellam:
Vtq; libet iaceat donec velit ipsa quiescat.
En puer o nymphæ iuuenes aduertite nostræ
Inuia tesqua petens deserta per equora surgens
Cinnama vincens decurrat plenus odoris.
En puer o cuncte iuuenem stipate cateruq;
Foederis arca boni peregrinis dimicat aruis:
Dimicet arca potens solitis custodibus: illam.
Cingat amica phalanx: medios nutrita per æstus:
Ecce torum regis: virides ambite comati
Tella superq; femur tabulis constructa duabus
Sint super ora simul rigidos fractura gigantas
Nocturnosq; metus: fecit sibi fercula summe
Signa manus solomon libani radicibus: auro
Discubium: claras ebore splendent columnas:
Purpureosq; gradus: thalamum quem victus amore
Constrat dulcisonæ vos propter & omnia natæ.
Surgite sioneq; vidistis signa puellæ
Rure videre ducem matris diadema gerentem:
Quem genitrix rubea praecinxit flaua corona
Cum tetulit siccas furatis fluctibus herbas
Sponsus: & irriguum firmavit gratus agellum.
Sic ait. & letas coniuncto pollice palmas
Tendit in aspectum trepidans rubicunda maritum.
Quam bene dispositis nostra est pulcherrima membris



Verba sponsi.

Morimena no-
men ficti ad ex-
primendā natu-
re corrupte qua-
litate.

Thalichristæ

Ipsē refert: nihil est quod nobis dedecus istam
Afferat esse meam: gratum est quod nupsimus. omi
Lenis amica places: tota es pulcherrima: dotes
Inuideat morimena tuas: olli inclytus actor
Munera bina dedit: fortunæ munera: tellus
Præstitit illa fauens: nuptæ duplicia nostræ
Nos quater: et nos nostra damus: proh candida coniux
Quam bene dispositis tota es pulcherrima membris.
Lumina clara quidem nimium micuere columbæ
Simplicis instar: eum clausas penetrantia rinas
Per iuga per silvas per saltus collis opacos:
Non furibunda tamen: tacitum submissa: decorans
Interius lux ipsa latet: sublimia quæq;
Cum voluere notant. collumq; effusa per album
Et nitidæ fulsere comæ: quæ verticis hærent
Culmine: frondosam et vicerunt germine siluam
Crescentes semperq; virent: vt montibus altis
Lota basanæ geminant sua viscera capræ.
Quam placida vt niueos ostendis candida dentes
Cum ridere paras: ouibusq; simillima lætis:
Quæ mundata satis repetitas deserit vndas
Ascendens fructu saliens comitata gemello
It fecunda nitens: nulla sterilefcit: acutos
Frange cibos nobis: durefcunt pabula: frange
Frange cibos coniux silicamq; inscinde rigentem
Si tibi cura mei: si nostri gratia facti
Vlla sedet: si patris amor: si dulcis imago
Coniugis: in siluis male trictum contere panem.
Os mihi dulce sonans labra: o coccinea ferte
Oscula pastoris medius ardoribus acto.
Hoc mitescit onus: curfusq; hoc ferre dierum:
Hoc vigilare potest arentem et vertere falcem
Semper et vt magnis pinguescent pectora succis
O mihi sola decens mali pulcherrima fragmen
Fers vt honesta genas omniq; in parte decoras:
Impia quæq; pates: furuacq; dista recenses
Quæ sulamith: ve fares vel quæ tibi dedalus hospes
Dixerit: vnde premam ferulisq; & verbere longo
Corripiam: vocesq; petam.
O mihi chara potens vt turris bellica sancti

Sulamith iu-
deus. Fares he-
retic' qui diui-
dens seu diuisio
interpretatur.
Dedal' gællis.
Sensus mysti-
c' est. corripiet
seu flagellabit
iudeus & hereti-
cus & gentilis
de dictis suis cõ-
tra sponsam: hoc
est cõtra eccliaz.

Liber quartus decimus:

Fo. cv.

Vnica patris adest clypeis munita repostis
Mille armata viris: galeas quæ pandat & omnes
Insidias: totiq; inimicos arceat vrbis.
Vbera bina mouens duplici sub lacte gemellos
Enutris pulchros candenti gramine pastos
Donec supremæ minitentur cominus vmbrae:
Aspiretq; dies: summa in thimiamata vadam
Thuris colla petens: et te mihi sola perungens:
Sola nitens coniux: nullisq; arctata catenis:
Lucida: pulchra: placens: maculisq; coercita nullis
Candida: flaua: rubens: roseis gracillima plantis
Dextima: fixa: potes: bellisq; exercita multis:
Inconculsa manens libano cristata deorsum
Sponsa veni. soror alma veni. mea cura venito.
O mea cura veni: qui nos habitura triumphos.
Sic lex firma trahit. deuictis rupibus hermon
Fortis amana ruet: sanis spoliata silefcet
Pardorumq; greges fauorumq; ira leonum
Arma dabunt: venis: dignisq; accincta coronis
Horrida veriloquo calcabis tela teatro.
O soror alma tuas laceras præcordia telis
Nostra: sed arsuræ placuerunt vulnera carni:
Vulnerat hanc oculus rapidis mucronibus vnus
Abdita cuncta videns: venturaq; signa reportans
Fixa sinu: & nostræ memorans mandata puellæ.
Ense placens nostras tetigisti sponsa medullas:
Vulnerat has collo suffusus crinis in alto:
Vulnera dant pulchræ lactisq; vberima mamme
Vbera: vulnifico nunquam quæ exhausta sapore.
Vulnerat altus odor: tales in coniugis ignes
Ora superna trahuntq; fauum stillantia pressum:
Lingua trahit. quantum o dulcescunt guttura: quantum
Longi habitus flexere ducem: non thuris aceruo
Gratia maior adest. horto sunt meenia nostro
Meenia sydereis non inuidentia flammis
Hortus sponsa placens grani paradus amoeni
Hoc noua poma manent: ramisq; nitentibus herent.
Est soror hortus: habet nascentis ad æthera fructus:
Nardus cum cypro crocus est & dulcis amomo
Hoc casta & dulces effundit myrrha liquores.



Thalichristiæ

Hortus sponsa placens ex quo mihi mala reducam:
Fons bonus & nostros vnde irrigantis agellos:
Cursibus horisonis summo de vertice missa
Est puteus bene plenus aqua: quo sistere nouit
Impetus arua grauans quo flumina tota quiescant.
Dixerat. illa canit.
Surge aquilo: æolis quis te nunc detinet antris:
Auster & ipse venit: concursu flaminis hortum
Ambo agitate meum: stipulas perstate sonoras
Arboribus tactis penitus motuq; quaterno
Surget odor generans: totis & aromata siluis
Fusa fluent: placidum veniat dilectus in hortum
Pomorum gratos missurus gutture foetus.
Inquit & ille. meos deuisam bellifer agros:
Germina grata legam: myrrhæq; emissa reponam:
Laccum melle bibens & vinum lacte. furentes
Pastores nigrum violis ornate labellum:
Ecce cibum properate dabo: dissoluite vires
Dentibus: effusis pandantur guttura granis.
Ecce cibos satyri chalathis accumbite nostris
Ecce vorate cibos: satis est tenuisse paratos.
Nil tuat en balbus: penitus completa dehiscat
Mensa antiqua: totis nihilum iam est dulce peractis.
Surgite iam satyri quo vos decet vsq; moueri
Quercubus: ante datis iam nulla est gratia lymphis
En vigilat sensus. quid me dormire putatis?
En vigilat vestris exquirens pocula linguis.
Pande soror valuas sola immaculata: nitensq;
Accipe sollicitos pateris quæsitæ lacertos
Dissimulare preces: nec lassum pelle maritum:
Accipe deuotam quæcumq; in prælia dextram.
Non venit in mentem patriæ quam pinguis agris
In tua rura cadam: quod te mihi sola reducam
Ecce peregrinos laqueato pollice saltus
Circuo: supremos lenibat flamma labores:
Imbribus in medijs atq; in grandine sæuam
Tempis hyememq; pedes ducebat cura secandos
Victus amore fero: non notaq; moenia lustro.
Inuenit & nostrum confregit acrisus ensem:
Increpat arma furens: o quanta pericula quanta

Herba sponse.

Sub balbo intelligit mosem. id est legem moysi
Her satyros intelligit gentes.

Liber quartus decimus.

Fo. cvj.

Per vehor igne tacens: libet hæc sed omnia ferre
Da modo nunc valuas: thalamum sibi pastor amoenum
Promeruitq; vides: sedes & amica negabis:
Testa columba negas precibus lucrata decoris
Fortiter infracto lucrataq; protinus vrfos:
Ecce caput multo nocturna ad nubila rore
Funditur: & madidos tenebrarum gutta capillos
Contegit. o nostrum trepides mundata recessum:
Accipe me comitem: vocesq; admittite dolentes:
Non iterum veniam: nunc tempus postulat: ambas
Pande fores conitux: iterum descendere non est
Sic licitum nobis: tunica spoliatus abibo
Induar hanc nunquam: nec me germana citantem
Aspicias sub veste virum: quam lædere possit
Tempus & ingrati vesana licentia mundi.
Ecce pedes nostros & crura abluta lautos
Intemeranda manent: sed nunc dum lædor: & inсто
Accipe me conitux: illa hæc effata. decoram
Dilectus blandam per nostra foramina dextram
Intulit: atq; suum tremuerunt viscera tactum
Concita dulcisonis & mota cupidine verbis
Coniugis: vtq; fores faciam non segnis apertas
Surrexi: & gratam distillant brachia myrrham.
Seq; dolente dolens: & quæ sibi grata requirens
Pando fores duriq; ingentia pondera ferri
Noctis habentis onus: quod portas colligat ipsas.
Transferat: nec noster erat: partoq; triumpho
Iam venientis abit: veniens delusa verebar
Iam cecidisse virum: quondam firmata verebar
Iussa patris siluas genitum missura per atras:
Alte animo leges æquandaq; venit imago
Ex pietate furens & coniugis inclyta noui
Membra met: nullo deposcit bella timore.
Hei mihi bella tremo. solum in quot tela maritum
Quot rigidæ venient acies. heu solus inermis
Et puer ignoto tentabis prælia campo:
Quo fugis: vnde petam: campos amor vnde requiram
Est vbi pugna necans. hei tot de millibus vnum
Esse necesse peti. solum in certamina posci.
Hoc mihi dat virtus solitos egressa valores:

Her tunica non intelligas carnem: sed mortalitatem. xps namq; resurrexit immortalis vt ait aplos etc. Ideo est in littera. induar hanc nunq; i. mortalitatem postq; spoliatus illa fuerit semel moriendo. qd ampli' declar' in sequentibus vt patet intuitu.



Thalichristæ

Hoc habuisse patrem nullo sub principe regem.
Hæc tibi bella potens humilis intactus & insons
Dat tenuisse aptas tam sæua in prælia dextras.
Sunt alii multi sumenda ad tela coacti:
Sed non posse canunt: pacem expectate sedentes
Pugnet hic iste potens: pro vestra ad parte vocatus
Causidicus propriis assumat vulnera seruis.
Est vas noster: eat peregrinæq; debita soluat.
Est pater: est coniux: caput est & pastor: vbiq;
Hei mihi bella tremo: sensusq; his ignibus vro.
Testamenta sedent viui pastoris: & ipso
Nil viuente valent: venturaq; firma per ipsum
Nuncia dita ferunt: bellumq; vt vera repositum
Heu metuo vates: nec non & signa futuri
Fœderis illa: nouo nec mendax pagina mundo
Est vetus implendæ radiis ingentibus vmbra.
Hei mihi bella tremo: populo nam conuenit omni
Viscera nostra pati: primæuis sordibus vstum
Omne genus nullo penitus soluetur ab auro
Intima vincla ligant: nec pellis sanguine tonsæ
Est caro salua virum: nec partis munera totum
Hoc mundare valent: maculisq; educere textis.
Ipsa fides redimit: fidei sub pignore quidquid
Desinit esse nocens: oblataq; dona per ipsam
Munda fuere fidem: non captum soluit ab hoste
Anulus: ast linguæ verborum fune ligatæ
Credetur. o quanto cogor meminisse dolore
Ipsa fides chari promisit funera nostri.
Mundus adest: vero traduntur pondera mundo:
Et rabidum lacerare nefas: orbisq; lauare
Colluuiem: cæco necidas inclamat antro
Cede necem rapiat: promissaq; munera soluat.
Lumina clara tonant: rapidis deserta ruinis:
Arma virumq; petunt socios habitura vocatos
Arma vir arma feras inuersoq; ordine surgas.
Ante dolus latuit sub iniquis faucibus ille
Vincula seua trahens: tu vincula seua recingens
Antidotum rosei concludas tegmine mali.
Bella maritæ paras: comitem me in prælia ducas
Pando fores: coniux cælo velut ignis ab alto

Nota.

Nota.

Liber quartus decimus.

Fo. cvii.

Transferat: ter corde voco: ter voce requiro
Quo fugis: ecce vocans contra nihil ille vocanti.
Altius hunc clamo: nec fractis vocibus insto.
Quæro illum: & magnos properabant crura per æstus
Quæro illum: et totam lymphatis gressibus urbem
Circuo. fugit amans. at me sensere furem
Custodes muri: collapsaq; pallia longi
Arripere feris lacerantes pectora pugnis.
Hei mihi fugit amans: fecundæ ostendite nymphæ
Quo mea vita latet: iuuenem vidisse virentem
Alba marina potes illum si aspexeris ipsi
Viscera nostra canas sancto moribunda furore.
Languet amore foror: suffixaq; pectore nostro
Est facies: venas quæ exurit leniter inas
Quis sit et ille premens quem sic pulcherrima solum
Insequar vsq; canens: quis sit si quæritis. ille
Inclytus altisonæ signatum nomine famæ
Fronte refert patrem: patriæq; simillima dextræ
Brachia versat agens: tantumq; simillima cunctis
Partibus: et semper: quod belius vsq; negabit
Esse duos. castrum (testes do facta) supernum
Ornat vt ipse pater: formamq; & cuncta per ipsum
Materiam sensus laudes nodosq; modumq;
Hoc sine non quid habent: albus rubicundus. amœnus.
Inter mille nitens. solusq; in millibus: aurum
Est solemne caput: palmæq; vt follia nigræ
Sursum erecta comæ: vniq; insignia trophæi
Cæsariesq; riget: crispataq; crinibus horret.
Sunt oculi tanquam quæ tersa ex lacte columbæ
dulcis et equa sedet: plenisq; est accola riuu
Intactæq; genæ quæ arcanum pectoris ortæ
Igne docent nigræ nec habent vestigia barbæ.
Sed semper rubæ: magno & suffusa colore
Labra micant: myrrhæ fructum quæ amplectier altæ
Iussere & cunctos patienter ferre labores.
Tornatilesq; manus: & miro plera hyacintho
Dextera tela trahens laceras ruptura cauernas
Vmbantesq; locos: tristisq; ex nocte silentum
Confugis orphæo subducens fœdera casto:
Quæ flammæ quæ vulnus agat: semperq; medendo

o iii



Thalichristiae

Vulneret: & duras immittat sensibus hastas:
L onga opifex positusq; apponat vincula medellis.
Venter eburnus habens nitidas sub fornice gemmas
Vt genitorq; fouet: victurq; arca metalli
Spargit in amplexos portusq; in fundit amicos
Vrbis: vt in cunctas veniant cōmunia sortes
Munera: et effusus ditescas aduena donis.
O mihi quanta. sinus penitus pulcherrima totos
Impleo: iam lotæ fugiat mora seua cateruæ:
Iam triuuis propere diffusa est gaza: venite.
Crura superna manent: rigidis sustentata columnis:
Marmora crura voces: aurata et fortiter ingens
Bascolumna sedet: radisq; albentibus ardet.
Qualis et vt rupes libanus superminet omnes
Montibus excellens syriæ procerior: altus
Talis amor noster: quo ditia pascua: viui
Fontis: amoenus odor: fructusq; & pinguis prata
Dulcis optimus agerq; & silua immixta nouellis
Arboribus. stibio non ornat lumina: sed se
Pura nitet facies: rectisq; optanda videri
Luminibus. mundi pertransit robor nostrum
Viuus alens viuas effundens gutture voces.
Totus amandus amans amor est: quem quærimus: ipse
Ipse amor et contux est: quem sic lacerata petiui:
Sic liquefacta colo: primæ cui sedis habenas
Fortiter esse cano: conuersaq; tela requiro:
Nunquam ingrata cadam: si tali in voce recumbam.
Quærite succinctæ nobis cum poma puellæ.
Quærite. quid segnes: latebras vrgete sorores.
Quo dilectus abit: cur noto ex rure recessit:
Quo declinat amans antiquaq; pascua linquens
Deserit & campos alarum tegmine fotos:
Quo dilectus abit: tecum pulcherrima tecum
Quæremus: pugna directa est prora decoræ
Quo dilectus abit: placidum descendit in hortum
Iam viridem: primo progressa spica calore:
Terra adoperta rosas: & odoris area lignis
Tenditur: et sicca crocus adpinguescit arena
Hunc meus iuit amor. regno spumofus ab ipso
Pellitur ille draco: collectaq; lilia nostro:

Nota.

Liber quartus decimus.

Fo. cviii.

Pastus a quis clara citharam modulatur auena.
Hei mihi quanta fuit sedem sibi causa mouendi
Mutandiq; domos: materno inglorius aruo
Esuriens: nil iam quod non cecidisset habebat.
Ergo abit ad montes: ingrataq; limina tenuit:
Vtq; per errati sensit noua murmura riuu:
Vt tetigit latices: alterno captus amore
Suscitat ecce omnes quos repudiauerat ignes
Hic amaryllis erat tunicis velata decoris
Trisparisq; comis effusisq; ampla lacertis
Vbera plena ferens: mellitaq; basta poscens
Detinuit nostrum mundatæ carnis amœno
Amplexu: et patulis aures onerauit elenchis.
Mittitur ipse: nouam nonq; indignatus amicam
Visceribus totas esuxit gutture venas.
Intus amica loquens: & quæ sibi dona petebat
Præstitit: & nostra succuluit protinus umbra
Iam simul ac rubeo linens interna colore
Morsibus oppressas impleuit lacte mamillas.
Dulciter illa canit: si dibusq; infixæ sonoris
Otior est aliis: & se cupit ante videri
Quo valet et grates persoluit carmine dignas.
Dulciter illa canit: sonitum pecus omne requirit
Atq; hyeme arctatæ solantur voce capellæ.
Ille vbi verba tenet tantum speculatus amorem
Liquitur ipse canens: alba o pulcherrima lucens
Terribilis munita potens huc respice victor
Victus agor: tua forma capit: faciesq; sub imos
Dat laqueos speciosa: nitens auerte decora
Lumina: namq; necant: euulsaq; viscera raptant.
Verte oculos conflux humiles: en cogimur illis
Ferre per insolitos ignota foramina saltus.
Ictus amore sequor flauis rubicunda capillis
Dentibus alba sinus tua post vestigia nostros
Ducis & ima secans & tactibus illia pulsans.
Reginæ vmbri feris multæ spatiantur in hortis
Quos colimus placidæq; in ludunt fontibus vnda.
Sexq; decemq; pares regnorum clauibus omnes
Coniugis instar habent: lanfatis legibus octo
Concubere decem: nullo numerabilis æuo

Ad montes. i.
ad gentes.

Amaryllis. i.
gentilitas.
Trisparisq; co
mus: vt que iaz
apta erat ad cre
dendâ trinitatē

o liii



Thalichristiæ

Turba puellarum: sed sola est omnibus vna
Quam tibi mater amas: oculis perfecta decoris
Vna columba placens: aliis pulcherrima cunctis.
Pura innocens: populis nimum cantata reuersis
Creditur esse beans tetros ruptura tyrannos.
Hanc non nupta canit: properat regina potentes
Fundere voce sonos: intextaq; laudibus inquit
Que fuit ista quasi fines egressa paternos
Inclita collapsas linquens aurora tenebras
Pulchra vt luna nitens: puroq; simillima phœbo
Terribilisque phalanx furibundi vt castra furoris
Contra armata rigens: verbis & sanguine fuso
Fulta potens ipsiq; spargens flumina tesquis
Audet adire duces: & inanes vertere moles
Explicat illa suasq; nouena pericula causas
Quis dubitat: quis non inimicis prelia ternis
Dira fuisse videt: non digno expulsa furore
Arma potens capio: cum nostra & iura repenso
Me meus hortus habet: visuram poma sub imis
Arboribus: pindo genitrix quas legerat alto:
Vitis & an crassos gereret foecunda racemos:
Punica vel roseos vestirent mala pupillos:
En sonat a leua lætalis cœtus: & ima
It tremor ossa premens: folio condensus auito
Aminadib; tectas antiquo ex ære cohortes
Quadruplicemq; rotam stimulis agitabat obesis:
Pallet vbiq; animus gelida formidine pressus:
Pallet in obstantes fundendo colle manipulos.
Vertere chara cliens: quid trina ad vincla laboras?
Vertere chara: feris penitusq; reuertere siluis
Sunamitis nostro sulamit faciunda sub agro.
Vertere tela vides lapides fractura superbos
Te mihi voce traham: visusq; in viscera condam.
Hanc tibi pastor habes: quid in sunamite videbis
Castra nifi: & turbas hostili pondere tectas
Armiferosq; choros mortis et itinere versos
Qui noua tecta parant: cassuraq; mœnia pulsan
Fumantesq; dolos. quam pulchra es filia magni
Principis alba placens oculis gratissima nostris
Fers intacta pedes: rigidos calcare leones

Alia. f. ecclesia
iam ex vitroq;
populo.

Herba sponsi.

Sunamitis. la
pidea. sulamit
pacifica.

Liber quartus decimus.

Fo. clix.

Regalesq; minas valeant: qui temnere diros
Intrepidi presso sentes confundere campo
Artificisq; manu femorum iunctura tuorum
Ambo catena ligans nodis fabricata duobus:
Vmbilicusq; tuus cui summæ copia prolis
Vt foecunda parens crater cui pocula nunquam
Deficient viuum latere in fundente liquorem.
Venter & est magnus cumulatae messis aceruus
Septus vbiq; ros: labiis pressata gemellis
Vbera lacte fluunt: est turris eburnea collum.
Est oculus claris piscina immobilis vndis:
Quæ liquidis altis impleuit fontibus urnas.
Nasus emachq; videns nostri pensator odoris
Arma aliena cauens: ac cuncta discrimina cernens
Cautus ab vluosa rubeam distingere lepra.
Astrigerumq; caput: carmeloq; altius ipso
Par libano veniens: fusi quo in terga capilli
Quinq; sub ordinibus niuea ceruice nitentem
Effecere comam: similis cui longa regentis
Purpura per duplices oriens distincta canales.
O mihi delitiis confux charissima tantis
Alba decora placens manibus ornata quiesces
Coniugis: & rectos effundens palma sapores
Alta alimenta dabis: tunc vbera grata premeo
Dentibus altisonam videar mihi prendere palmam.
Palma eris: & magno palmæ redimita trophæo
Inclita palmigeros ductabis ad astra nouellos
Audierat liquefacta soror. tunc inquit amice
Qui meus ignis eo: summamq; ascendere palmam
Conabor dextris fructusq; apprehendere quartos
Ascendam: nostris missa est victoria campis
Tunc erit & gemmis vber mihi pampinus altis
Iam tuus: & madidam complens vindemia cistam.
Dulcis odorq; aderit malis velut editus ipsi
Qui sua per versos effundat nomina parthos.
Guttur & ignito ditescens matula baccho
Vt populis dignum propinet patre Iyem:
Ruminet vt pressam soboles iam nubilis vnam.
O meus ignis edens tenebræ sufflamina diræ
Dans palmam nostræ gaudebis munere palmæ:

Herba sponse.



Thalichristiæ

Ex me cuncta ferēs: primus cui cuncta dedisses:
Ex te cuncta feram primo cui cuncta reducā.
Aspice turbantes tentatur flamma per imbres:
Quisq; sub arfuro corrodens facta flagello
Clamat amoris onus: tenera mala vota puellæ
Furtaq; per solum petier temeraria vultum.
Credula: caeca: eadens: caudisq; expulsa luporum
Dicor in insanas audito nomine tædas
Iffe: parens zonam lustravit sæua coruscā:
Vir mihi sæuus adest: patri gener alter acerbo
Aduenit ante fores: obtusaq; limina tentat.
Quid faciem: placidum nec te finit ardor amicū
Linquere: nunc pressæ vel dantur basia linguæ:
Vel tua cordis fragos modulatur tibi a versus
Hei mihi nocte veni: testum egrediamur in agrum:
Scilicet in paruis grata haud connubia testis:
Vana erit aut gelidis abolefcet flamma sub antris:
Paruum erit an nostro supponere gramina lecto:
Nuncq; euulsa casis trispargere lilia nostris:
Dulcis amice veni: rigidis sub solibus vndas
Es habiture nouas: rure hoc lassata manemus
Verba patrum: venient speluncis abdita miris
Nuncia: si nostræ mitescerit emona curæ.
Nunquid & in flores descendat gemma salubres:
Aut noua per versam lucretur nupta triphosam.
Læte marite veni: tenebris surgamus adactis
Vt videas fructus frondosis vitibus altos.
Fœtaq; iam ramis pendentia poma sub ipsis.
Illinc ne turbis tristeris solus adeptis:
Vbera nostra dabo: vinoq; albentia mixto
Cymbia lactis: oues umbrosa in nocte receptas
Polliceor. tibi cuncta meis mandragora namq;
Cardinibus lene immittens matris odores
Fœcundo sterilem compleuit femine lyam.
Omnia vincit amor: plenis noua poma canistris
Et vetera: optato seruantis cuncta marito.
Omnia nostra tenes: necidas nihil ille. moraris:
Perge: sequar. sanctas habitabunt dii quoq; siluas.
Quis daret hoc dulcem communi semine fratrem
Insimul esse meum: matrisq; albentibus ipsis

Emona. calor
eius vel accipi-
ens cum.
Triphosam. tra-
ctū a triphō. qd
ē fuit iniquitati.

Dij angeli.

Libertus quartus decimus.

Fo. cx.

Vberibus succi sumentem pignora nostri:
Quis deus vt valeam solitas damnare latebras:
Virgo velutq; capis: matrisq; in tecta reuertis:
Quando erit vt liceat delectum fratris amorem
Pandere carminibus: nulloq; urgente timore
Senta per atq; vrbes calleq; inferre per omnes:
Quando erit vt pulchros animo lustremus ocellos
Publica sollicitis pressantes tempora labris:
Quando erit: vt misero nunc clandestina sub antro
Brachia non comites pauent: non visa tremiscant
Agmina: non prauas non labra necantia linguas
Ipsa ego per nostram positus angoribus urbem
Haud despecta canam: nuptasq; incessibus vram
Vestibus & gemmis & magnæ numine pompæ
Quæ mihi iam socium toties risere per istum.
En erit vt lætam vitriciæq; arma secutam
Laudet in arguis hostilis buccina campis.
En erit vt nostrum materna in tecta maritum
Fortiter accipiam: summaq; in sede reponam.
Illinc & lecti memorabis munera nostri:
Armiferasq; manus: necnon & fortia linguæ
Robora tunc causas arcanasq; cuncta remotas
Tempora confusis venturaq; prælia castris
Alme docebis amor: tunc purum lacte lyeum
Porriciam: & pressi mustorum pocula mali.
Tunc mihi certa quies: & pugnae præmia lapsæ.
Munera nostra canam duplici connexa fauore
Coniugis: & placido iam non exterrita somno
Vsq; libet iaceam: tempusq; in omne quiescam.
Quæ fuit ante dolens miseris oppressa rumis
Osq; caputq; manus oculos laniata decoros
Nunc trahit ex toto spolia illa pheretria mundo:
Nunc rapit hostiles inuiso robore partes
Lucidaq; & mœstos glaciali frigore campos
Rumpit & insanas libyæ sitientis arenas.
Nunc petit astra potens: nunc viæ nomine palmæ
Mella merumq; ferens ingenti tecta leone
Delititq; fluenis placidis innixa lacertis
Spargit olympiaco rutilantia numina castro.
Dixerat. ipse refert. socii non immemor alti

Completus est tē-
pore constanti.

Verba sponsi.



Thalichristæ

Cerne animosa sinus ne reddant dona superbos:
Vel sibi fixa tuos extollant viscera fastus:
Pignus amoris habes: nūcū dītescīs amore.
Hæc amor hæc. laceram natīua clade sepultam:
Vltorīq; datam ventura nocte premendam
Sedula quam primo genitrix damnarat eoo
Inuenio properans: curīsq; impulsus amarīs
Surrīpio tristem sub iniquo crimine flentem
His humerīsq; traho: malīq; sub arbore longi
Suscito: tartaræ flammis quo impulsa megeræ
Saucia ferre vias incepit mater acerbis.
Ergo age nata deo violentis fluctibus acto
Me tibi semper habe: regīsq; vt signa repone
Corde super: claros fidei signacula testes
Dent memorare meas ardentī pectore flammās.
Non erit hoc nīmīum: vīuam vt signacula dextram
Insuper ipsa trahes: manibus quæ abscondita serues:
Fortis amor multum est: mortīq; simillīmus atræ.
Hic mea membra fero traxit crucianda labore
Hic mīhī bella pati: pœnas ergastula vinctum
Esse humilemq; dedit: cur non dabit ipse sequacem?
Fortis amor: nostramq; accendit lampade siluam
Ossa interna coquens: nullis cui flamma sub vndis
Fit minor: in medio vīguere incendia ponto.
Fortis amor: fixus non vllō flamine motus
Obruitur: inundi despexit murmura versi:
Fortis amor non īma petit: non parua: sed ignis
Omnia poscit amans: animos amor vrget amicos
Tradidimus summo configes pectore: solum
Me tibi semper habe: cordīsq; vt signa repone.
Infans nostra soror nullis venerata mamillis
Vbera nulla tenet: quid nam faciemus vt omne
Pectus alat: plenaq; hamatis mēssibus offas
Porrīgat: atq; feras in frenet pane lyciscas?
Quid faciat? parat ipsa loqui: causāsq; rogare:
Principiumq; petit: nup̄r ne caute renatam
Deserat humor eam: per apertos flumina campos
Feruidus ecce traham: tetrumq; acheronta reuellam.
Sep̄simus hanc muro firmemus mœnia vasto:
Hanc super & cunctis fixa impugnacula bellis

Liber quartus decimus.

Fo. cxi.

Aedificare decet: quod cassis dextra sagittis
Hostis eat: iaculos ferrum delebile missos
Nostra habeat: versosq; adiungat viribus hostes:
Fecimus hanc nitidam diuina ad mœnia portam:
Sint bifores cedri ferrato cardine poste
Quæ vitæ admissum valeant superare venenum.
Tunc effata soror. grates tibi reddere quisnam
Possit: habe in nostra quod totum creuerit aluo:
Omnia dona fero socio mandata benigno:
Vbera plena fero: turrīsq; altissima surgo
Vita superna potens securā immobilis: vnde
Candida facta: nitens solitos egressa labores
Ante meum pulchramq; inueni libera pacem.
Pacificus siluam veniens qui fecit vtramq;
Esse vnam: gremio gentes vbicumq; sub amplo
Floribus & largum plantauit vitibus hortum
Quem postquam posuit: ponto & saliente rigauit:
Primus & in rectos distinxit succifer antes:
Custodi dedit hunc: pariter cultoribus: vtq;
Territus anser eat: ventura pericula cantat
Præcaueant: magnoq; extirpent ligna labore
Horrida: quod musto mercedem protinus acto
Quisq; ferat. crassas diuini seminis vvas
Tanti auctoris opus precio stimulante requirit
Maximus orbis emens: emptaq; cupidine sorbens
Det licet ast positos oculis seruantibus agros:
Insuper ipse manet custos custodibus: atq;
Nuncia crebra facit tacitæ pinguetudine lunæ
Inuigilans: rapidosq; expellit verbere miluos.
Omnibus alta sedent versati dona lagonis:
Fructificusq; labor: viridantibus horrea lucis
Ecce parata manent: mille & solomonis: habebit
Mille sibi alternis mollitus rura colonis:
Bis nūcū centum custodes floris. vt illa
Hæc ait: ipse refert. quæ nunc vernantibus hortis
Dulcis amœna canis medios suspendis amicos
Qui tibi cuncta parant: complendaq; iussa reuelant
Vocibus: inq; tuas duxere cacumina voces.
Ergo age chara veni: fac me tua pectora coram
Cernere: voce capti: supremis laudibus omne

Verba sponse.

Verba sponsi.



Talichristiæ

Tempus inesse sacris fusa dulcedine membris.
Dulcis amica veni thalamos habitura secundos
Sæcla tenus residens sæclorum. fatur & vxor.
Fortis amice beans cupio iam nosse quod vltra
Non valet esse bonum: cupio iam vestibus actis
Ponere membra toris: & nudam cingere dextram:
Et religare comas: amoto fercula libro
Mandereq; & veros nullo sub cortice succos
Ferre super mensa focis gaudentibus alba.
Ergo age linque potens mortalem extorris arenam:
Linque moras fugiens mundana repagula: conflux
Surge potens ceruis capreæq; simillimus altis.
Surge nimis properans: nec natam desere lectam:
Perge: sequar conflux: campos habitemus opimos:
Sunt quibus & dulces & pinguis pascua fontes:
Alta superq; thronum pressabimus vbera sacrum.
Talibus atq; altis quæ plane incognita nobis:
Ingeminant stupidos reddentia carmina celos.
Finitur liber quartus decimus Talichristiæ.

Argumentum libri quinti decimi Talichristiæ.

Ecce domo matris dominus claustroq; relicto
Exit. & nitidis iordani flumina membris
Intrat: & æternas sacrauit protinus vndas.
Aduerfusq; sathan domini tentator ab ipso
Vincitur. ætherei christo accedere ministri.
Inde galileos cœlesti dogmate campos
Implet miratam suspendens voce cateruam.

Liber quintus decimus Talichristiæ.

Mens æterna deum præuisa in bella paratum
Iam vocat. en victos subeunt visura tyrannos
Tempora: iã votis properabant regna secūdis.
Iamq; optata dies hominū foelixq; propinquat
Esse genus cæsi ditandum sanguine christi.
Ecce domo matris dominus claustroq; relicto
Egreditur: missum iordano flumine seruum
Inuenit in medietate spargentem dogmata turbis:
Pacis aquas foedusq; sacrum baptismatq; missum

Baptisma ioānis.

Liber quartus decimus.

Præcinit in totas venturi nomine culpas.
Brachia nuda viro pillis & tecta cameli
Pectora: montanis siluestri & melle locustis
Pascitur: & multo furatur tempora somno.
Non aliter placiturus eo: qui miserat illum
Insonet vt tempus domini conspererat omnes
Missus aqua: lymphas christusq; accessit ad almas
Et baptisma petit: mittiq; in fonte lauando
Optat: vt acceptas sacraet protinus vndas.
Agnoscit dominum famulus quem nouerat ipso
Ventre deum: namq; illa patet diuina potentiaq;
Vt sibi iam clausa genitricis fulserat æde
Maestas: quæ non mutata est tempore christum
Aspicit vtq; deum diuinaq; pectora pressos
Intuitus reuerenter agit: fixusq; timore
Maestatis erat: magnosq; ingentia sensu
Gaudia conspecto mulgebat luminis agno.
Nec laudare loquens nec lætis sensibus audet
Dicere quæ sentit: secum tacitusq; reuoluit
Haud indigna deo quæ possit dicere: sistit
Mente pauens trepidatq; loqui sed pronus adorat
Intus eum digno summissus pectore. tandem
Hæc loquitur. primæ tu qui sine semine noxæ
Liber ab antiqui scelerosa fraude venent:
Quem non cæca parens rupturum claustra nefandi
Commaculare loci potuit: qui reddere vntas
Fontis aquas: lætis tranquillaq; flumina campis
Diuitias: vitamq; potes: lumenq; serenis
Orbibus optati quæsitq; pascua veri
Qui celos: qui cuncta moues: cui voce prophanos
Tergere posse viros: maculamq; absoluere terram
Quid baptismata petis? quid mundus flumina poscis
Vnda nitens animo primæuq; fontis origo?
Contremit ista manus: intactaq; membra verendi
Horret adire viri: dominum nec tangere sensus
Audet inops tantum: stupuerunt flumina versis
Cursibus: en metuunt iordanusq; ipse retrorsum
Refluat. o nigros mundabis candidæ: meq;
Voce cruentatum: ni maus flumine seruum
Terge potens: membris magis hæc sunt flumina nostris

Fonte lauado. la-
uar eum xps fote
no lauar a fote.
Agnoscit ioan-
nes christum.

Flora de ioāne.

Oratio ioānis ad
christum.



Responso xpi.

Baptizat xps.

Spiritus dñi super christum.

Ieiunat christus.

Thalichristia

Congrua: quæ rabies: maculæ quæ carnis auitæ
 Occuluere. deus: tunc leni hæc pectore christus
 Mitte modo: facies solitum sic implet vterq;
 Iusticiam riuoq; immisit corpus ameno.
 Et beat almus aquas sacro ex vertice fusas
 Per timidum famulum gressu properante recepta
 Vixq; ascendit aqua: binis cum partibus æther
 Scinditur: atq; poli timuerunt sydera frangi.
 Sunt & aperta sacro sic clara foramina mundo
 Intimus vt clausi locus aspiciatur olympi.
 Susceptaq; bonæ tunc forma albente columbæ
 Verificus domini suprema ex sede beati
 Spiritus ipse venit super hunc: quo sanctus ab ipso
 Cum patre procedit pariter dominus: q; repente
 Vox audita sonat: meus hic est filius: hic est
 Dilectusq; meus bene quo mihi conscius ipse
 Complacui. sanctæ quis nunc mysteria linguæ
 Nosse queat noto vententia gaudia trino
 Cernere flammato præsentia numina sensu
 Quis queat? o vtinam perstem tibi candidus. ecce
 Verbum carne bonum: summumq; in voce parentem.
 Spiritus est sacra celo admirante columba:
 Scinditur vnde polus: cur regni fixa corusci
 Machina sic duplices patiatur scindier orbes:
 Nescio quid trepidans cum vel truncata patere
 Aethera vallatis videatq; coercita limbis:
 Ne trepidate poli remanebunt sydera: necdum
 Necdum lapsuras timeatis sydera flammæ
 Quin potius miram deuicta morte fenestram
 Expectate aliam: tunc tunc cum carcere rupto
 Umbrarum cæci percussa & lege barathri
 Euolet astra boni corpus super omnia christi.
 Hinc & damnato meritis tentandus iniquo
 Desertum sanctæq; petens dispendia siluæ
 Christus abit: tanto ieiunans tempore quod iam
 Absq; cibo longi decimam superauerit anni
 Esurit: o quantis occultas numina formis
 Summa: pater laqueo laqueatur fraudis in isto.
 Noctibus in tantis ieiunum vluete magnum
 Est mortalis opus: quin signa ingentia summa

Liber quintus decimus.

Hec deitatis erant: bisbulum cūq; iste calorem
 Se & naturales suspendit carnis agentes:
 Grande aliquid metuit stimulis compulsus & atra
 Dæmon nocte pauens: dominūq; huc desuper actum
 Hunc putat esse deum. sed cum sentire prementem
 Esuriam christum mortali pectore lassum
 Hunc putat esse virum. nebulasq; vt mentis iniquas
 Excitiat: verūq; notet: moturus amico
 Nomine panis adest hunc quo putat ipse furentem
 Esse famem dixitq; dei si es filius istos
 Fac lapides panes: & non tolerabis acerbam
 Esuriam: christus blanda tunc voce supernus
 Inquit: scriptum est: non solo in pane sed omni
 Viuit homo elapso vera hæc sunt pascua verbo
 Ore dei. sancto fraudus sermone frementi
 Corde sathan rugens flammantia tergora voluens
 Incassum iratas animo vergente colubras
 Assumpsit christum posuitq; in culmine templi.
 Hæc loquiturq; dei si vere est filius inde
 Mittere te factum nec ledet terra deorsum
 Fas tibi: scis seruis mandauit desuper ipsis
 Tollere te manibus: cunctisq; in gressibus omni
 Custodire via summo delabere testro
 Ne timeas domini nate omnipotentis: & ipse
 Cunctipotens: non te ledent distantia: nonq;
 Terra: veni. acceptum venerabitur ipsa magistrum.
 Huic agnus. scriptum est dominū tentare super num
 Esse nefas. verbo torquetur lectifer isto
 Vltor acerba fremens: & iniquum versus in astum.
 Hunc iterū assumpsit montem qui excelsus: vt ille
 Prima superato de quo se lumina phœbi
 Iactarunt radios nihil hoc ex obice pressos:
 Quo pelagus firmumq; solum camposq; iacentes
 Umbrososq; sinus excultaq; regna licebat
 Cernere: quo totam metiri lumine terram
 Fas oculis. mundiq; nomos ostendit: & omnes
 Diuitias: letosq; sinus sedesq; beatas
 Quis decor in cunctis: & quæ sit gloria regnis
 Commemorat: nostro ceu non bene gaudia christo
 Nouerit hic falsiq; hæc si modo gaudia mundi

Tentat xps a diabolo.

Eltoz. i. diabolus

Memos. i. pu-
cias.



Thalichristiæ

Quæ tota ad nebulam mutantur protinus vnam
Esuriem quæ semper habent: gignuntq; furentem
Cum possessa sitim: lachrymis onerata dolor quæ
Excruciat: finisq; metus: quæ fraude perenni
Insuper atra fauis occultant toxica fufis.
Dixit & inde nefas. quæ partem cernis in omnem
Hæc tibi cuncta dabo: si terræ poplite flexo
Descendas supplex: & nostrum numen adores.
Scilicet i sancte i cui viuunt sydera christe
Ex nihilo qui cuncta creas: qui legibus arctis
Aequora sæua premis dominans: quem vocibus imis
Aedita per solum firmata & munere verbum
Progenies veneranda colit: cui seruit opimi
Turba loci laudans hominum rex atq; deorum
Scilicet i cunctos qui iusta lance superbos
Percutis: æternoq; obfirmas tartara vinclo
I deus & victum sathanam venerare: priores
Pone minans gladios: pone iras: turbida pone
Fulmina: pone animum scelerato crimine motum
Pone potens vrsu meritis damnare superbum
Mitefce: horrentes & amicis nexibus hostes
Confoue: & aduersos noua nunc pax vinciat ambos.
Quin maiora petit dominantes exue vires
Pone potestatem supremaq; numina pone
Omnipotensq; pater turbis veneratus amcenis
Hunc venerare cadens: scelerata o verba: furores
O rabidi: cæcum veneretur vita sepulchrum:
Sol nebulas: prauumq; bonus: miserumq; beatus:
Cuncta beans: plenus vacuum: viuusq; peremptum:
Et pietas rabiem: nodatum liber: inermem
Fortis: & albus atrum: nihilum qui summus: iniquum
O facinus. taceam. nulla est conuentio lucis
Ad tenebras domini: petitur petiturq; vereri
Mens inimica: licet comperto scitur iniquæ
Omne genus maculæ sceleris fraudesq; dolosq;
Vera audere ferum spoliatum luce tyrannum
Si domini natum quo cernit corpore christum
Nosset adesse deum: quamquam furor omnis & omnis
Impietas rabiesq; nocens crimenq; nefandum
Hunc habet authorem. tam perfida monstra timeret

Irisso in demo
ne petens a xpo
vt eū adoraret.

Liber tertius decimus.

Fo. cxliii.

Tamq; immane nefas: latrioni petisse timeret
A domino: magnus qui solus solus & vnus
Vnus psalmicantis rector veneratur ab astris.
Is furor est dæmon: tanta hæc infantia: tantum
Hoc scelus: vt diris quamuis tot turpia factis
Intrepidus dederis: si que nunc crimina noris
Perfide dira facis: quem seruum voce requiris:
Horreres rabiem rabies: crimenq; timeres
Crimen: fraus fraudem: furor impius ipse furorem.
Hoc scelus hoc tantum est: hæc tanta est culpa: quod ipsum
Non capit authorem qui cætera crimina. tandem
Dedecus hoc patris cui sola est ara potentis
Nollens ferre bonus commoto pectore christus:
Vade retro sathanas: domino nam seruiat vni
Quemq; decet: scriptum est solum venerari imis
Sensibus: ante thronum mille & millesima summum
Regnantis dulces pleno cui pectore laudes
Agmina læta canunt. iratum protinus illum
Cum stridore fremens proprio se turbine torquens
Iste fugit: magis & quamprimum nescius: atq;
E cælo angelici christo accessere ministri.
Qui iam cum captum gyaris audisset amicum
Te galilea petens abiit: patriisq; recessit
Fimibus in partes zabulon: quod carmina vatis
Signauere sacri miseris languentibus vmbis
Orta dies populis. urbem pelagoq; propinquam
Deuenit: hic habitans hominum præcordia pulsans
Viure lege iubens: & regna nouissima pandens
Irrigat electos superis ex fontibus agros.
Ecce simon parua vicina per æquora cymba
Cum fratre anguicomos mittebat piscibus hamos
Hos vbi tendentes protendere fila parantes
Conspicit hæc iesus flammis stringentibus actus
Ad mea dilecti iuuenes præcepta venite.
Et si tantus amor piscari: retia soli
Non in honora mihi: quis fercula multa parari
Sit licitum: laceros & iniquo sanguine merfos
Vos faciam captare viros. o magna superni
Vox domini. vox vita trahens mucrone rigenti

Uicit xps terato
re sathanã.

Ses Joannem

Uocatio petri &
andree.

p ii



Uocatio Joann
nis & Jacobi.

Christus sanat in-
firmos.

Curant a xpo
oēs morbi.

Sermo dñi in
monte.

Thalichristiæ

Fortior & gladiis ferroq; potentior ipso.
Vix bene desierat: dimissis retibus illi
Continuo sibi summa volunt: terraq; relinquunt
Et pelagus: cœlosq; petunt: dominūq; sequuntur.
Inde abiens alios. Joannem fratremq; iacobum
Euocat: ut veniant pariter: viscoq; relicto
Cum patre ad verbi se accingunt præmia sancti.
Postq; galileos cœlesti dogmate campos
Implebat: templisq; docens: regniq; superni
Nuncia dans: clausum properabat pandere librum:
Prisca arcana: sonos: terra & caligine mersos:
Infirmosq; leuans languorem frigora flammæ
Quidquid erat sæui pellebat numine morbi.
Fama volat totam nec veri prodiga terram
Quamuis magna ruit: syriam vulgata per omnē:
Haud audita canens: ignotaq; mira recensens
Ipsa pauens miris implebat pectora factis.
Turba videns properat: reuerenti pectore clamat:
Sit medicus cunctis: variis languoribus actis:
Ostendunt miseros inimico demone pressos:
Ad renouata altæ furiosos cornua lunæ:
Squāmantescq; oculos: tabentia guttura: cæfos
In latus: arctatas truncataq; brachia linguas
Informescq; manus: semesq; crura: pedescq;
In flatos: quid cuncta sequar? sit quidquid. vbiq;
Debile: monstriferum: morbosum: quidquid inermē
Turpe iacens: stupidum: priuatum dotibus altæ
Naturæ: optati seruat ur voce magistri.
Cuncta leuat dominus: per quem sunt condita christus
Omnia quem multæ postquā aspexere cateruæ
Tot mira antiquis fecisse incognita sacris
Suspiciūt: venerantur. amant. illūq; sequuntur
Gens numerosa nimis vicinis finibus. atq;
Ipse videns longè conspexit ut agmina turbe
Ascendit montem: quo cum sedisset amici
Accessere sui: quod sint hæc pectora legi
Proximiora sacræ: properant quæ implere propinquis
Mentibus. hanc sancta & diuinus legisser ora
Pandit: & in siccos effundens flumina campos
Lactea miratam hac suspendit voce cateruam.

Liber quintus decimus.

Paupertas humilis quibus est in mente: ferisq;
Diuitiis omnes non vi sed sponte carentes
Dicite foelices: tempserunt bella dolosq;
Orbis: & instantes occultis nexibus hostes
Semper eis: longum pro nullo sydera regnum
Pro terris: pro nocte dies: ac sine perempto
His dabitur summo securum vescier auro.
Foelices mites: qui prauis moribus almi
Sunt domini. o quanta est hæc magna potentia: mites
Foelices quos nulla mouent non ira vel astus
Inuidiæ: non cædis amor: non passa furorum
Vulnera non socii non tela sonantia diris:
Aequanimis terram quia nunc dominantur in ista
Quæ infestat claros interna cuspide neruos
Alta quibus vigiles inquirunt lumina mentes
Et simul in terram ventura luce beatam:
Qua requies: qua vita manens: qua nexibus arctis
Pax vera optato non iam religanda superno
Vinciet æterno mortalia semina mundo.
Dura simul lapsæ lachrymantes pondera culpe
Dicite foelices: foelices dicite prauum
Qui tersere scelus condignis fletibus. atq;
Foelices veri: qui regni ardore perusti
Se per solemnem patrie radiantis amorem
Effudere graues liquefacto pectore fontes.
Hic lauat hic sordes: o foelix fletus: in alta
Excitat hic animos moribundo carcere pressos
Dirigit & flatos: directos deuehit ipsi
Datq; cibos animo donec bona summa fruendo
Plena simul plenis teneant solamina turbis.
Esuriens foelixq; nimis: qui iustus & ipsam
Iusticiam sitienter amat iustiq; coronam.
Quem dolet armatum non viso funere motū
Pulvere prostratum diuinaq; munera circum
Tot sequere canes. hic nam saturabitur hærens
Principio expletis supera pinguedine votis.
Dicite foelices pietas quos candida feruens
Impellit miseris ut compatiantur egenis.
Namq; pius charos meritum superantibus illos
Muneribus læto satiabit rectus olympo.

Sermo dñi.

Sermo dñi.



Thalichristiæ

O domino gratos speculari lumina mundos
Corde: superna boni quæ nunc enigmate tecti
Dona videre parant: hoc se cum carcere soluant
His dabitur clara discussis luce tenebris
Nulla ferens nebulas ut primum terra. beatos
Dicite pacificos. magna his conditio: magna est
Felix pax cunctis digne inuidiosa cateruis.
Turba beata quidem summum assimilata parentem
Secum expleta petens nihilum quod sensibus ipsis
Non habeat mentis frenandum lege: nec illam
Anxietas inimica premit: non dira cupido:
Non questus honos: non cætera monstra. sed ipsi
Ille satis: qui cuncta tenet. cui sufficit vni
Ipse deus: vel deus est: excelsi est filius. illum
Pax secura manet.
Credite felices & quos tormenta fideles
Dilacerant: sed non timuerunt funera: nostris
Dulce mori gladiis: nostro sub nomine vosq;
Dicite felices: nihilum cum fecis habentes
Insidiis captos: furis horrentibus istos
Cernitis esse: manet merces hoc plena nitentem
Ostenfura diem. ne quid trepidetis inanem
Ad rabiem: quantos impleverunt sanguine riuos
Audistis: mentes in vestra exempla priores.
Vos fouet altus amor superis vos collibus vnda
Contegit electos condenda in fercula natos.
Estis sal: madidamq; ex igne ex flumine terram
Condite: quo culpæ siccantur sale cruenta.
Cum destructa solo videatis moenia diræ
Vrbis: & euerfos victoris tempore muros:
Spargite sal: nullo succrescant semina campo
Quæ noceant: vepres sterilecant: gramina victis
Non sint nata locis: quod si merore vel vilo
Fecis amore sapor vanescat salis: ab omni
Gente foras missus calcabitur: ipse repressus
Sub pedibus: magno ceu qui fundamina tecto
Principis cassura dabat: qui summa canebat
Ima petens: claris vos lux rationibus estis
Quos per ab antiquis mundatur terra tenebris:
Cernite quam magno sedeat culmine: non est

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Vos estis lux
mundi.

Liber quintus decimus.

Fo. cxvi.

Nocte locus quicquam faciendi fulgida vitæ
Fundamenta domi. namq; vrbs in monte perenni
Clara patet lucem pueris referate latentem
Nec quæ bina caput fraudetis cornua miluos
Pellite de natis: agnosq; ex fauce luporū
Eruite. en rabies & apertis dentibus hostes:
At curatis oues: omnibus conspice: nullus
Sub modio claram cupiens aptare lucernam
Hanc posuit cumulo sed quo venientibus alto
Luceat: alta simul sic sit lux vestra coruscus
Quæ referat radios: & cuncta per æquora visos:
Vulgus opus vestrum quod tollat laudibus: illas
Non captate tamen: summū bona vestra parentē
Glorificent: digni cui gloria debita facti:
Quidquid agunt cœli: tellus quod fecit: & omnis
Vnda: facit dominus non horum est muneris vnus.
Quæritis ista locis iubeam quæ ostendit altis
Pro quibus alta pati deceat non vatibus almīs
Dissonat hoc nostrum: veterē non soluere legem
Sed complere paro: nam firmo hæc pectore dico
Terra donec tandem mota atq; elementa quietā
Accipiant formā: cœliq; hoc transeat: huius
Vnus apex legis: tota vnū legis: in ipsa
Non dabitur cassum vero vsq; impleta sit omnis
Imperfecta quidēq; hac perficiantur: & acta
Omnia sint totam re summe implente figuram.
Quisq; igitur soluet vna hæc mandata: vel vnū
Ex minimis istis: rumpendo semina vitæ
Vocis iniqua docens sibi lecto tramite pergens
Hic minimus cœlis merito despectus in almīs
Hæc tamen hæc faciens docet & quæ fecerit iste
Magnus erit regno licet hic abiectus in alto.
Iusticia in membris christi nam plenior ipsis
Sit nisi quā scribitis: quorū lex littera: quorū
Sancta sub inuolueris qui solis nomina factis
Iusticiæ petere modum: regionis amcenæ
Cernere fas vobis dabitur non limina ductor
Mosus ait fratrem ne cædes funere. quisquis
Occidit: reus est plectendus iudice: nostrū
Arctius at iussum est: nec primo dissonat: illum

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Dis vnda. s. et
celestis et supra
celestis.

Sermo dñi.

Sermo dñi.

p iiii



Thalichristiæ

Perficit ex animis: arcta est perfectio: tolle
Tolle feros animos irarum turbina tolle
Hoc necis initium est: qui fratri irascitur idem
Iudicii reus est qui infana voce cerebro
Dixerit hunc vacuum: poenam lustrurus: & ipse
Concilio meruit curuari iudicis: & qui
Dixerit hunc fatuum: firmato iudice: nec iam
Quid dubitante: atræ subicitur ipse gehennæ.
Si memor es: aris laturus munera plenis
Quid socio debere tuo: quid sanguinis: aut quid
Irarum cohibe porattaq; dona relinque
Ante altare timens funestaq; tela reponens
Mittis propitio præstabis munera vero.
Hæc nihil ante placent maculam velut ipsa tenerent
Cerneret hæc nunquam peccati & sanguinis escas
Respuit ara dei: tamen hostes vertere noli:
Ante sed oratos mulcebis vocibus illos:
Dum via dum vita est: ponto dum curris in isto
L in tea laxa trahens: dum finis nescius: horrens
Ne te crudelis telo det iudicis hostis
Iudex sentilego vertenda in prava parato
Qui ferat in tenebras concludat carcere quo non
Fas exire prius: quam cuncta nouissima pressus
Exoluas. notum est moyses quod dixit habentem
Non petis vxorem socium cui feruat: ecce
Expectant diros horrentia turbina mæchos
Ipse ego plura feram: mulieris pectore formam
Qui videt vt cupiat: iam mæchus factus habenã
Cum non vel viso properauit stringere telo.
Quod si in præcipites oculo moueare furores
Erue: ne noceant exempla aut facta: simulq;
Nec minus si dexter erit: ne causa ruinae
Causa boni fiat: quod si tua dextera poscat
Funera: vel causis contexta pericula iustis
Mens sedeat non mota loco: mortemq; timendo
Amputet ipsa manum: melius de pluribus vnum
Memborum abscindi: quam totum in dira recondi
Corpus in infandam flamma crepitante gehenam
Audistis scriptum est: sociam quicūq; maritam
Dimittet facto dissoluat vincla libello

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Liber quintus decimus.

Fo. cxvii.

Arctius hoc dicam: propriam quicūq; iugatam
Hæc nisi clam prauo subiecerit ilia furto
Liquit: adulter adest: dimisisse vt corpora iungens
Lex antiqua malis vetuit periuria verbis
Fas iurare tamen domino concessit in vno
Arctius hoc vobis: sacer est nam sermo fidelis
Nil intrare licet: non coelum: sydera: summam
Nō iurare domum: thronus est nam principis: ipsam
Fas neq; per terrã quæ pars licet infima sanctos
Sustinet ipsa pedes: dominū formata per vnū
Vrbs neq; quæ dulcis per te hierosolyma regis
Sed neq; per caput hoc nihil est tibi iuris in illo
Nil proprium: tetros quia nō in fronte capillos
Albificare vales: superis afflatus hærens.
Audistis quia dictum est lumen pro lumine dentem
Ac pro dente dati. sed iam lux clarior orbi
Emicat: acceptę non contra insistite plagæ:
Si fera maxillam quatient tibi verbera dextrã
Altera nō similem renuat perferre dolorem
Mensq; malis faciem nihilum indignata silentē
Sponte det: & gladiis si sit tibi dextra superbis
Cesa: feras: aliamq; appone in vulnera dextrã.
Fortius hoc. seuis si quis contendere pugnis
Vt tunicam rapiat tecum: da: pallia tollat
Et simul: estq; parum ni præstes munera magni
Aemulus: atq; ferens te passus millia: duplum
Ex te suscipiat: si quis tua munera poscat
Debita: da: fratrem si non iniusta petentem
Corrige. sit tabula dilectus proximus illa
Dicitur: atq; hostem fas est disperdere: sed me
Si in tua tecta vocas: inimicos dilige: primū
Dæmona sed firmis arcete hinc cominus armis
Luminis: & posthac fratres orate sequentes
In meliora trahi si non ad funera morbi
Vitam orate dari fraudem gladiosq; retundi:
Vt sitis digni non casto lumine graui
Degeneres patris: cōmunta lumina coelis
Qui facit in cunctos effundi desuper agros
Separat haud aliquos: non hos: non deserit illos
Hoc sole: ast cunctos refouens: vultuq; quieto

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Sermo dñi.



Thalichristæ
Fructificans totaq; ex vnda ex lampade terram
Omnibus ardentibus effundit vallibus imbres:
Communisq; fator demittit flumina iustos
Iniustosq; super: nec quenq; segregat istis
Muneribus. qui te si tu nam diligis illos
Dilexere boni persoluens debita: quænam
Dona det ipse parens meritis vententia: dulces
Quas mercedis opes: nonne & qui publica quærunt
Aera: quibus tectum comisit publius aurum
Hoc faciunt: gentesq; simul: si verba salutis
Voce datis sola: quid vos hoc amplius ipsa
Gente datis: quæ tot tenuistis munera: totq;
Tradita dona: quibus præstatum desuper almi
Pignus amoris adest: qui vos non despicit hostes:
Immo vnit: reficitq; graues: cœnoq; iacentes
Mundat amans: grata selebin qui claudit in vmbra
Progeniem: dirimens gladios: ac iura cruentę
Cedis amara ciens: quibus est horrentia vertens
Vincula tartareæ miseris connata catenæ
Fortis fraterno coalectus frater in agro
Diuitias vitamq; ferens: bethsamidis vrbem
Pacificaq; domos & luminis inclyta tecta
Qui reseat: qui fraudis opus: turbamq; superbam
Discrutians: laceris potuit quæ fratibus ipsa
Cuncta dedit: q; hæc vos soluetis vocis ab vno
Officio tantum: verborum prodigium ipse
Ethnicus ista facit: perfecti estote: nitentem
Qui bonus & cœlis residet perfectus in altis
Assimilate patrem: speculumq; imitata sit ipsum
Quæ soboles confessa deum: si turribus altis
Intrepidoq; loco: geminis: auroq; paterno
Adoptiua petit sæclis requiescere cunctis.
Iusticiam fratres sempeq; attendite coram
Ne faciatis eam: fociis vt vestra videntes
Facta probent: auri nam merces debita primi
Defectura: mouent cur vos hæc terrea: cum sit
Messis abunda nimis centeno fœnore factis
Iam promissa bonis: igitur si spargere pressis
Pauperibus dignam cœlesti fœnore gazam
Sponte velis: caueas spectantes quærere: qui te

Sermo dñi.

Selebin. petes
filios: vel obui-
braculū filios.

Bethsamis. do-
mus solis vel il-
luminatiōis.

Sermo dñi.

Liber quintus decimus. Fo. cxviii.
Vt tremuli aspiciant venerant voce: tuiq;
Ingenti applausu mirentur facta sonora
Acclamate tuba: ceu tectus hypocrita: qui sub
Pelle ouis ille leo fragilem rapturus honorem
Eurigenosq; cibos: qui facta ad cuncta tot ante
Rumores: totq; ante sonos: tot carmina totq;
Præparat assiduos: commota per oppida cantus.
Tu vero vt castis pulchrum miseratus egenis
Donum ferre cupis: non hoc quod dextra parabit
Manca sinistra notet: clausis sint tradita rimis
Quæ dabis: hæc videant nulli: fat luminis est quod
Præspicit illa parens: æterna in rupe nitentes
Qui referet mensas: veraci pane merumq;
Dulce potens: reddetq; tibi centena per vnum
Dona: egressa: dies meritum mansura per omnes.
Cum vero oratis non sicut hypocrita lustris
Ferte preces altas sambuca vt flante refusas
Audiat vt populus: circos & plena cateruis
Templa petit: loquiturq; tonans: æstusq; per imos
Voluitur: & motis quasi fundit viscera labris
Dico quidem vobis quæ sita hæc gloria cæcis
Mercedem dat vana suam: ventoq; leuati
Accipiunt verbis si quæ meruere sub illis.
Ast aliter facies cum cœlum voce requires
Orabisq; patrem: famulum miseratus inertem
Eruat nebulis: recludat carcere perdat
Igne lupos: tueatur oues: frenetq; furentes
Insidias animis. tecta in penetralia dulcis
Cordis duc animum: solumq; intentus in vnum
Hostia firmati concludes pondere ferri:
Accessum patulis ne carpat in intima portis
Pectoris: incautum quod terra natus agellum
Terram affectus amans: radios de pectore pulsans
Inuadat: turbetq; preces: sterile sciat vt ingens
Heu vox: admissa sensimq; cupidinis offa
Imprimat oranti confusa papauera cordi
Ostia claude precans: secedant murmura: ne tunc
Cum pia verba sonent: superum flexura tonantem
Cumq; dolor noxæ maculas abstergeret atræ:
Decipulas patiare nouas: absconditus almas

Sermo dñi.

Sermo dñi.



Thalchriſt'æ
Funde preces: ſupero pater & qui clauſus in antro.
Luce latens magna luce: impenetrabilis ipſa:
Abdita cuncta videt: maioraq; munera reddet
Poſcere quam poſces ſi robora cuncta teneres
Linguarum. ſed non venies orator: vt ille
Multiloquax verbis qui ſperat in æthere longis
Audiri: mens ſola facit: quod nãq; ſub imo
Scit deus eſt animo: pater & ſcit quidquid egeno
Conueniat: natis nec tardat reddere cunctis
Que bona ſint animis nec curat cetera noſtris:
Ni in quantum menti plus conuenit: ipſa priuſq;
Quam petas hæc dando. fratres orabit ergo.
Summe pater noſter qui magnis maxime cœlis
Es vbicũq; potens: terre moderator & vnde
Cuncta creator agens qui curas condita: quicq;
Mortifrago veros occultas tegmine natos
Vera quies animis: patris hoc quod nomen alendis
Se nitet in nobis: ſanctum quod ſemper in ipſis
Pectoribus noſtris: & ſanctificetur: vt vnum
Vox venerata colat: nec quicquam ſanctius ipſo
Credat: cui ſoli per nullũ viuere regi:
Indiga nullius cui ſoli eſt gloria. regnũ
Aduentatq; tuum: venit hoc ſi in ſæcla nec vnquã
Summus abeſſe vales: acies orbata calorem
Percipiatq; oculis ſit tam manifeſtius ægris
Lumen: & antiquæ pellantur dura catenæ
Vincula rexq; placens animis illabere noſtris
Diſtice ſol tenebras: tua ſit ſit facta voluntas
Vt cœlo ſic facta ſolo: quam ſumma videndo
Angelici faciunt comites: hominesq; ſimulq;
Hanc faciant: iuſtus. ſicut ſic verſus ab atris
Officiis: animuſq; vt non caligine preſſus
Lucis iter cupiens: ſic corpus in infima tendens.
Hocq; die dulcis viuũ ſuper omnia panis
Mitte cibũ: ſine quo ſunt corpora noſtra furentem
Per moritura famem: da noſtris mittere venis
Noſtrũ: iãq; datũ fraterno ſemine donum:
Cumq; reſecta cohors campos habitare ſerenos
Vt v ileat: paſtis quæ ſunt tibi debita ſeruis
Et dimittite tuis: velut & nos debita noſtra

Oratio dñica
pater noſter.

Sermo dñi.

Fo. cxix.

Liber quintus decimus.

Interius plena cum pace relinquimus: ipſis
Qui debent. diris & ſi tentarier armis
Nos pateris: non cæde neci: ſuccurre labori
Erue de laqueis miſeros te motus acerbis
Quos facis & nutris: quos in tua regna vocaris
Non ſine mortificis extremo includier antris.
Omni noſq; malo laqueis ac hoſte cruento
Eripe: noſq; ſimul de nobis: caute furentes
Delitias prima rumpamus fronte: trahantur
Ex vtero in tumultum: ſeruatis viuus amœnum
Vt poſſis ſinem præſtare petentibus. amen.
Debent ablata quoniã ſi ignoſcitis ira
Illorum & ſociis peccata relinquitis ipſis
Impia veſtra pater dominũ lædentia veſter
Dimittet: q; pius iuſtiſſimaq; exuet arma.
At contra: memor ipſe manet: vobisq; nefandum
Non dimittet opus. ſcelus atq; & debita magno
Veſtra deo memori perlibrans corde nocentis
Expoſcet poenas. cum vos ſeiunia dulcem
Paſſa famem fertis facibus inimica profundis
Vitales meritura dapes: & fontibus ignis
Paſcua non faciem fert ſicut hypocrita triſtem
Ferte: parat nigrae timidum pallescere forme:
Fletibus vt cæcis rabidis de manibus vt ſi
Nunciũ incautos veniat terrere ſacentes
Inceratq; genas: vultumq; exterminat: vnde
Captet anhelantem fraudatæ plebis honorem.
Tu tamen in læto cœlans ſeiunia vultu
Contemplatus iter: quaſi viſo numine lætos
Quod coquit igne cibos poſt hæc ruitura paratos
Vnge caput: faciemq; laua queſita corona
Non ſit in orbe tuis ſi pergis in æthera factis.
Illinc luce ſedens qui conſpicit omnia viuens
Corda parens. gladium vitii ſordentis iniquum
Comprimet initiis: menteq; in ſumma leuatam
Eriget in ſobolem: virtutis fuſor amantem
Virtutem tribuens: in cuius præmia reddens
Omnia ſe faciem ſurgenti carne nitentem
Componet: quæ viuã manens quæ pulchra decenſq;
Vincat amycleam morituraq; munera formam

Sermo dñi.

Sermo dñi.



Thalichristæ

Luminibus foculi suspirent lumina: non vos
Ponite thesaurum terreno hoc orbe: quod illū
Et dolus vrgeres inimicæq; prælia fraudes
Et tinea morsus: latronis brachia possunt
Perdere: victuram superis seponite gazam
Arcibus ima petens vbi non erugo nitores
Auferat: & tinea noceant non furta: nec vlli
Effodiant fures. vbi sit tua gaza repones
Cor simul est missum quasi totis sensibus aurum
Illic securas poterisq; includere gemmas
Quo liceat dulcem simul & configere mentem:
Quo bona de laqueis videat secura quieto
Fixa bono. terram si terra exposcit ipsam
Inferiora sequens: pars est pars maxima poscens
Sydera victuros non haustaq; flumina campos
Est animus tibi cuncta notans: est lucis imago
Lux tibi summa videns: quæ ducto lumine mammam
Optat continuis prægnantem suggere votis:
Quæ generat natos per verbum cordis: in ipsa
Vnum quod proprius nature nomine natus
Altera progenies dono est facientis: alitq;
Quos generat. carnem sequitur si corpus: inertem
Pande oculum: coelis vincantur terrea: fas fas
Fas tibi cœlestem cernendam quærere lucem.
Gerne. potes. aptam geris hac in fronte lucernam
Totus est oculus lumen nã corporis: illo
Simplice: corpus erit nitidum: si prauus & ipsum
Corpus erit totum ductoris lumine prauum
Deficiente simul: cæci quæ hoc dira furoris
Vis teget: immisso lucis pereunte veneno
Igne: tuum tenebras lumen si inuertitur atras
Si sequitur noctem qui lucis compos: & ignis
Querit iners nebulas oblito tramite pulsas
Summa videns altaq; arcetur nocte: tenebræ
Quantæ aderunt: misero ne solem despice somno.
Neue tuum regnū disjungas partibus: vnum
Terra petat: nebulis luce stimulantereuulsis
Cum petat hoc animus. tranquilla pace duobus
Nemo potest dominis placidum seruire: vel vnum
Diliget: hunc cupiens nexo illi pectore: voces

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Fo. cxx.

Liber quintus decimus.

Odit & alterius vel contra: vnoq; relicto
Alter amatus erit: vincisq; tenacibus illum
Postrahet: in voto vel feruens mamonæ vestro
Vel deus: ambo simul nequeunt subsistere: cuius
Viuat amor veneratus erit. non pectora vestra
Anxietas onerosa terat: studioq; furenti
Et vigili curis viuacq; cupidine longis
Quærite non animæ quæ vobis pabula vestræ
Solliciti nonq; hoc corpus quænam induat ipsa
Plus anima est esca: plus veste est corpus: en omnes
Nulla serentis aues attrictis semina glæbis
Nonq; metunt: nulla & clausurunt horrea: factor
Has cœlestis alit: pater est qui vester: & ipsos
Diligit has plusquam: precii quia pluris: & omnes
Conditor æterna sub amœni pectoris vmbra
Confouet ipse viros superiorum in regna vocatos
Est ne aliquis vestrum curis qui ingentibus addat
Corpus: non. vacuas ergo & seponite curas:
Has habeat qui cuncta tenet: qui corpus ad istam
Crescere mensuram voluit: quod pertinet ipse
Novit: & ipse dabit: nec longis quærite votis
Vestimenta: ipsis crescentia lilia campis
Cernite: quam virides habuerunt rosida vestes:
Nullus eisq; labor: non plenos voluere fusos
Est cura: aut stratam lustrare foragine telam.
Non solomon tamen in tam magno tegmina regno
Tam cupienda tulit: non sic ad opertus: inane
Si fœnum paruo victurum tempore: quod cras
Mittitur in clibanum dominus sic vestit: amicum
Quanto magis populum dilectæ lucis alendum
Lumine delectum summa ad se munera natū
Non vos ergo feris dicentes vrite curis
Vnde merum: quæ mensa cibos: quis fercula namq;
Qui parat astra pater: prestabit terrea vester
Novit onus vestrum: quibus & careatis: in ipsum
Suspirate prius: vos primum quærite regnum
Vos vitæ lucisq; patrem: mentisq; quietam
Iusticiam hæc posthac. cuncta adiudentur optimis
Muneribusq; preces superantia: quærite neu quæ
Sit ventura dies: dies est sibi crastinus ipsi

Sermo dñi.

Sermo dñi.



Thalichristiæ

Sollicitus: satis est dolus ingens poena dolorq;
Per quem continuas discurrit tempus in horas
Primo ex orbe furens: ex quo sua gaudia vertens
Terra cadit: clypeo primæque & lucis adempto
Parturit horrentes vnaquæq; in luce labores.
Facta aliena videns scrutanti pectore nonq;
Esse velis iudex: quæ credis frigora forsan
Intus habent flammam: ne tu patiaris acerbam
Iudice sub ferulam: dignis qui abscondita fragris
Corda premat feruens: aliena haud pectora damnes
Ne tua constricto taxentur crimina loro.
Iudicium æquali lex extat ad omnis. vos hæc
Hæc mensura manet qua vos & cetera: quidnam
Ipse vides oculo festucam fratris in ipso:
Interdūq; trabes tua pressit lumina diris
Ponderibus: vastum te tristis hypocrita lignum
Mitte prius: tunc & mundata luce videbis
Tergere fraternū festucam & vellere visum.
Non vos sancta detis canibus lananda sepultis
Erigat altus honos: nature pectora: cur non
Eleuet exostis vos sancta superbia brutis:
Quos bona tanta manent: superos concernite: nonq;
Arbitrium laqueis: nō gemmas mittite porcis
Quas pedibus calcant: infringant dente: canesq;
Conuersi in rabiem positisq; prioribus ipsi
Sydera vertebant quibus: & quibus antra parabant
Delitiis non iam cœlato turbine sæuis
Cornibus ast fixis inopino murmure telis
Excrucient semper viuos in funera. si non
Est furor: vnde furor valeat compescier: vnde
Nox cadat: vmbra ruat: nascantur lumina: si non
Est amor vnde nocens pellatur. protinus illū
Querite non pigris illūq; reposcite votis:
Inuenietis enim: quidquid petieritis. illud
Et dabitur: pulsate fores: pendentur: in illis
Multa arcana sedent danda & pulsantibus: omnis
Qui petit accipiet: quærens quisq; inuenit: & qui
Pulsat in apertas gaudentia lumina valuas
Inferet: æterno quæ surgens postulat agro
Obtinet: amplexis genitor sua munera nat̄is

Hypocrita esse
primus trabes de
oculo tuo etc.

Sermo dñi.

Liber quintus decimus.

Fo. cxxi.

Nulla negat. vestrum quisnam si filius vnum
Postulat huic panem: lapidem præstabit: & illi
Si petit piscem serpentem porriget: ergo
Si vos cum prauis perituris torribus vsti
Quos premit anxietas quærendi plurima: nat̄is
Quæ data cuncta datis cœlesti munere vestris
Quos non vos cuncti potuistis gignere soli
Quanto magis vester pater est: qui solus: & vnus
Qui bonus: & qui cuncta tenet non tradita quoquam
Sed possessa sibi: quo dantur cetera: qui non
Indiget alterius: qui quamuis tempore cuncto
Cuncta det: illa manent secum sibi cuncta: nec illi
Deficient quæ donat amans: nec diripit vnquam
Quæ dederit. vobis quæ vultis & omnia vestris
Hæc sociis facite: hæc est lex vera: caute
Quæ cupitis faciant: vt vos faciatis. amœnam
Ecce diem facie: promissa est gaza: venite
Porta angusta tamen: nec sit quia temnite: mortis
Est via lata nimis: multis penetrata cateruis:
Mors latet in latebris: cum nota est firma nec villo
Iam reuocanda gradu: textis adamante catenis
Arctior. ast regni vos querite limina sancti
Sint angusta licet: turmis licet inclyta raris
Castra frequententur: minor est non gloria quamuis
Sint comites pauci: leuior non poena profundæ
Si miser vt multis mortem patiare peremptis.
Credite non cunctis quos querere regna putatis:
Pseudo vates multi: illis non credite: vocis
Blandimenta trahunt: ouibusq; simillima paruis
Vestimenta: latet rabies inimica procellæ
Ingentes: furibunda fames: vefana luporum
Atq; sitis sitiens animos: furor anxia discors
Rixa: rapaxq; manus: ex sæuis fructibus horum
Cognoscetis eos.
Quis legit an gratas spinis de horrentibus vuas:
De tribulis ficus: non ipsi dissona matri
Arboris est soboles: non prauos facta pupillos
Quæ bona: nonq; bonos quæ praua est protulit. ipsa
Semper iniqua sui similem: similemque voluntas
Progeniem belli visuram præmia sancti

Sermo dñi.

Sermo dñi.



Thalichristiæ

Castra serena manens: digitisq; tenacibus hærens
In clypeum sæui contemnens tela tyranni.
Illa tamen sobolem quæ non feret aucta decentem
Arbor: & innumeros viuentia poma per annos
Non erit in finem: rabidam passura bipennem
Externenda cadens laceros mittetur in ignes.
Arboris en fructum pensate attentius: ex his
Inspicietis eos: phaleras discernite non hic
Qui mihi tu dominus dominus canit omnis habebit
Mœnia pacis opes mellitaq; pascua lætam.
Caute domum: sed qui iussum genitoris amoeni
Compleat in immoto qui complens horrea campo
Desuper absorptis dat vina liquentia labris.
Plurima turba quidem morienti tempore cum iam
Horrida extremo taxator criminis agro
Vltima fraudatis imponet frena rapinis:
Est dictura mihi: regni venerande quieti
O domine o domine: en nos qui hoc nomine summe
Præcisa venturis tollentes pectora factis
Quod quod erat tetro suggestum virus ab antro
Vulnificosq; faces: & dæmonas orbe latentes
Dispulimus tua nos tua magna potentia magnos
Efficit: indigni domini nos nomine serui
Multa pererrato facimus miracula mundo.
Nunc tu nos ades nostros miserata labores
Sit pietas. illos me non nouisse direptos
Confitear: strictum non verba dolentia lorum
Excitasset: iustis acies confusa flagellis
Ibit acerba fremens culpam luitura. rigebit
Vox animosa iubens: æternæ carcere noctis
Terrificis tristes canibus habitare leones
Tuncq; minus saturos expellet ab aggere miluos
Immutanda ferens. a me discedite molles
Qui tam sæua dati facitis dispendia cœli.
Omnis enim viuens qui verba hæc caudit: & illa
Vt facit illa: viro sapienti est consonus: altam
Quod super ille domum fundauit caute: nec illam
Grando nocens non vnda furens: non turbinis æstus
Non maris infans: non hanc truculentia venti
Sternere sæua valet: quisquis me hæc caudit & illa

Sermo dñi.

Noticia appro-
bationis.

Sermo dñi.

Sermo dñi.

Liber quintus decimus.

Non facit: & solem si vidit nubila quærit
Nigra venenatæ deceptus imagine formæ:
Hic similis stulto: tremulæ qui condit arenæ
Fundamenta domi: quæ diri exturbine venti
Ex maris impulsu venienti ex flumine: vel ex
Cornibus hæfuri scalpenda ad tergora tauri
Corruit: & casto penitus collisa cerebro:
Datq; cadens magnam fracta vt tremefacta ruïnã:
Tantoq; maiorem: quanto sibi conscia sedem
Nouerat instabilem: venturumq; ante furorem
Audiit: & longis minitata pericula lustris
Huic fuerant toties & cantu & murmure. postquam
Dixerat hæc dominus: descendit monte: sequuntur
Hunc multi: multosq; leuat verboq; potenti
Dæmonibus pressis: & morbis mille redactis
Se pia verba deum dixit referantia magnum
Finitur liber quintus decimus.

Argumentū libri sexti decimi Thalichristiæ.

Eripit a pasto carnes animasq; veneno
Christus: & expellit morbos charitesq; refundit.
Verbo infrenat aquas. rabidis atq; imperat euris.
Et gelidos cineres in pristina membra reformat.
Et viua electis præstat documenta ministris.

Incipit liber sextus decimus Thalichristiæ.

I Amq; nitens campis tenebras pellebat auitas
Dans animis illustre decus: terræq; vigorem.
Insuprema trahi: morbosam extinguere nocte
Voce parans: oleo sitientia proluit almo
Corda hoium: & diuo charites pfundit iacco.

Ecce æger cui scabra cutis virosaq; fœdis
Membra noctis pauidos socios atq; vrbis: ademit
Delicias. virtute alta compunctus amœnum
Ex motore videns: nebulis ita fatur ademptis.
Christe precor miserere mei. solusq; salutem
Da mihi namq; potes. tu vulnera cuncta mederi
Sive scelesti parum maculis contacta duorum:
Sive per hos artus meritis infecta malignis
In q; rei penam manifesta potentia summi
Iudicis ingratum fœdarit tabe ministram:

De leprosi ad
christum.



Thalichristiæ

Tu medicus morbis: iustaq; potentior ira
In dextris vitæ latices: horrendaq; læti
Vasa tenes: seruare potens & perdere. meq;
Si mundare velis: scabiem diuina sequetur
Mundicijs: candorq; recens: quo prima creasti
Corpora: vere regens neq; enim te carnea moles
Indutusq; labor claris a mentibus vnum
Occultat. tua vis prægnantibus ingerit vnijs
Australes radios: & honori lumina regni.
Velatusq; pates: & te tua germiina præstant
Noscendum. nec fallor enim. quis namq; sereni
Astra poli fecit: quis motu ac ordine torquet
Sidera? quis rapidas proprijs sub finibus vndas
Continet: oceaniq; animos frenare superbos
Libratamq; facit suspenso pondere terram
Sistere: perpetuamq; innectit fœdere pugnam:
Et concordat opus secum discordibus ipsis
Quæ ligat: hoc quis nam? rerum quæ cernimus author.
Quis: nisi qui deus est? non staret in ordine non in
Mensura numeroq; orbis: nisi conditor vllus
Ordo idem qui fecit opus seruaret: & idem
Dirigeret: pulchroq; parens fecundet in æuum
Ex vtero causas. naturæ haud pulchra potestas
Principium de forme gerit. non ipsa subiret
Ordinis hos numeros: si cæco condita casu
Non spectet: timeat ve vllum temeraria regem.
At deus hic quisnam nisi tu? cui seruit in omni
Officio natura parens: qui lumina cæcis
Et furdjs conferre sonos: viresq; resectis
Das manibus: cineresq; in pristina membra reformas.
Velle tuum posse est. bonitas tua sancta voluntas:
Rex regum patrumq; pater dominusq; deorum
Christe faue carnem quando hoc vestiuit in orbe
Maestas diuina tuam: fratresq; misellos
Suscipit vt placida perituros contegat vmbra.
En miser æger egens medicum te postulat vnum
Leprosus. si christe velis mundabor vtraq;
De macula. iam sancte precor tua numina soluens
Eripe me a pasto corpusq; animamq; veneno
Audiit hæc iesus. nec enim negat vlla petenti

Liber sextus decimus.

Fo. cxxiii.

Ac mundante manu leprosum tangit. & inquit.
Sic volo munderis. tunc pro medicamine morbi
Velle fuit christi. tenues in protinus auras
It scabies: mundumq; virum dimisit & alium.
Indecapharnanis cum duceret inclyta muris
Lumina pro puero lachrymis precibusq; iacente
Centurio orabat. tunc qui non despicit vllum
Christus ait. dolor hic ne sit tibi feruidus: ibo:
Et curabo tuum. luce ille impulsus & alta
Mente vigens loquitur. naturæ & luminis author
Vnice non dignus sum dominum sub paupere testro
Excipiam. non sceptrâ lagi: non regia cœli
Sufficient: quid nostra domus? sed voce salutem
Mitte precor. tua vox fulgentibus imperat astris:
Et triuis herebi. tempestatumq; furores
Imperioq; premis: tu quidquid mobile circum
Ducis. sæcla tuum se temperat omnia verbum.
Sive necem tubeas tenebris exire nefandis
Et vastare solum: nitide seu sancta salutis
Robora truncatis æternum irumpere morbis
Mortis onus. factum est. nihil est quod iussa retracte
Christea dic verbo: non est labor. eicis omnem
Langorem verboq; malum. te deprecor vnum hoc:
Et puer ille facens verbo sanandus ab vno.
Quem non messenus poterit non ipse machaon
Non herbis natura valens: sed vox tua christe
Sola potest duri reuocare a limine læti.
Ipse ammiratus turbis hominemq; fidemq;
Iesus ait laudans. hæc est tua munere nostro
Digna fides. illa & puerum sanauit in hora.
Iamq; socrum petri veteratis febribus vstam
Soluerat: & multos rabioso demone tractos:
Infirmis tribuens magni quod natus amosi
Dixerat. vtq; videt multam circum esse cateruam
Allectam miris radijs: studioq; videndi:
Trans freta præmittit socios. illumq; sequuti
Conscendere ratem. pelago tunc motus iniquo
Surgit: & elatos sorbebant carbasa fluctus.
Rumpentesq; dei somnum trepidiq; ministri
Stabant orantes: vt qui vincens vndis

Miraculus xpi.

Centurio ad xpi.

Christi mirac.

Aliud christi mi
raculum.



Thalichristiæ

Iam timeant suprema pati. tunc fortis & vnus
Induperator ait. quid nunc trepidatis inertes
Me præsentem viri. donis non apta supernis
Parua fides. iussitq; mari. sic factus. & iras.
Pescuit æquoreas rabidis atq; imperat euris.
Iamq; gerasenos exustaq; solibus arua
Per placidum capiebat iter. duo corpora tunc &
Demonio stimolata graui tetrisq; sepulchris
Cum fremitu horrifono totum spumantia lectum
Quid nobis et christe tibi sine tempore torques
Dicebant. nec adhuc nox incubat vltima rerum;
Nec frenata sitis scelerum est. fera turba solemus
Hic regnare palam: sæuas & turbine culpas
Vlcisci: dominumq; viris præstare timendum.
En quid & hoc? legem diuinamq; frangere iura
Constituis. nec adhuc pœnis & sanguine iusto
Tersa hominum turba est: diua nec cæde litatum.
Ius erat hoc nobis: homines torquere nefandos:
Et raptare viros. nos desine legibus vti
Quas pater omnipotens sanxit. seu si tibi visum
Est aliter: nostrumq; paras ditare sepulchrum:
Hos porcos saltim nostro concede furori.
Annuit hoc iesus. rabidis conatibus illi
Ecce abeunt: raptumq; gregem miserere profundo.
Pastores fugiunt. & mira hæc protinus vrbis
Nuncia dant. illasq; deum timere per horas.
Venerat ad ciues patrios: lectoq; iacentem
Adduxere virum: cui corporis icæta rigebat
Pars medii: viuusq; necem iam senserat. huncq;
Vt videt: atq; fidem: quæ pignore visa superni
Digna boni: iuuenem alloquitur. deserte beato
Fide deo. verus iam crimina sæua remittit
Rex tibi. & æternæ condonat debita culpæ.
Dixerat. at quidam describis toruus avaris
Hic blasphemiat ait. nam quis fera soluere possit
Vincla nisi electi sapiens fundator olympi:
Singula qui librat meritis: rectumq; nefasq;
Temperat: & stygiis determinat astra colonis?
Huius corda notans christus: cur & mea facta
Insimulas: versasq; malum sub pectore cæco?

Aliud xpi miraculum.

Dæmones ad christum.

Aliud xpi miraculum.

Liber sextus decimus.

Fo. cxxliii.

Quid precor est manus peccata resolvere verbo:
An pedibus claudis gressus præstare vigentes?
Vt tamen agnoscas q; gnatus virginis ipse
Ius habet vt soluat culpas: horrendaq; monstra
Criminis: & gelidas frenare potentibus vmbra
Iudicis: tibi dico iacens exurge: tuumq;
Fer lectum: tibi do geminæ preciosa salutis
Robora. iam vires & magnum concipe pectus
Et te tolle super diuini signa lacerti.
Ille exurgit ouans populo admirante deumq;
Glorificante: viro quæ præstitit omnia sancto.
Inde vbi conspexit terrena recondere lucra
Telonem solitum curis sitienter amaris
In flexum: festinus ades huc inquit: & vnus
Me sequere. & sanctum ditro præcordia verbum
Ense ferit pariter: flammamq; insuflat opertam.
Illi des monitis & summi flamme verbi
Pulsus adest: sequiturq; deum: mensaq; relicta
Criminis argento nummis auroq; valet
Dixit. & æthereas admisit pectore curas.
O fortunatum cui nummos temnere sæuos
Contigit: atq; auri deductum ad pascua veri
Aera venenatis dignoscere septa periclis.
O fortunatum si quid mea carmina possunt
Vtue diu: gestentq; tuum venientia nomen
Sæcula. qui veri factus iam buccina primos.
Ostendis mundo radios atq; aurea christi
Facta potes scilicet calamo de pingere sancto.
Cumq; deus viuens epulis discumberet almis
Et peccatores: simul & simul æra colentes
Discubere: parens neq; enim male despicit vllos
Communis: cunctosq; vno constringit amore.
His aliter visum est qui non nisi carnea tantum.
Scire valent. quassosq; altos pulmone fatigant
Discipulos. quid nam est q; turpis turba magistro
Hæret. & indigni consortia perdita populi
Christus amat. circumq; animas diuertit iniquas.
At iesus cui corda patent respondet. & vllis
Non opus est sanis medico. tamen ægra iuuare
Membra decet: placidasq; offerre dolentibus vlnas.

q. iiii

Aliud christi miraculum.

In laudem matæ.



Thalichristæ

Discite sacrificis non est mihi gloria tauris
Sed pius esse volo miseris, iustosq; vocare
Non venio. populis nullus sine crimine vestris.
Omnia sunt pariter sceleri comesta maligno:
Et propriis polluta dolis aut femine lapsi
Patris eunt pessum: ni tenso occurrere morbo
Me patrius sanxisset amor: dignumq; tulisset
Ponere pro illotis gnatum patienter amicis.
Deserat vix sancta loqui. turbatus & ecce
Princeps gnata fero cuius modo percita morbo
Venerat ad stygias vmbas mortisq; furorem.
Rex ait o noster: nunc est mea filia christe
Mortua: si placeat miserum seruare parentem
Christe veni: & sanctam (quando hæc tua tanta potestas)
Pone manum: q; tuo viuet mea filia tactu.
Non opus hoc paruum gelidas quassare tenebras.
Sed raptare chaos: & vitam reddere morti
Christe potes. tunc ipse pius consurgit: & illum
Insequitur: lucemq; parat præstare petenti.
Ibat. & horrifico mulier quæ sanguinis æstu
Supra annos vexata decem fluxuq; perenni
Exhausta accessit retro: tetigitq; beatam
Vestem. namq; dei chlamydem si tangere christi
Dicebat mihi forte detur: seruabor. & vltra
Percipiam vires alias firmiq; iuuentam
Corporis. hancq; pius dominus conspexit. ait q;
Confide. indignus qui non est fidus. eris q;
Filia nostra. fides te saluam fecit. & ecce
Stat sanguis. virtusq; calet mirabile dictu.
Hactenus & passis cessarunt flumina venis.
Iamq; domum mœsti sacrarat principis vitæ
Aericanos audit conclamantemq; tumultum
Ite inquit: furuos q; necis suspendite cantus:
Dormit enim: nec adhuc terroribus occubat atris
Virgo. simul turbam valuis elecit: eo quod
Riserat: & verbis illuserat in scia sanctis.
Intrauitq; thoros: apprehensaq; puella
Surge ait. illa feri tenebris excita barathri
Agnoscit domini vocem: iussuq; sequuta
Extemplo surrexit ouans. lætumq; parentem

Aliud xpi mira-
culum.

Aliud xpi mira-
culum.

Liber sextus decimus.

Fo. cxxv.

Reddit. & attonitas hæc exit fama per vrbes.
Cumq; orbem illustrans alio transiret iesus.
En cæcos clamare duos fili in clyte dauid
Orantis miserere mei: christumq; videres
Officium monstrasse suum: qui lampade viuo
Luminat æternas animas: pulsifq; tenebris
Mittere pulchri comas: oculis gaudentibus auras.
Et quamquam dominus facti silentia miri
Iusserat: hii stupidam vicina per oppida famam
Disperdere. silent omnes sumaq; verentur
Virtutem. iamq; ecce virum quem turbida tetri
Dæmonis ira secat: mutumq; in torquet et vrget.
Imperioq; fugit christi satham: & pia tandem
Iam desperatas foecundat lingua loquellas.
At pharisei blasphema incendia passi
Dicebant hoc noctis opus: nam dæmonia calcat
In duce tartareo. fugit hic simulatq; fugari
Ipse dolens: magnamq; suscitet orbe ruïnam.
Nec tamen abstinuit bonitas super ipsa iacentes
Fundere nectar oues: nec cæcis percita dictis
Cessat ab officio cœlesti christus. acerbum
Pellit onus: sanatq; omnes langoribus vrbes.
Et ni insana cohors: si mens non læua fuisset
Ex opibus tantisq; bonis: deus ipse videri
Debit: & charo pater innotescere mundo:
Et caput: & pastor: lux: dux: & doctor: et ingens
Conditor. vteq; magis pulcherrima numina: genti
Det manifesta suæ regali voce ministros
Petrum: ioannem: bartholomeūq; philippum
Andream: thomam: thadum: geminumq; iacobum
Et publicanum æricolam prohi magna mathei:
Gloria iam sancti: chananeumq; simonem:
Et iudam miserum: qui summi oblitus amoris
Vendidit ære deum compellat maximus. illis
Datq; manus validas: inuictaq; robora sanctæ
Virtutis: iussitq; piis florescere factis:
Et curare animas: & diros pellere morbos:
Carne acheronteis inferreq; bella tyrannis.
Abramidas tentare prius mandauit: et illis
Regnum offerte nouum: manifesta q; nuncia viui

Aliud xpi mira-
culum.

Aliud xpi mira-
culum.

Multa xpi mi-
racula.

Misio aplos.



Thalchriſtiae

Fontis ait: pacemq; ſacram charitateſq; recentes
Ponite: moſeis & conſona tempora viſſis
Eruite a morbis homines: lepramq; neſaſq;
Excutate: vmbroſiſq; vocate cadauera buſtis.
Hoc tamen et gratis nam ſic habuiſtis: & ipſi
Sic date, nec ſauis diuina rependite nūmis.
Nec vos diuitiſ lucra ſpem ponite tanti
Nec que terrenis quaſita potentia votis
Vos moueat. ſum pauper enim cuncta auſpice chriſto
Paupertas chriſtiana dabit: nihilumq; miniſtris
Deficiet domini. gaudens operator habebit
Mercedem: regemq; ſequens non diſtat ab illo.
Omnis enim qui me coram mortalibus vnū
Faſſus erit: meus extat amans. illumq; fatebor
Ante patrem patrum: vitæ qui præſidet omni.
Lege pari durum me vel mea ſigna negantem
Ipſe negabo: proculq; latens diſiungar ab illo.
Cum terræ illecebris quauis mihi terra iucunda eſt
Non pacem tractare volo: licet intima iuſto
Pax placeat. ſed bella cano: gladiumq; bicornem:
Qui patrem gnato charum mihi ſeparet ipſo:
Atq; a matre nurum. nonne ipſe domesticus hoſtis
Senior. hoc magnum eſt: ſed qui plus diligit ipſum.
Aut patrem aut matrem me vero cunctiparente
Errat: et indignum radio ſe præſtat ameno:
Indignum ſancto ſi non ſuper omnia ſigno
Me gerat: tollēſq; crucem me mente ſequatur
Signiferum: vitæ qui dura ad prælia veni.
Carne ciere viros maſtemq; accendere cantu
Vituiſco. corpusq; ſuum mentemq; animumq;
Qui in me perdit habet. nam perdens inuenit: et ſe
Perdit amans: oſorq; ſui ſe diligit atq;
Delicias vitæ noſtro ſortitur amore.
Lex eadem vobis: nam qui ſub voce recepit
Vos noſtra: ſouitq; manu me gaudeat ipſum
Suſcepitſe: ſimulq; deum accepitſe beatum
A quo miſſus ego. mea q; et mihi credita curans
Seligo vos & ſic virtutum ſemina mando.
Hoc igitur noſtros qui acceperit orbe miniſtros
Veſte. eſcis. potu ve iuuans: hinc aurea noſcet

Liber ſextus decimus.

Fo. cxxvi.

Sæcula. et æterno figet ſua nomina libro
Inter honoratos proceres: quos enthea virtus
Peruehit ad primi finem: medioq; ligauit.
Interea lectus cum iam fera vincula ian nus
Carceris & poenas pateretur ſanctus iniquas:
Ex ſociis binos qui ſub baptiſmate primo
Diſciplinam tenere ſacram: diſmandat ab agno
Sciuros nitido Tu ne expectatus in omni
Tempore paſtor ades: an adhuc qui congreget alter
Diſperſas pecudes venturus creditur illi
Nomine baptiſtæ ſic viſum affantur ieſum.
Omnibus inſectis a primo temporis ortu
Stat fixum ſiue hoc deſpectu: conſcia paſſo
Impreſſit natura parens naſcentibus ipſis:
Siue pater magnus immiſſa luce nouoq;
Sole ſuum peccus: veri et paradimata nott
Participans: oculos euexit ad ardua pueros:
Venturum ſub carne ducem: qui principe fracto
Noſtis: onus mundi: & curas depellat amaras:
Abſtergatq; reos homines: ſuperiſq; reformet:
Et deſolato viſtricia claſſica læto
In lætale chaos horrentesq; afferat vmbraſ.
Tu ne hic chriſte potens: an adhuc mortalibus emptor
Expectandus erit: precio qui meſſius alto
Soluat in effoſſis mundana piacula membris:
His dominus vite doctori dicite veſtro
Chriſtus ait: mira hæc vobis iam teſtibus acta:
Lux cæcis: ſurdiſq; ſonus: mutiſq; loquella
Hic datur: & lætis precioſum currere claudis:
Orcicolas ruptis in lucem exire cauernis:
Pauperibusq; nouo vitæ dare nuncia cantu.
O felix nimium felix: veroq; beatus
Qui manet in noſtris nec fingit ſomnia verbis:
Cernit & ablato iam vera patientia libro:
Inde vbi de lecto diuina atq; inclyta ſanno
Expoſuit turbis. & ab huius regna diebus
Vim cœli paſſuntur ait: rapiturq; polorum
Temperies vrgente manu: violentaq; fortis
Brachia victuras e cœlo ardente coronas
Arripient. cia ergo viri bella horrida bella:

Legati iohannis
ad xpm.

Oratio legato-
ri baptiſtæ.

Paradimata
eternas rerum
pdeſtinariōes.
lege dionyſii.

Chriſtus ad le-
gatos iohannis.

Oratio chriſti
ad turbas.



Thalichristiæ

Hinc fas inde nefas: vitis contraria virtus:
Hinc chaos: & phlegeton loca dīro horrentia dāno
Hinc vitæ pacisq; decor: lux: gaudia. summus
Arbiter in medio posuit deus omnia campo.
Infelix hominum genus dum mœsta recusans
Pondera: & infano parat indulgere labori:
Irruit in laqueos æterne noctis: onusq;
Perpetuum. foelixq; audax qui frangere cursu
Astra sperat amans. quis te lachrymetur iniquam:
Bethsada: vel possit lachrymas æquare ruine:
O moriens cultu nequicquam exercita tanto
Heu si dura tyri infœcundaq; sidonis arua
Quos te lustravit radiis lustrasse placeret
Luciparo. non illa tuo durata furore
Sisteret: at tandem eum criminis vltor accerbi
Iudicium finale leget: vitæq; necisq;
Componet toto orbe vices: sodomæq; tyrumq;
Parcius absorbet læti dolor. aspice quo se
Merferit ingratus. tibi sed pater optime cœli
Terrarumq; deus hæc q; sapientibus ipsi
Confiteor velasse placet: qui paruula magnis
Corda cibus implet: & te finis ipse videri
Cum latitas: haustuq; faues lætentibus immo
Illudens vanas acies: mentemq; superbam.
O pater o sumum vitæ caput sic tibi soli
Est placitum: satis est et te voluisse. mihiq;
Omnia verigeno tradit pater: & nemo dempto
Me nouisse patrem potuit: gnatusq; parenti
Soli notus: adest. secreta abscondita cunctis
In penetranda oculis & non imitabilis vlli
Maestas: nec capta animis nec prodita verbis
Esse potest sine me. nam quis nisi filius ipsum
Nosse patrem valeat: vel cui bene conscius ipse
Det genitus. vos ergo omnes ad prandia mentes
Non terrena voco: duris onerata magistris
Turba veni languens. et me inuenietis in vno
Pascua: vitales latices vmbraque: salubrem.
Nonq; fugum tolerare meum gratissima vincula
Poeniteat. sum mitis: amans: humilisq; decora
Fronte nitens: geminisq; effundens flumina palmis.

Nota.

Seminis pal-
mis duob; te-
stamentis.

Liber sextus decimus:

Fo. cxxvii.

O dulces animæ. quas dīrus obabstulit error:
Discite me mitem. non imperiosa potestas
Sed mens blanda vocat: immensi pignus amoris
Non onerosa ferens. fessis inuenire quietem
Leticiam: vitam: pacem: finemq; laborum:
Me licet. huc sæuis nec quicquam exercita curis
Turba veni: te furda vocat qui condidit: ipsam.
Septima lux aderat vanis veneranda figuris.
Discipuliq; dei: nãq; illos dura mouebat
Esuries spicas mediis messibus instant
Vellere. zelotypi quidam pro lege superbi
Indignatis aiunt. et quid tua sabbata perdunt
Discipuli: violantq; sacras insultibus oras:
Non licuit christis exempla hæc dīra popello
Traddere. tunc sanctus veri vitæq; magister.
Psalmificus dauid panes sibi tollere sanctos
Non timuit: cum sæua fames vrgeret. eisq;
Pauit anhelantes socios nonq;: illa licebat
Dona sacerdotum turbis proferre prophanis.
Lege etiam scriptum est violant quod sabbata templo
Sancta sacerdotes et sunt sine crimine maior
Attamen hic templo est. pietas non hostia terræ
Grata patri. rabidam cur his insontibus iram
Incutitis. nec nostis enim quod sabbata debent
Virgineo seruire deo. legemq; viamq;
Subse sanctus homo retinet. verãq; quietem
Dat cunctis: qui cuncta mouet non mobilis vnquam.
Dixit et ad templum direxit lumina sanctum.
Ecce autem arente manu vir mœstus: & agnum
Fraude rogant liceat ne virum langoribus actum
In sancto curare die: nam criminis ansam
Astruxere pio: ceu qui temeranda doceret
Pacta palam. sed christus ait. mihi dicite quis nam
Quis nam erit ex vobis pacti seruator auiti:
Qui si cernat ouem fouea cecidisse silentem
Non reparat: lapsamq; inuet. licet anxia dextris
Sabbata festiuos iubeant pausare lacertos.
Ast oue præstat homo: viuui qui regis imago
Sorbet in abstrusis generosa charismata venis:
Impressumq; refert digito omni parentis ab ipso

Aliud xpi mira-
culum.



Thalichristiæ

Quod bona cuncta licet: diuis quoq; reddere fastis.
Sic fatus: mancum cernens extende manūq;
Dixit, & extendit. tunc et velut altera sana est
Facta manus: geminasq; extollit ad æthera palmas.
At legista cohors diuinis inuicta factis
Abdita perdendo quærebat tempora christo.
Nec latuere doli dominum. nonq; hora necari
Qua dignaretur erat. cessitq; alioq; recedens
Spargit opes vitæ: multisq; sequentibus illos
Eripuit miris a morbo et dæmone factis.
Præcipiens illis ne dent manifesta superni
Signa boni. sic nāq; canit fallentis heros
Ecce puer meus est in quo mihi conscitus ipse
Complacuit: rectusq; meus: quo flumina summi
Fusa superq; boni. vox illi abscondita: nullum
Murmur erit. turbas supera ad conuexa remotas
Ducet ad oratum mundo caput: & pius alto
Iudicio cassum non franget arundinis oclum:
Nec linum quod fumat amans extinguet: adusq;
Victor gentilem longa spe firmet amorem.
Inde sathaniasco miser excruciatu ab ostro
Iam visu vocisq; carens offertur amoeni
Ante pedes christi. triplici quem mole resoluunt
Acutum: redduntq; potens lumēq; sonūq;
Obstupuit secūq; pauens ignobile vulgus:
Nunquid ait: gnatus mortali semine nobis
Credetur iste: pater ne huius dicetur ioseph:
Aut dauid: tantis terrena potentia miris
Inpar erat. secumq; premit: secumq; volutat:
Quis deus huic tanto iuueni. nec turba minori
Sub rabie pharisea gemit: de rege nefando
Hæc venit hæc virtus: et ab acheronte maligno
Vis hominem furiosa mouet. nostrosq; fefellit
Horridus aspectu multaq; volubilis arte
Belzebutaneæ damnatus carmine nocti
Dicebant. sed intus eos et in cute noscens
Iesus ait: scissum sceptrum in contraria regnum
Omne cadet: secumq; domus diuisa fatiscit.
At sathanas sathanē si pugnat toruus: & illum
Eicit aduersus: diuisosq; obuuios ipsi

Aliud xpi miraculum.

Liber sextus decimus.

Fo. cxxviii.

Stare nequit. regnumq; cadet serpentis et iræ.
Ast ego si in stygia feci atrum dæmona dextra:
Qua precor huius nostri faciunt hoc voce ministri:
Qua precor huius vestri gnati: vos iudicet ergo
Hæc soboles vestri generis. verum incluta virtus
Si domino christoq; datur cum flamine viuæ
Lucis ut infernos exturbet ab orbe tyrannos.
Peruenit in vobis diuina potentia sancti
Pignoris. o vtinam non nox eterna recingat
Abramidas. cedantq; atræ fulgoribus umbræ.
Quis furor o fratres quæ vos dementia: fortis
Qui vasa arripuit: fortem prius ipse ligauit:
Diripuitq; domum vacuum: cunctosq; relictam
Præsidio. qui non est mecum contrarius a me
Dissidet. & spargit qui me non congregat vna.
Væ quibus in mundo hoc sceleris non poenitet atræ.
Non pater aut gnatus spirati luminis ingens
Dedecus absoluet: nec enim nisi pectora dura
Flexeris innocuo visa est clementia sancto.
Quid nam erit in fallis: si verba superflua restant
Iudicio pensanda graui. verbisq; parantur
Præmia vel poenæ: tunc sic efatus et altam
Infundit lucem nebulis. scribēq; rogabant
Dicentes: vero nunc te pia signa magistro
Querimus eni saepe est a signis certior ipsis
Facta fides hominum. quis diuo credere mosi
Compulit aut famam decorauit thesbitis illam:
Cognita per signum virtus. cum sorbuit ille
Serpentes virga pharisos. cum tangitur ira
Alter et horrificas deduxit ab æthere flammæ.
Ast nemo illorum genitus de luce: nec vllum
Mentitus numē: domino se æquauit operto.
Tu quæ signa facis diuino consona verbo:
Nonq; audire sat est cupimus tua signa videre.
Sic fati. at christus respondit. adultera signum
Turba petit fecunda malis conceptibus. illi
Nec dabitur signum: nisi quod sub ventre ferino
Ionus habet. velut ille alta summerfus in vnda
Delituit trinoq; die: sic virginis alte
Filius ipse potens stupefactæ corpore terræ



Thalichristæ

Noctes atq; dies totidem claudetur. eritq;
Ianua ad aperta necis. et vitæ gloria magnæ
Lustrabit sine nocte dies. niniueq; resurget
Versus in hanc prolem q; missi ad carmina ioni
Poenituit: doluitq; nefas lugentibus. ecce
Vatibus hic plus est: ionaq; feracior ipso
Vox alimenta boni tribuens. dānabit ab austro
Hos regina viros: quæ post salomoniam verba
Currit ouans: ipsamq; a terræ finibus vsq;
Perduxit laudatus amor sapientis. & ecce
Huic nihil est salomon. huic si referatur et alter
Vmbra fuit. ceditq; nouo latonia phœbo.
Sic effatus erat. diuinis uocibus et iam
Huic populo æternam per vera exempla ruīnam
Vaticinatus. adest sanctissima mater et eius
Fratres. aduentum quoddam et referente suorum
Cristus ait. quicūq; boni præcepta parentis
Qui nūquam ex alto sedet ex turbandus olympo
Implet: simul hic frater materq; sororq;
Est meaq; stollam sceptris candentibus albam
Suscipiet foelix nitido potatus ab anne.
Et iam sanctifici cum lactea flumina verbi
Auditus turbis nonq; intellectus auernis
(Viderat antiqui ceu quōdam gnatus amosi)
Voce daret: miseris curasq; resolvere sæcli
Ac superum suaderet iter: securaq; castra
Querere: & amplexos nexu radiante manūplos.
His stupet in cunctis populisq; vnde ista rogabat
Huic virtus. fabro tanta est sapientia christo?
Nonne pater faber lignarius: nonne parentem
Huic mariam fratresq; simul matrisq; sorores
Noscimus: hic et homo est nec magnas doctus athenas
Nec tumidos nili latices nec phœnica nouit
Dogmata. nec teneris mosem sibi forbuī annis.
At nihil est vsq; christo sapientius isto.
Implicat absorptas animas. gūitq; loquendo
Affectus in mente pios. inspirat et ignes
Aethereos. pungitq; altis præcordia verbis.
Hæc secum infidi reputant. cæciq; volutant.
Et quia christigenæ clauderant limina flammæ:

Nota.

Liber sextus decimus.

Fo. cccix.

Non illis sol luxit amans: nec sancta potestas
Affulsit: tantum est radiis obstare refulsis.
Dumq; ea per iesum penitus miranda geruntur:
Herodes diuim tenebroso carcere iannum
Alligat. in veri precium: sanctumq; furorem
Indignatus eum superis expellit ab auris.
Ille etenim turpem venerem sæuosq; hymeneos
Incestumq; thorum zelo dānauerat almo
Non tulit hoc ardens: infano foemina voto.
Et nunc blanditiis regem oppugnabat apertis:
Nunc gemitu. vicit tandem. fera vincula ianno
Nestuntur. manifesta fides virtutis acerbo
Vista dolo: sanctusq; dei præcurfor amicus
Sub gladiis summo crudelibus hostia vero
Mactatur. notumq; furens quid foemina possit:
Et quantum vili placeant mendacia cordi.
Audiit hoc iesus facinus: sed mente recondit
Instructas pœnas sceleri. stant vltima fata
Liberigeri seruata deo. desertaq; transit
In loca et innocuos vitis absentibus agros.
Hic nec solus erat nāq; alium multa sequuta est
Turba virum. foelix quæ sacro pendula verbo.
Iam se oblita suum temnit peregrina laborem.
Vespere sed tandem cum sancta silentia lassis
Instarent terris: domino dixere ministri.
Horrida dumetis hæc littora transit hora
Prandendi. iam mitte viros si cura laboris
Est tibi lustratis emant sibi prandia villis.
At dominus cui velle satis: siue omnia tetro
De nihilo formare paret. siue ætheris alti
Corpora non viso terris inuoluere casu:
Panes quinq; duos pisces: quos omnibus inter
Inuenit ad pastum: pastor mirabilis ingens
Vnicus assumit: veneranda voce iubetq;
Innumeram strato turbam discumbere sceno
Panibus his ceptis et piscibus insimul altum
Suspiciens cælum: panes piscesq; potenti
Multiplicat nutu. Dextrasq; atq; inter et ora
Prandentum fractas foecundat maximus escas
Astor. et ex aucto nihilo substantia reddat

Mors ioānis
baptiste.

Recedit ad alt.
ud miraculum

Aliud xpi mira
culum.

r



Thalichristiæ.

Multiplicata sibi sine femine semina sancti.
Et pasto ingenti populo cum millibus esset
Quinque expulsa fames epulis, fragmenta supersunt
Iam toto maiora suo, licet obuius instet
Doctus aristoteles: et quodquod nobile terre
Vulgus honorato circumuolat ardua visu.
Dextra dei fecit virtutem, dextra christi
His maiora potest, nec enim metienda potestas
Illius: in solo qui fecit cætera verbo
Numinis: et vacuum distinxit sortibus æuum:
Solutus et astra poli digito sustentat in vno.
Transfreta iamque suos victo mittebat ab hoste
Qui violat plerumque bonos innata cupido
Nominis et famæ, medio nauicula ponto
Stat titubans trahiturque vado rimosa profundo,
Incubuit boreas: solitaque furentior ira
Imprægnat violentus aquas: proramque fatigat.
Discipuli pauitant sancti: iamque vltima mortis
Passuri tormenta tremunt: pauidoque gelantur
Pectore: nec properis possunt succurrere transitis,
Interdumque pius montem conscenderat agnus
Multa patrem tentans manibus orasse supinis
Pro gente obstrusa tenebris: vt inania vota
Auferat, æthereumque animis: cœlestibus ignem
Inspiret, foueatque regens, Ecce asstitit ipsis
Nocte sub ingenti trepidantibus et pede pontus
Calcat in offenso: rapidis non læsus ab vndis
Virtus calcatoque est nota theandrica ponto.
At primi proceres fidei fulgentis: amœnum
Vt videre virum sic gressibus ire per equor
Compositis: pulchrosque pedes firmare per vndas:
Ceu phantasma timent turbatis sensibus, atque
Herebāt, christusque refert me fidite sum sum,
Dux ego vester amans, terrenum arcete timorem:
Audit: hæc petrus flammaque ardentior ima
Sic ait, o princeps si tu mihi christus: ad ipsum
Me precor vt iubeas calcato accedere ponto.
Annuit omnipotens et verbo filius in almo
Protinus æquoreas faciens se petrus in vndas
Ambulat: extremas nec mergit in æquore plantas.

Hos honoris
superbia.

Aliud christi mi-
raculum.

Legit dionysius
et thomam de vir-
tute christi thean-
drica.

Liber sextus decimus.

Fo. cxxx.

At sufflante noto tumidas vehementius vndas
Extimuit: coepitque simon formidine mergi.
Clamat et ad christum: quem sciret ad omnia verum
Artificem vna placidum regnare medella:
Christe opifex rerum vitæ melioris origo
Cui seruare animas: & iniquam vincere mortem
Pugnant: laqueosque datur absoluerè diros:
Eripe me et miserum diuina in tempora serua
Vericanum: victo cum lux mihi candida læto
Surgat: et in tenebras radios effundat ouantes.
Me precor omnifono vitæ dare nuncia cantu
Atque resurgentis testem concede tonantis.
Vix ea fatus erat christi cum dextera magni
Hunc apprehendit aquis raptumque extraxit ab imis
Castigatque fidem modicam: vilemque timorem.
Conscenditque ratem fractis et flammiferis curis
Credetur: et lætis colitur pia gloria nautis.
Genefar inde solum furis torquentibus actum
Circuit, et diuo languentes lustrat amomo
Viuida ab æternis diffundens balsama cryptis.
Spargit opesque suos rapit inuadentibus agnos:
Infectumque gregem: vulgus quod debile morbis
Venerat ad vitam: maculis reparabat adeptis.
Quin etiam solo vitalis simbrina tactu
Vestis eratque modo curabat morbida miro.
Nam quicumque dei vestem tetigere beati
Hac geminum posuere nefas: corpusque animaque
Iam renouata cohors crudelibus explicat iris.
Sacramentum ingens, vestis nam fulgida magni
Est caro sancta dei, qua maxima tegmine paruo
Maestas adoperta latet, vnamque salutem
Hac ex carne datur miseris haurire cateruis.
Ventum erat ad tyrios arentia sidonis arua.
Et mulier chananea gemens egressa nefandis
Finitibus a: christum venis ita fatur obortis
O princeps rex atque potens fili vnice dauid
Admiserere mei: seruo mea filia damno
Vexatur: pareteque iacens torquentibus vmbis.
Audit hæc christus, sed non audisse rogantem
Ceu simulans properabat iter: tacitusque premebat

Petrus xpo.

Multa christi mira-
acula.

Aliud christi mira-
culum de chane-
nea.



Thalichristæ

Ardorem. fessi sed tunc clamare ministri
Cooperunt dimitte illam: precibusq; morantem
Solue tuos. durusq; etiam persistit iesus.
Inquit et abramidas tantum petiturus ab alto
Sum missus nostræ nec gens saturnia curæ.
En quid agam? viuo supplex tunc fœmina voto
Flexit adorato et crura et corda benigno:
Auxiliumq; petit. christusq; hæc fatur. ab isto
Pascere pane canes gnatis sitientibus ipsis
Non licet. illa tamen motoribus incita lætis
Hæc ait o princeps et me tibi summe tuamq;
Adpartere. solent: a gnato et patre catelli
Sub mensis restuas dominorum lambere micas.
O mulier tua magna fides respondit iesus
Vt petis expulso viuat tua filia morbo.
Nec mora diffugiens iuuenili e corpore febris
Pallantes vmbras herebit: noctemq; profundam
Morbiferaq; plagas christi tremefecit honore.
Inde galileum firmato dogmate pontum
Cum verus flamē lustrasset et ardua montis
Conscendisset: erant turba ingens languida: et omnes
Vsq; tulere reos: mutos: cæcosq; carentes
Sensibus: et vario possessum demone vulgus:
Adq; pedes domini proiectos christea virtus
Et curauit eos: & luminis implet et auræ
Viuifica. turbatq; nefas cedentibus vmbris.
Turbæ autem dulci resonabant cantica regi.
Magnaq; theogeni splendebat gloria christi.
Ipse vt multiplices videt esurire cohortes
Oblitas mundi: animas: non carnibus escas
Prolonga quæsisse via. mihi conuenit istos
Et saturare viros: & mensa lucis aperta
Olim signa cibi præstare potentia sancti:
Dixit. et accipiens septem cum panibus vna
Pisciculos paucos triduum propulsat ab illa
Gente famē. et placido reparat præcordia succo.
Mille quaterq; aderant qui cum iesunia vero
Soluisent de more cibo: fragmenta videres
In septem plenis etiam superesse canistris
Haud dubiam factura fidem tribuisse potentem

Multa xpi mi-
racula.

Et iud christi mi-
raculum.

Liber septimus decimus.

Fo. cxxxvi.

Christum calcato septena charismata læto.
Iamq; magedanos fines ditarat opima
Luce nitens: et passis immiserat enthea venis
Dogmataq; et cautos ventura in bella ministros
Fecerat atq; oculos radiis armarat amicos.
Hæc rogat atq; suos: quem me putat esse vocatos
Mundus ei referunt quod tu baptista vel ardens
Helius aut vates inter furis entheus omnes.
Ille autem comites vos quem me dicitis. illi
Petrus ait. christe es domini tu filius alti
Vno ex patre deus: nulla non gnatus in hora:
Sed semper patri socius: doniq; superni
Inspirator ouans: amplexu nexus amico
Ebibis æternam charitem: fundisq; tenescq;
Vnicus splendor vero sub imagine summam
Lucis habens: viuatq; refers immobilis artem
Ars idem. mundi: potens fundator: et idem
Nunc renouator ades: fomno miseranda vetusto
Secla die recreans: sceptro non lapsus ab vno:
Qui venis huc doctor tenebris vt corda malignis
Obruta theogeni viuaci lumine veri
Subducas nostri: rapiens a fauce veneni.
Das capiti corpus placidum: gnatoq; recentem
Progeniem: vitaq; ligans cum principe formas
In mortale genus. & verbi semine sancti
Sol pariens te: viuis agens in partibus ipsis.
Huic dominus cernens calamo responfat acuto.
Vere simo tu es radio non obuitis almo
Obediens luci viua. nec missa repugnans
Dona: sed has flammæ animo candente receptans.
Felix o nimium felix cui vera potestas
Cognita ab vmbrifero dedit in superabile conto
Robur. et humanos diuino lumine sensus
Imbuit. arcanoq; reuelat mystica pulsu.
Hoc non carnis opus. non hoc a sanguine factum
Crede. sed illapsu summi omniparentis iniquas
Qui nebulas: noctemq; terit: purisq; bonisq;
Oblatus coelo datur aspiciendus opimo.
Dixisti a vero mysteria tracta magistro.
Dico tibi in precium factæ virtutis: et ipse

Confessio petri
de xpo.

Ero sub ima-
gine. i. sub veri-
tate imagine.
xps enim nõ solus
est vera imago
patris. sed veri-
tas imago. nõ
ta hoc.

Xps petro.



Thalichristiæ

Es petrus: fideiq; gerens immobile saxum
Stabis in aduerso nunquam violabilis orco.
Teq; super populi componam mœnia iusti
Quæ non furua cohors tenebris: non turbida flammis
Thesphone aut cuncti rabies onerosa barathri
Aeternum meditata nefas: fumantibus umbris
Vincere: non stygiæ valeant confundere portæ.
Hæc mansura petra est semper. regniq; polorum
Stat clauis habitura fides. quodcuq; ligaris
Vincla subit caelo: caelo soluetur et illud
Quod solues. superis et sistent terrea votis.
Hoc autem vobis notum non gentibus istis
Scire licet. nec adhuc lux aperienda per omnes.
Ergo referte animis atq; hæc mea figite dicta.
Ex inde electis placido sermone ministris.
Ostendit mira alta loquens q; oporteat ipsum
In solymantinis factorem vulnera campis
Multa patris: a scribis atq; a senatoribus: vnum
Fusurum ruptis vitalia flumina venis
Mactari. trinoq; die se surgere cæsa
Morte tenebrigenis post tartara vincita catenis.
Audit: hæc petrus zeloq; accensus amaro
Increpat hæc christo. num conditor optime te te
Sæuæ ausint scelerare manus: num figere corpus
Diuinum: vitæq; patrem corrumpere ferro?
Absit. et hoc nunquam summi patiatur imago
Principis: ante polus stigias mergatur in vndas.
Ardeat et pelagus. subitoq; exterrita motu
Terra chaos priscum repetat. manesq; reuoluat.
Conuersusq; deus grato venerabilis ore:
Hos sathanas non istud erat quod ante notabas.
Iam terrena sapias: iam nil nisi terrea nosti
Qui nuper noti tractata lampade christi
Tantus eras: dixit. socios et versus ad omnes
Qui sequitur me linquat eum. vexillaq; gestans
Viuæ crucis nostris vestigia ponere plantis
Non dubitet: nec ferre nefas. sic itur ad astra.
Nunquid ait prosit lucrari hæc gaudia terre?
Falsa: acheronteis animâq; in mergere monstros:
Quod nam animæ pondus mensura æquabit in vna?

Petrus xpo.

Christo petro.

Liber septimus decimus.

Fo. cxxxix.

Quis valeat precium pro mente rependere dignum?
Ecce hominis soboles ventura nitentibus armis
Luce patris: regnoq; potes: roburq; paternum
Ostentans mundis: et quæ siluere nefanda
Tempora: et ætheream cœtu radiante coronam
Ad referens cunctis exoluet debita factis.

Finitur sextus decimus liber thalichristiæ

Argumentum libri decimi septimi thalichristiæ.

Diuinos latices et numinis inclyta signa
Dat christus. creditq; pio samaria verbo.
Emanuel famulis diuinum laudat amorem.
Et foelix cæcus cernit noua lumina natus.

Incipit liber septimus decimus thalichristiæ.

Sexta dies aderat vero placidissima seculo
Inditum factura boni. quom pulchra beati
Principis humanas facies exuta catenas
Splendicat: et viuæ præstat noua signa tyaræ.
Ergo petrum ioanemq; simul fratresq; iacobū

Assumpsit iesus: celsiq; in culmina montis
Ducit. et ante illos memorandis testibus vsus
Mutat corpoream vultu radiante figuram.
En facies radiis ignita vigentibus illi
Exsuperat solem: flammâq; ardentior omni
Corda virum tacto religat gaudentia motu.
Vestimenta eius nimum fragrantia lætas
Et superant candore niues. nam sordet adempto
Lex christo. christoq; nitet perfecta decoro.
Ecce autem priscus dempta caligine moyses
Helius: et læti pariter christoq; loquentes
Dulcia glorifico resonabant cantica iesu.
Alma charis cantum memora vocemq; manūq;
Lux mihi diua refer. qua flammeus helius alto
Colloquitur christo: qua sensus pandit ouantes
Oranti similis visusq; infixus in vno est.
O. o. o. dulcis. quis enim tua nomina dignæ
Exprimat vna salus venisq; incognita nostris
Mæstas: salue empyrei deus optime castris

Terri seculi de
est vt est in diffi
nitone hiero
thei.

Trasfiguratio
dñi.

Mystic' sensus

Moses.
Helias.

Esio helie ad
xpm continens
totâ theologie
summam.



Thalichristiæ

Ordo bonus: pulchram pariens pulcherrimus ipse
Mensuram: rerumq; potens vitalis origo:
Finis et: absorptis viuens sine tempore membris
Aeternum caput. o salue ingens gloria. quo te
Concipiam sensus non est mihi. rumpitur ecce
In radio lux nostra tuo. verumq; tenebras
Lumen agis. turbasq; acies mirabilis omnes.
Sed mihi quando quidem de te quem cernimus actos
Inflantem calamos accensaq; corda mouentem
Est aliquid quod scire datur. quod pandere scitis
Luce notis. visusq; iubes expellere gratis
Socraticas nebulas arcesileumq; furorem.
Dignarisq; iubar purgatq; traddere menti
Diuinum: nec grata pio nox improba regi.
Suscipe nunc titubos cantus: veniamq; remitte
Si diua humano tentarim carmina plestro.
Tu bonitas æterna bono non hausta refuso:
Techaris immenso quauis bona diffuat actu.
Te substas. et cuncta simul substantia lufrans
Nulli mixtus ades. atq; ente exceptus ab omni
Causa trahis causas in finem prima secundas:
Exsuperans plenos omnis: atq; inter egenos
Plena manens: non nota mouens: vitamq; potentem
Vita super nullosq; aut visa aut cognita sensu:
Ens verum simplex: & viua potentia nullis
limitibus compressa: suis non indiga causis.
Infinitus ouans: quod totum maximus esse
Ambit: et inspirans vitæ super eminet omni.
Te canimus vitæ authorem: lucisq; parentem
Innocuum: qui recta omni virtute volendo
Liber mente facis non ductus iure: nec vlli
Astrictus legi dominans: lex nanq; voluntas
Est tua: quæ iusta est: nec vero discrepat vnquam
Aut pulchro: se recta potens: sed et optima semper
Ex se: pulchra suis quæ iura nitentia factis
Amplectitur: iura alma bonum quæ sanxit amicum.
Te canimus dominum. cuius sapientia vita est.
Iusticia est pietas. sapor vni nexus amor
Vnus: nume adest non vllis mobile seclis.
Qui cum sponte viros vitæ sibi destinat aræ

Arcefla magi
ster ignozit q
nihil sciri posse
profitebatur.

Ista helte oſo
maxima attatio
ne legeda est.

Liber septimus decimus.

Fo. cxxxiii.

Dat bona: & ætheris superum fornacibus ignem
Infillat: mentemq; rapit: formatq; regitq;
Sed non sic cæcum viles cum præcitat ad orbem
Venturos. non ille scelus culpas ve dolosue
Cogit: in æterno tantum videt omnia vultu.
Odit & esaucum: fratrem non odit. vtriq;
Est tamen æqualis qui diligit omnia dextris
Facta suis. lucemq; parem viuumq; calorem
Dispensat. quicumq; tamen non cernuus altos
Pellit humo radios & pulsibus obstat anhelis
Hic sese indignum recto a se finxit amore.
Te canimus veram foecundi luminis artem.
Quæ cum diuitiis esses opulenta decoris:
Non aliquid maius seruis habitura repertis:
Fecisti triplicem mundum: varianq; sub ipsis
Seminibus prolem. subq; ordine nestis amico:
Stans super: & nexu placido discordia iungens
Entia: nulli absens & testis in omnibus: vlli
Non permixta sacro seruas tibi candida dono.
O deus o princeps cum sis super omnia non es
Elatus. non intra omnes contentus ab illis.
Non extra electus. non infra es pressus. vbiq;
Totus ades. subdisq; oculo te singula vero
Non visus: impletq; tuos vere integer annos
Motor: pace sedens tranquilla: & tempus in omne
Omnia portanti non est labor. otia non te
Moerant. non summi tractata negotia cæli.
Teq; boni causam canimus: licet improba saepe
Permittas: non illa facis. nec enim mala recti
Fons sineret: prauis sanctum nisi sciret ab ipsis
Extorquere bonum: vitiisq; exercita virtus
Esset ob euitum clarissima facta venenum.
Hinc te virtuti placidum noua gaudia sanctis
Accipere: & vitiis ira distare furenti
Dicimus: increscat quamuis tua gloria nunquam:
Aut minuatur eo: quo stat sibi semper in vno.
Teq; ptum misero das flumina viua vocanti
Affectu nullo tractus: tecumq; perennis
Pacifcus: vitalis: amans idemq; superbis
Criminibus funestus atrox: & sanguine tinctus

Doctrina pauli

filii del est ars
patris.

Nota.



Thalichristæ

Ceu leo sopitæ das horrida vulnera nocti.
Ergo tibi æternam laudem præfulgidus æther
Offerat & numeris reboantia sydera lætis
Sūmigena gratos modulentur arundine versus.
Te & soboles terrena colat. solumq; potentem
Laudet. & exusto premat alta silentia corde.
Ac dulci aspectu domini suspensa beati
Perpetua ignito circumcubet atria voto.
Dixit. & ad veri radios summumq; decorem
Hæret. & aspectu sorbet noua pocula christo.
At moyses anima tota defixus alente
Fronte silens tacito celebrat mysteria sensu.
Ac tandem christum paucis ita fatur amœnum.
Isac abramides genensis pulcherrima rerum
Per quem tabosos pietas effluxit ad agros:
Qui medio vitæ doniq; aspergine sancti
Humanis diuina ligas cœlestia terris.
Audieram memini: nec me tua fallit imago:
Cum dominum patremq; videns in montibus altis
Cernebam ventura procul: mundoq; ferebam
Vmbrosas leges: & duris testa figuris
Dogmata in excidium sceleris mortisq; nefandæ
Pastorem eumenidum thalamis hinc inde resectis
Promissum: regna atra fero qui vinceret scitu:
Et fosa elato calcaret tartara ligno.
Teq; fore hunc sanctus veri inspirator: & omnes
Veri soni vates: cœlumq; edocta canebat
Turba virum. hoc fulgens narrauit ab æthere cantor.
Sydus & extremis qui primos traxit ab indis
Luce magos. & magnam turbantia lumina romam
Te nascente. lares phytii tripodisq; silentes:
Mutus apollo: ferisq; expulsus corniger aris.
Et de turbati puero exulante proterui
Fumestiq; ioues. vosq; indubitanda patensq;
Cum baptista tuis lauaret flumina membris.
Post hæc sancta salus præstata dolentibus ægris
Frenatum pelagus: gelidisq; excita sepulchris
Corpora & ipsa tuo dæmonia percita verbo.
Verum erat in sanctis (domini decreta superni
Sancta voco) te christe prius vulnusq; necemq;

Hona pocula.

Moysi ad
christum.

Amisipole.

Liber septimus decimus.

Fo. cxxxviii.

Passurum: & rabidi confossum cuspidis ferri
Ex latere æternas effundere gentibus vndas:
Effuso & maculas abstergere sanguine nostras.
Et non ante subar ostendere carnibus alnum:
Mittere nec diuos radios numen ve decusue
Ostentare palam: quam vera funeris hora
Hæc tua defixi terebrassent viscera clauis.
Et caput hoc sanctum spinis iacuisset acerbis.
Nam decuit prius ista pati. sic gloria christo
Expectanda fuit. quæ causa ignota supernum
Mutauit votum: cur ve hæc. tua gloria passam
Ante necem: claretq; tuum sine sanguine corpus?
Pœnituit doni magni: vel mortis imago
Terruit ista deum: an ne es moriturus: at istam
Qui videat faciem qui membra nitentia viuus
Perspicat flammis summoq; ardere decore:
Audeat insanis christum violare lacertis:
Non equidem. nec stygiis tanta est dementia dextris.
Horrescet crudele nefas quicumq; beatum
Creuerit. heu tanta lustratum lampade corpus
Non erit in laqueos aptum trepidabit ab ipso
Sæua manus. hominumq; cohors delusa iacebit
Tanto emptore carens tenebris oppressa malignis.
Quin potius te christe precor promissa resolue.
Et moriens abrumpe necem. lectumq; fatiga
Cæsus. & infernum diffuso sanguine victor
Rumpe chaos. tu pax nostro iurata parenti.
Vita salus nostra es. nostris pia debita culpis
Victima. te sancta verum referebat in vmbra
Alter sponte puer patrias casurus ad aras.
Ergo age. ni dubitas ruituram euertere mortem:
Rumpere & vmbrosam rabiosi principis aulam:
Et damnare scelus: miseros & soluere patres:
Et tecum læto ductare per astra triumpho.
Hoc summæ virtutis opus: te numine dignum
Carnato. totumq; genus terræq; poli:
Te petit hoc: christo quod non queat alter adempto.
Dixerat. hæc christus. nec te lux nostra sefellit.
Nec reuoco promissa potens. stant ordine iussu
Certa bono. vitensq; pater me misit. egoq;

Opponit pati
christum.

Isaac filii abra
am.

Christus ad moy
sem.



Thalichristæ

Sponte trahor. nostrumq; paro dissoluere templum.
Nec dubita. dabitur diuini sanguinis vnda
In sceptrum commune potens. vt semper & c nunc
Mors mihi certa placens. & erit mihi sanguine sceptrum.
Sed quoniam paruos vero informare ministros
Quos docui mens est: vitæ isthæc signa beata
Prima dedi. dixit. somnoq; extraxit ab alto
Discipulos. ipsi vt radios numemq; deumq;
Videre: æternosq; stillantia membra liquores
Mellitumq; iubar. tenebratus lampade petrus
Tres bone christe domos vati mosiq; tibiq;
Hic faciamus ait. placet hic mihi tempus adesse
Perpetuum raptumq; tuis accumbere flammis.
Interdum diuos intermicat aura colores
Et nubes nitidis exumbrans nubila flammis
Textit eos.

Petrus ad xpm.

Ecce ex nube sonus. meus hic est filius. hic est
Dilectusq; meus quo sunt mihi gaudia charo
Vera bono. hunc mentes animis sitientibus omnes
Audite. hic nullum fallit nec fallitur vilo.
Hæc vbi dista. almos & luce & voce ministros
Terrificat. quasi horrenda formidine pressis
Obstupuere animis gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor. christusq; leuans ex puluere dixit
Ne trepidate animis ego sum custodia iustis.
Tandem vbi per tactum veri omni tenentis amicum
Excussus pauor est paulatim attollere vultus
Incipiunt nullumq; vident nisi corpus iesu.
Nam velut ante patris verbum sub carne latebat.

Mysticum.

Et diua humanis velantur numina membris.
Nam quicumq; leuans oculos despexerit orbem
Terrenum: somnoq; graues: nil cernere verum
Te nisi christe potest: oculo qui solus aperto
Occurris: præstasq; sacram quærentibus vmbra.
Venerat hinc tandem: tacitaq; in mente ministris
Iusserat excelsi seruare silentia facti:
Donec sancta dies destructo funeris orco
Surgentem christum videat: viciisq; tenebris
Principia electis præstare nitentia fastis.

Christi miracula

Iamq; interstabat turbam genibusq; reflexis

Liber septimus dectimus.

Fo. cxxxv.

Flens miser orat opem puero languente precesq;
Obtulit. hæc dicens. gnato miserere furenti
Dux hominum. nam sæpe focis torquetur aquisue
Amens: dum sæuo nimium parete tyranno
Cogitur. hancq; tui rabiem curare ministri
Non potuere. deus inuenemq; huc ferte beatus
Dixit: & eiecto per solam dæmone vocem
In lætale chaos puero noua vita salusq;
Redditur & sanctum laudauit turba magistrum.
Acceduntq; sui dominum pauidiq; rogabant.
Cur valuist sathanas nobis obsistere: morbum
Pellentes christi nomen numemq; vocantes
Nequicquam illudens sub pectore mansit opaco?
Hæc illi. at contra dominus quia pectore vestro
Est non vera fides. & enim qui corde sub omni
Credent & nebulas patietur lampade nullas:
Carmellum assyrio poterit transfundere tauro.
Rursus hyperboreos libanum traducere ad axes.
Vis æterna fides non vllis inuia votis
Naturæ frangit laqueos: archanaq; claustra
Quæq; subit: centumq; oculis inuertice summo
Signa notans absorbet aquam præstantis olympi.
Venerat ad iudæ fines. iordanica transit
Littora. & vmbatas florenti margine ripas.
Et simulac populos testata est fama per illos
Aduentasse deum. variis languoribus actos:
Huic de more ferunt. quos morbo & dæmone curans
Eripuit: dedit atq; pias nascentibus auras
Nunc alio sub patre fonens: legemq; peremptis
Nascendi geminam mundo admirante reduxit.
Tunc pueros offerre suos: vt vertice dextram
Imposuisset erat studium. turbamq; videres
Infantum tacto charites apprehendere christo.
Sic vbi cum grati per longa stagna calci
Lætisonæ glomerantur aues. tantumq; ruebat
Vulgus vt hos famuli prohiberent murmure christi.
Ipse indignatus neuos a flumine viuo
Hos arcete. meis hæc ætas peruia donts.
Hii subeunt suprema poli: sceptrumq; perenne.
Paruus & est socius christo. data sydera paruis.

Discipuli ad xpm.

Christus ad discipulos.

Christus ad discipulos.



Thalichristæ

Nascetur denuo fastusq; & mole relictis
Qui mea sacra cupit nostro puerescet amore.
Imposuitq; manus illis. indeq; recessit.
Ecce autem populo quiddam qui clarus in illo
Seruabat præcepta dei veneranda: magister
Dic bone dixit. eam quo facto in culmina cœli
Aeternaq; domos: viuens ubi flammeus æther
Diuino sub rore viget: frontemq; serenat.
Hæc ille. at christus verbis ita fatur amœnis.
Quid vox ista bonum quærit. deus est bonus vnus.
Qui virtutis iter sese in quærentibus offert.
Instillatq; bonum venis moresq; beatos
Sensibus: & rectos naturæ immiscuit ignes.
At tu si cupias in vitam tramite recto
Pergere: & æterna conscribi ciuis in aula:
Seruabis mandata dei. quæ nam ille rogauit
Iussa hæc: perpetuus sancto moderamine doctor
Inquit. adulterium: cædem: furtumq; rapinam
Non facies. non testis eris: latorue malignus
Mendatit. matremq; patrem reuerenter honora.
Insuper & dominum pleno de pectore summum
Dilige. mortales & amabis entheus omnes.
Communis domini factura est proximus. ergo
Illi te talem tibi quem velis esse memento.
Tunc iuuenis iussa hæc seruauit cuncta. nec vnquam
A domini verbis digito discedere lato
Ausus eram. factis quid iam mihi deficit istis:
Huic christus perfecta cupis si culmina liber
Scandereq; & pleni requiescere fontibus agri:
Vade: tuos & vende lares: & quidquid in illis
Sorte tenes. illudq; tuis partire libenter
Pauperibus. nec te diri preciosa metalli
Vincla ligent. fuluo ne sis male tentus ab auro.
Quod terra est vile est. qui non nisi terrea curat
Semper eget. sanctos tantum concessit in vsus
Aera pater magnus. lato tibi in æthere viuas
Diuitias sine fine paras: si dulcis egenti
Diues ades misero: largis & mammona dextris
Ludificas. magnumq; facis cum spargis acruum.
Me sequere. heu quum stas. æternum ferre recusas

Diues ad xpm.

Christus ad diuitem.

Diues ad xpm.

Christus diuiti

Nota.

Impertum summamq; boni. seruire potenti
Est regnare palam. nec plura effatus. at ille
Tristis abit verbo curisq; prementibus isto
Torquetur. quoniam terræ ditissimus atq;
Diues opum fuerat. sic quem non foeda libido
Tartarea vicit flamma ferus ardor habendi
Vict. & a supero deflexit ad infima voto.
Ac sanctis versus famulus sic inquit iesus.
Difficile est regni valuas intrare polorum
Diuitibus. sic falsa valent auertere veris.
Sic iacet astricco lætalibus ancora cœno
Vncis: in pelago miseros quæ detinet alto.
Ante foramen acus dabitur transire camelo
Quam diues voto cœlum conscendat auaro.
Audierat christiana cohors pauidiq; petebant.
Quis nam igitur nostrum cœlum conscendere mundo
Iam poterit? christusq; refert hoc gentibus ipsis
Non valet esse. deo tamen hæc & cætera magno
Cuncta licent. namq; ipse velit si rumpere ferrum.
Sic æram durare. alium si condere mustum
Vernali sub sole: potest terramq; legentes
Ad sua diuinis ductare palacia remis.
Dixerat hæc christus. toto tunc agmine solus
Audax petrus ait. nos en tua signa sequuti
Pro te delictas & dulceta linquimus arua.
Iam nihil est nobis nisi tu. quid proderit ergo?
Quid ve licet nobis pro tot sperare relictis?
Tunc ait & christus. princeps ego verifer amen
Dico quidem vobis quod vos mea signa sequentes
Quando iterum totus nascetur in ordine mundus.
Sanctus homo: & cœlis iterum descendat ab altis:
Maestate sedens damnandis feruidus vmbriis:
Vos simul electi bisseis sedibus ipsi
Iudicium toto tractabitis orbe. decusq;
Vestrum erit illecebras homines tempisse nefandas.
Et quicumq; domum fratres patres ve sorores
Vxorem aut gnatos: agros aut prædia propter
Me: super æternam centeno scœnore vitam
Accipiet: stolamq; in sæcula cuncta beatam.
Hoc placet. hoc sic stat. nostræ hæc sententia menti.

Christus diuiti

Petrus ad xpm.



Thalichriste

Sed iam pro cunctis solymas ascendimus arces
Ut patiar crudele nefas: christoq; paratum
Supplicium. viam nec me via fallit ad aulam
Pandetur. dux morte cadens sed morte resurgens
Victor erit. vos mente fidem ne perditis nostram.
Iamq; saleneos ornabat lumine campos:

Christi mirac

Ac turbam irradians magnam iuuenesq; senesq;
Proximus vrbis erat sancta. caecosq; vocantes
Audiit ecce duos. domine o fili inclyte dauid
Ammiserere. deo tunc & miserante beato
Illustrata sitas habuerunt ora lucernas.
Nec tamen a vanis lux est abscondita syluis
Nam saturnigeno samaria tincta veneno
Christales accepit opes. namq; ille galelos
Cum peteret. lassusq; via quom fonte sederet
Ad sychar. quondam iospheaq; praedia: cumq;
Ascendens sexta luceret phœbus in hora:

Christus sama
ritane.

Et puteo longis mulier deflexa capistris
Exhauriret aquam: paruum mihi foemina potum
Da dixit. tunc illa suis subducta lacertis
Pocula prompta parat domino praestare bibenti.
Sed rogat. & quasnam (cum sim tibi more repugnans
Legis & in nostros discreuit libifer actus)
Pocis aquas: nostris si curas pocula dextris?
Ille ait. o felix si scires foemina quisnam
Te petit hos latices: ex illo forsitam ipsa

Samaritana
christo.

Tu peteres: summoq; orares pendula voto.
Ipse tibi viam lympham daret atq; decoram.
Tunc mulier. nulla pendet tibi cantarus ansa
Vnda profunda nimis. nulla est haurire potestas.
Vnde tibi hii viui latices? tu nunquid iacob
Maior eris nostro puteum qui hunc fecit: eoq;
Potus oues pavit famulos gnatosq; pecusq;?

Christus sama
ritane.

Huic dominus quicumq; bibit de fontibus istis
Ecce iterum sitiet. qui vero ex flumine nostro
lauerit ardentis artus per saecula cuncta
Non sitiet. tamen vnda meas praestata per vlnas
Fons fiet salientis aquae sub pectore foto
Illius. aeternosq; sitim compescet in annos.
Vua haec lympham placet mulier respondit. eamq;

Liber septimus decimus.

Fo. cxxxvii.

Tradde mihi vt nullū patiar sitibunda laborem.
Huc affer ait ipse virum. sic fatur. & illa
Non habeo. tunc christus ait tu experta maritos
Quinq; virum nec habes. nec enim tuus iste maritus
Qui tecum. titubans interno & pulsa pauore
Tunc mulier. vatem causas penetrare latentes
Te video lucemq; altæ comprehendere vitæ.
Dic mihi. nam fertur q; monte hoc conuenit vnū
Sacrificos latrīa summū coluisse lucerna:
Nos vero e contra solymis hunc fertis honorem.
Nonq; aliū toto orbe deum contenditis esse
Dignum: quo plebes dominū reuerenter adorans
Offerat ex puris thura aut thymiamata dextris.
Tunc deus o mulier vero mihi crede. nec isto
Monte: nec in solymis oblatio sancta perennis
Semper erit. vestris caedetur & hostia culpis
Longe aliter: cultusq; alius regnabit in orbe.
Quod colitis nescitis enim. nos numina scimus
Quae colimus. nam prole salus consurgere nostra
Coepit. & ecce venit iam vera colentibus hora:
Quando mente bonum veraci & corde parentem
Gens colet: & nostris: ritus exuta nefandos
Vero vnita deo: pacem verūq; sub ipso
Inueniat: mediūq; colens iungatur in vno.
Sic vult ipse pater mente & non sanguine mundas
Ferre preces.
Spiritus ipse deus. quiq; hunc reuerenter adorat
Mente colat. q; animū puro sibi nectat odore.
Tunc mulier. quondam caelo promissus ab alto
Vltorū vindex & nostri funeris vltor
Messias: e nostro venturus sanguine: nobis
Ostendet cultus veros normāq; modūq;
Christus ego dixit sum messias. & tibi verus
Vera loquor. post me nec erit tibi copia verū
Expectare aliū documenta in sancta magistrū.
Foemina tunc latices vnam & tremefacta relinquens
Tota vrbe igniferū cantauit saucia Iesum.
O ciues domini quanta est clementia magni
Cernite. venit enim supera demissus ab aula
Sanctus homo. dixitq; mihi quēcūq; latebant.

Samaritana
ad xpm.

Xps samarita-
ne.

Samaritana
ad cōciues.



Thalichristia

An ne hic christus adest: magna adsunt tempora plenis
Promissis factura fidem: radiosq; beatos
Principis aetheri tenebris visura remotis:
Increbuit rumor fame totaq; per urbem
Insonuit venisse deum. christoq; rogato
Ciues v iuificam: duxere in moenia flammam.
Interea famuli reuerenti pectore christum
Orabant quonia ieiunia longa tulisset
Accepisse dapes. ille hac effatur. & escas
Quas nescitis amans habeo. na sancta voluntas
Est patris facienda mihi. nec gratior vnqua
Esse cibus poterit qua veri almiq; parentis
Grande opus: & christo cui no erit author adempto
Perficere. hac esca meo gratissima cordi.
Aestuat omnis ager. messiq; adoleuit. & ecce
Albicat expectans messorem. cingite lumbos
Pellibus atq; pii mercedem assumite facti:
Messori merces certa est. & congregat ipse
Ceui qui senit opes. aeterni temporis ambo
Ambo simulq; vno fructum de semine gratum
Percipiunt. vosq; alienum ferre laborem
Messores statui. nec vos de semine vestro
Summisis. arua parens non vestro culta labore
Comisit. tantum vos dextris aptate secundis.
Interdum tota urbs valuis exhibat apertis
Obuia feruenti domino tandemq; recepto
Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.
E medio turbæ christus sic incipit almus.
Humanas vt opes & lamentabile sceptrum
Diruerit sathanas quis non videt: heu tibi: si te
Ignoras. nec flamma tibi demissa vocato
Luxit in ebronicos aequaliter incita campos.
At pia ni imposito submosti flamina tecto:
Deserto & veri flumio vitæq; parasti
Detristos innare lacus: fecemq; malignam:
Quæ rabies quæ tanta animos dementia vestros
Luserit: & quantis tenebris oblita sui mens
Obruta se in miserum detruferit aduena coenum:
Vestrum nosse viri. non est opus indice: passi
Scitis enim. nam quisq; fero seruire tyranno

Xps ad discipu
os.

Sermo xpi a
pud viros fama
rie q tot habz sa
crameta quot
verba.

Liber septimus decimus.

Fo. cxxxviii.

Dum vitis paret ravidis noctiq; prementi
Cogitur. æra colunt alii politaq; dextris
Marmora. dant alii casum solamq; verentur
Fortunam: nummosq; alii. deus atra libido
Est aliis: venterq; polus. dein furua sequuti
Signa alii pactis & aperto foedere ciues
Orcicolas coluere viget pro lumine somnus.
Est pro nocte dies. stat pro virtute deoq;
Vile nefas. tandem sub mundi principe teter
Luctus. & ira furens & turbida mortis imago est.
Hanc pietas miserata necem: miserata labores
Terrenos hominumq; grauem pertesa ruina
Me misit. venioq; libens hoc corpore tetrum
Disnexas chaos: & autam pellere noctem:
Fundere gratuitos radios: charitesq; salubres:
Et vitium nebulis diuino lampade quassis
Fecundare iubar. sum toti flammifer orbi
Vnicus: edomitas qui sauo a principe terras
Ad veniam vitamq; traho: terræq; reformo.
Sum medicus disnexas ligans: hominesq; deumq;
Concilio. sum dans epulis accumbere diuum.
Ergo adhibete aures. vnus deus omnia solus
Fecit. & a verbo virtutis singula magno
Constant. hæc causa est hominū pulcherrima: pulchrum
Quæ ex se format opus. naturæ hic conditor alma
Cum prona spectent animalia cætera terram
Os homini sublime dedit. cælumq; videre
Iussit. & hunc formans erit hæc mea dixit imago.
Huic quæcunq; bono fecit mea dextera verbo
Imperium commune dabo: vitiumq; decorem:
Ac superos latites: arcanaq; dulcia regni
Theosophi: lucemq; parem cælestibus ipsis.
Vnar atq; illi refouens. mihi seruit in illo
Mundus. & hoc varias in se referente figuras
Natura initio sociabitur enthea magno.
At postq; luteus laqueis serpentibus adam
Iusticiæ de luce cadens: morbumq; necemq;
Intulit inuolvens tabo iuuenesq; senesq;
Criminis: & fallax & læti & sanguinis author
Sæua velut propriis posuit sua signa iuencis:

Nota.



Thalichristia

Promissis veri sine & frustrata: iacebat
Gens hominū dirisq; malis algebat & umbra.
Haftenus hęc bonitas passa est. nunc perculit ipsam
Ipsa. nec vltius rabidū saeuire draconem
In charum patietur opus. verūq; remittit
Me medicum: vt fusi contractos peste veneni
Eripiam. mecūq; adsunt eros: elpora: pistis:
Pax: q; salus: solitāq; charis descendit in iram.
Ecce voco vitæ generosa ad prandia mensæ
Aeuigenas. nemo acta patrum causetur: & ignes
Exosos. noua cuncta paro prestare perempto.
Demone. vosq; voco. nec iam mora saua vocatos
Detineat. quicūq; sonum contempserit istum
Expers lucis erit: & vitæ & pacis. aperta
Reddite corda deo. vitam in præcordia flammā
Accipite. en sol iste nitens non intrat opaca
Dolia. qui nullas aptarit luce fenestras
Improperare sibi tenebras cogetur inanes:
Non soli. sic ille deū qui mente vocantem
Non mittit: radiisq; meis obstacula ponit
Demens: non vilo precio non mercibus vllis
Eripiet tetro colla scortata capistro.
Sum via. sum virtus. sum lux. sum flāma. comantes
En radios. te flāma petit ni sancta recuses.
Vitis ego. meus atq; parens est cultor agelli
Palmitibusq; in me fructuq; carentibus ipse
Exitū pœnasq; parat. sed voce sub ista
Iam mundata cohors in me seruante manere
Ter secura potest. & ero sibi vinctus in æuum
Perpetuum. nec erit enim de palmite fructus
Ni fuerit sub vite manens. sic pendet ab vno
Vis me vestra potens. & erunt me palmite vires.
Qui manet in domino: dominus quoq; magnus in ipso
Et manet: & sine me nihil est lux vestra. forasq;
Mittetur palmes subtractus vite: focisq;
Ardet in extinctis. in meq; manentibus ipse
Stat pater: & binis effundit pocula dextris.
Et velut ipse pater me se dilexit: & ipse
Vos ego. vos tantū dilecto accendite christo
Corda pares. vobis vt sint mea gaudia vestre

Nota.

Doctrina dionysij.

Ex euangelio in annis.

Doctrina pauli

Nota.

Liber septimus decimus

fo. cxxxix.

Delitia: vestriq; decus confurgat honoris.
Seruetis mea iussa precor velut ipse parentis
Seruauit. iustumq; meū non distat ab illo
Charus amorq; patri charus mihi vos ego fratres
Diligo. vosq; vices amore rependite veras:
Sicut ego vos christus amo. nam quando amor vnquā
Fortior: aut maior q; fuso sanguine mentem
Ponere: pro charis (summus nec hic ardor) amicis:
Non ego vos dixi seruos: sed patris amicos.
Hoc decus immensum est. complereq; iussa parentis
Gloria vestra. sacros summi oipotentis amicos
Solus fecit amor: qui regi necit ouanti
Terrigenas: mittitq; deo quasi vincula magno.
Iam non seruus eris. sed amor te sanctus amicum
Reddidit. ecce patent domini secreta: paterq;
Dat mihi: nota meis & feci sequentibus. ingens
Hoc amor. & verbi sunt hęc documenta beati.
Cernite terra noto nimium frigeat auito.
Ignis ab ætherea descendit vitifer aula.
Qui radios flāmamq; cupit non distet ab igne
Primori. callet ille suos seruentius actos
Et fouet: & flammis nimium propria serenis
Ignificat. puroq; ardens transformat ab estu
Ecce dei flammā. si qua est tibi cura pudoris:
Si immortale genus: gelidi breuis hora sepulchri:
Expectata malis rabies: & præmia rectis
Viuifico composita sinu: sceptrūq; perenne:
Suscipe lustrantes radios. & collige puros
Mente focos. hæc flāma tibi sub nocte ruenti
Pandet iter dextrum. lucens vbi semita monstrat
Angelicas remeare domos: patriāq; patremq;
Lux tibi certa datur miseras ruptura tenebras.
Collige visceribus. viuumq; intellige motum:
Quo mens erupto super alta cacumina claustro
Fertur: & æternę vitæ religata decoris
Ebria delitiis verum sibi sorbet amantem.
Hic amor: hæc flamma est: oculis qua ostenditur albis
Fraus terre: noctisq; furor: terræq; phalanges
Tot vitis manifesta cohors: lætumq; dolusq;
Et consanguineus læti sopor. hæc pia ductrix



Nota.

Thalichristiæ

Errorē nebulasq; omnes auertet: & atram
Inscitiam. dein corda ferro torpentia somno
Excitat: & placidus per lucem abstracta catenis
Luminat: atq; facit gratos efflare vapores.
Ecce dei flammā. sed quis deus: hoc tibi cuncta
Iam dixere patrem cunctis referentibus vnū
Principium: claraq; acie cernentibus omne
Cantat opus. non vnda deus. non terra. nec ignis.
Nec cœlum. virtus ve poli. nec sancta seraphin.
Non aliquid deus est quod sciri possit ab vno
Corde hominū. claris nō aspiciendus athenis.
Non romę solymisve datur. super astra polosq;
Cerni equidem non orbe valet: cū competat ipsi
Visuro passi precium proferre laboris
Cernetur. cum tempus erit sine tempore: luxq;
Perpetua: & nullus concurret ab ethere motus.
Tunc erit vt vester nero spectabilis vno
Intuitus somno verū in se noscat adempto.
Nunc umbra & signis opus est: & imagine ficta
Vti oculis: viso nec verū agnoscere falso.
Sed summū paruis verū attentare figuris.
Est igitur quod cernis opus: quod condidit vnus
Voce deus. sed ne tam longa exempla petamus
Intus habes quod scire cupis. nam quod tua virtus
Substat: seq; mouet: viuūt: stat: tendit: ab illo
Est tibi qui deus est. diuino pendet ab esse
Esse tuum. teq; ipse mouet. non ipse moues te.
Non te viuīs. eo viuūt tua vita. nec vnquam
Est tua sed domini est istos quæ sustinet artus
Virtus. ergo deus totum est quod cernis adempto
Crimine. q; est quodcūq; vides. quod concipis. & quod
Corde tenes. quod sentis. amor quo iungis amori
Pectus amans. quo viuā petis. mortemq; tremiscis.
Quod tua mens pulchrum spectat. quod dirigit actus
Inq; bonum. semperq; cupit comprehendere verum.
Hic deus est. hic te vitis crudelibus actum
Per loca fenta diu: passum iuga sæua molochi
Falsi acheroneam rabiem stygiosq; decembres;
Ha nimium recitare dolet: vel mofidas umbras:
Et sine luce lares: & adhuc vix vtile templum:

Liber septimus decimus.

10. CXL.

Ad placidum virtutis iter viuūq; decorem
Ad nūtas reuocauit aquas: vernantia tempe:
Vitalesq; cibos: succoq; manantia vera.
Accersit: lig: noq; subet frondescere sacro.
Dat pacem mentiq; piam finemq; labori.
Iamq; vocat. qua voce vocat: non angelus eius
Te citat: empyreo quamuis gratissima templo
Vox fuerit. pharium non sinistra boantia murmur.
Non coribanteē fraudes. non corniger vlmus.
Hii namq; astricti destructa fraude barathri
Carnato siluere deo. sed voce salubri
Te reuocat deus ipse pater. verboq; potenti
Te vocat. est maius: non solo desuper almo
Sermone: ast veniens terrenam lapsus in umbram
Palpatur: sensuq; hominū manibusq; tenetur.
Teq; vocat. vereq; vocat. properare vocatum
Et facit immittens viuam in præcordia flammam.
Hic amor. hic amor est. tam vero ingratus amori
Ne fueris. iam linque chaos. nec siste veno.
Quid tibi terra potest tam summa ad regna vocato
Præstare: heus tu vitis ne insiste nefandis:
Odit amor vitū. deus odit & ipse penates
Sordibus argentes. puro se condere vaso
Fert deus. in fraus scelus & si sentit odore
Effugiet sanctus. num quid tibi proderit iste
Aduentus: miserere tui. nec tempora perdas
Viuā cadens. ne te cœlestis curia iactum
Rideat: vt veri dimisso fonte sequare
Turpe nefas: furis ipsoq; insanior orco
Vltronea sub cæde ruens: vitamq; deumq;
Contemnas optesq; atro seruire furori.
Vix ea desierat fari cum turba salubres
Poscit aquas: creditq; deo samaria viso
Non omnis: nec adhuc lux est accepta per omnes:
Sed veri famulo pars est seruata philippo.
At multi ex illis dominū coluere beatum.
Iamq; norneas diuinis vocibus oras
Fuderat in priscum medicamina sancta venenum:
Præteriens hominēq; videt: qui lumina nunq;
Creuerat: atq; vtero noctem referebat amaro.

Spa pueniens &
gra cooperans.

Nota.

Curatio cœli na
ri plena mys
rijs.

f. iiii



Thalichristiæ

Comites, discipuli.

Xps ad discipulos.

Ecce cecus.

Testimonium cecum nati de xpo.

Et sancti dominum comites petiere, parentes
Digna huius caeco patrarunt crimina nato!
Istius an culpam sequitur nox? ipse magister
Verus utrumque negat, domini tamen incluta magni
Gloria sanatum nunc aspicienda per istum.
Me patrium respectat opus: dum splendet olympo
Vera dies, veniet fuis nox atra tenebris:
Cum iam nemo queat operis insistere gratis.
Tunc erit: & nullas rumpet manus ista tenebras.
Firmatum sub lege chaos concludet opacis
Visceribus letale nefas: genitumque soporem
Culpa dabit nulla qui sit medicabilis hora.
Sed nunc cum mundo deus est: cum christus in orbe.
Lux vitalis agor: radios fufurus & ignem
Luciferum: & caecæ contrarius inuehor auræ.
Dixit, & accersit caecum: sputoque salubri
Natura orbatæ gemmas induxit ocellis.
Ad syloque lacum patrio qui nomine missus
Dicitur ire iubet lymphisque natantibus ora
Abluere, actutum iusso ut se flumine lauit
Abiecit caeci nomen tenebrasque vetustas.
Et nunc quæ viso fulgentia sidera caelo
Miratur, pauisatque videns flexa astra quietos
Atque polos, oculisque nouis vix credit apertam
Prospectare diem: quæ tot suspiria propter
Fuderat. Et nunc medici pia numina christi
Laudabat, nunc stupefactis ciuibus illum
Commendat, nunc ora suis formosa lucernis
Hærenti ostentat populo, pauet omnis in illo
Turba patrum, nonne iste sedens pauca æra solebat
Mendicare? alii, nequaquam caecus: at illi
Est similis, sic & studia in contraria vulgus
Scissum erat, pugnatque fides toto agmine, caecus
Ipse autem clara testatur voce refertque
Ille ego sum quondam sortem tenebratus iniquam
Perpeffus: nunc grande iubar lumeneque serenum
Aspicio corpusque meum, nam christus Iesus
Hoc fecit, ille meos somno terraque moratos
Luce oculos impleuit, ei sit gloria nostri
Luminis, inuoluit fama hæc, ducuntque videntem

Liber septimus decimus.

Fo. cxi.

Ad patres, pharisea cohors quærebat ab illo
Explicitam facti seriem: tempusque modumque.
Ut videre sacro violari sabbata christo
His medicaminibus temptumque resolueret mosem:
Clamabant: non esse bonum qui fœdera sancta
Rumperet, at rursus signa hæc magna mendax
Non faceret peccator a sunt, iuuenemque videntem
Sæpe rogant, iterumque rogant, mutataque caeci
Argumenta terunt, sanctus confessor apertos
Dans oculos pro teste canit dominumque virumque.
Illi autem durati animis & nocte profunda
Nos moesa iurant caelo quæ scimus ab alto
Dogmata, nescimus tuus unde hic christus Iesus.
Ille tamen non frustra oculos accensus opimos.
Non bene conueniunt nec in vna sede morantur
Et sapor & fordes, diri insipientia somni
Vobis certa parens, nonne hoc mirabile? christum
Nescitis: tamen ille oculis inspirat apertis
Veraces flammæ & exuperantia vires
Lumina naturæ: num ne hoc sine principe caeli
Præstari potuit? quis caeco lumina nato
Et semper siccis radios efflare fenestris
Posset: olympiaci si non deus ipse theatris?
Qui fecit maiora potens quam sidera verbo
Composuit: lucemque atris disternit vmbriis.
Hic deus hic ciues furus cruciator auerni:
Sopitor somni radians: quem turbida lethes
Formidat: nigrumque chaos stygicumque furores.
Iste mihi hos oculos ipsis quoque robora flammis
Ut dedit: ut legem caelis cursumque citatum.
An lucem præstare deo non conuenit? aptum
Lucis opus luci est, nostris & messias ipse
Non potuit meliorem modo notescere turbis:
Quam si lustrantes radios: si lumina caecis
Inferat: inque atrum quatit fera fulmina somnum.
At si vero alterius dicas hoc numine factum:
Mendaci numen non conuenit, audiat ergo
Peccantem bonitas: vel quæ conuentio lucis
Ad tenebras? caeco vel quis dare lumina nato?
Quin potius ciues diuinam agnoscite prolem

Fortissima cecum nati argumentatio contra phariseos.

Hic, xps.

Nota.



Thalichristiæ

Vnigenitq; deum: veram qui in pectore flammam;
Excitat atq; diem: quæ vos nocturna moratur
Pernicies: quæ tanta animis infania vestris?
Interea Iesus virtutum semina sanctus
Spargit. & effuso verbis radiantis odore
Horrentem miris calcabat dæmonia magnis.
Finitur liber septimus decimus.

Argumentū libri octauī decimī Thalichristiæ.

Aspicitur domini per facta ingentia christi
Virtus clara nimis quæ nullo visa sub æuo
Terrebant homines: terrebant tartara. tandem
Ad lucem perducta deo victricibus armis
Insultat fracto mulier temeraria somno.

Thalichristiæ octauus decimus liber.



Væ finis standi: quo vox queat ista teneri?
Sæper floris opes: fructq; hic semp amœnos
Voce parit: veræq; locat fundamina vitæ:
Datq; modū: sanctisq; instruxit pectora verbis
Præcipue fociis quibus est mysteria regni
Nosse datum: formisq; facit miracula multis
Interiora docens: & miris numina factis
Pandit vbiq; potens: nec solum facta: sed ipse
Quippe modus facti: diuinum ostendit: & omne
Robur habet: cui rex: non tanquam regulus: vilo
Missus agit: domini clara argumenta superni.
Intuitu solo sola ve in voce medetur.
Nuncq; diem cæcis: nunc gressus tollere vincis:
Mutis visa loqui: surdisq; audita referre
Præstitit: & trepidis conclamans ossa sepulchris
Extulit in superas diuinis vocibus auras:
Vnius entis opus sola in virtute potentis
Non alicunde dato non vi non nomine signo
Alterius: cunctos medicatur vitifer ægros:
Sed per se primum: per quem sunt cætera solum.
Quid referam cantu: de nullis vina racemis
Plena peregrino mstrataq; vasa lico?
Te qui septena moriturus surgis in hora

Miracula xpi
in summa.

Liber octauus decimus.

Fo. cxlii.

Quicq; sub indigno formidas: num in a testis?
Teq; o lepra cadens: ereptam a febre tuamq;
Petre socrum dicam: placata quid æquora: quid te
Dæmonis ista manus: quid te tam funere pressæ
Viuentem: placidam teq; o furata medellam:
Quæ cum tetrificum patereris sanguinis æstum:
Perdideras omnes pariter cum sanguine vires?
Lactifero adductam quid ve a torpore puellam
Lumen in æthereum: quid cæcis tradita binis
Sidera: quid manco sterili tam brachia: viuum
Quid tibi mute sonum: vocem tibi surde: domumq;
Dæmonis antiquam fugituo dæmone saluam?
Quid te stulte fremens: possessaq; pectora pandens
Horrenti stimulo: veteriq; coercita morbo
Te mulier nullum quæ spectas cernua cœlum?
Quid ve feram saturas quino de panecateruas
Piscibus & geminis: populisq; ad summa vorantis
Quæ manet ex ipsis non est data copia mensis.
Mitia ve elati: narremus cærulea ponti:
Frenatumq; fretum: quid te sathan improbe pulsum
Illius e nata: quam raptam funeris herba
Fecit christus: ouem vel hoc bona tanta merentem
Quod se fassa canem: languorum millia: quid ve.
Mille salutis opes referam: quid ab agmine pulsam
Pisciculis paucis: & septem panibus omni
Esse famemq; datas creuisse in moribus æscas:
Ereptum puero ve nefas: sæuimq; furorem
Aut ponto aut diræ mittentem pectora flammæ:
Quid lucem toties oculis: ciuemq; tridentis
Soluere piscatum domino pro paupere nummum?
Quid miserum gemino clausum spiramine: teg
Hactenus ignotas soluentem lingua loquellas?
Quid natum mœstæ tenebris horrentibus orbe
Surgentem: quasso viuimq; astare pheretro
Tunc tunc: & lachrymas: viduatae frontis acerbas
Ponere gaudentem despecto funere matrem:
Te quoq; plenus aqua lacus & carnalis iniqua:
Cuius iam grauidæ tabosaq; flumina venæ
Crescentesq; sinus: inflatos fusa per artus
Iamq; lues: sancti ceciderunt munere christi:



Thalichristiae

Vosq; decem dire maculati pondere lepre?
Caetera quae variis dedit hic miracula formis
Quid referam: caecosq; omnes: claudosq; quid vltra?
Christus cuncta deus potuit: nos dicere nulla
Possimus: haec nostrum teneant compendia librū.
Multa facit: sed plura potest: nec credere nostrū
Signa petat: tanquā manifesta luce potentem
Non nisi narrato dominū cognoscere signo
Nunc queat alta fides. misero succurre labori
Charta sed: & cunctis expone haec signa peremptis
Mira: quibus nostrae veniant solamina culpe
Grata dei: tauris que spes fractura superbis
Terricolas gemitus: lachrymas solentur: & omnis
Vincere se nullas desperet posse catenas.
Noctibus in cunctis septenos passa furores
Foemina lucis iter flammæq; oblita paternae
Mente fouet diras bethemot septemplex aras:
Pectore busta trahens: caelo abdicata sepultis
Irretita dolis. tetigitq; hanc christus in alto
Lumine: fecundâq; immisit pectore dextram.
Haec ubi versa scelus dominūq; & tempus inane
Cogitat: aeterni ferulam vel praemia mundi.
Sic ait. haec regno facies saturata futuro
Forfan erit: quae nos in tali corda quiete
Solllicitant: si non dulcem nisi vertice finem
Praesinire licet: cur hunc qui semper anhela
Voce petit: contemnit habens: cur perdere quærens
Cogitur: obscuro quod quærit puluere: totū
Poscimus: atq; nihil: cum totū haud passibus æquis
Quæritur. ah fraudes. veprofo limite gratam
Quis queat ire viam: fallaci nomine cuncti
Iactatis voluisse diem. quid merita tenebris
Lumina nocturnis lucem petiere sub antris:
An solū voluisse satis: charūq; supernum
Sufficit esse bonum: rectam nec oportet ad illud
Ferre viam duos quia mens ingrata labores
Pertimet: & nimium sociatae pondere carnis
Flectitur. an pariter lætæ: solumve sub alto
Aethere precipuas anima ditante coronas
Expectare datum: non. summæ sedis habenda est

Liber decimus octauus.

Fo. cxlii.

Pars carni: hæc sacra pariter requiescet in vmbra
In simul acta manens. animū cur impulit ergo
In facinus: cur damna petit: cur semper in ipsum
Hostis adest sociū: vel semper recta requirat
Ille velut: fugiatq; mori: moriensq; necare
Participem: niueq; vel non sic munera mensæ
Iuncta vehat: non sancta quies: non pacis & illi
Sit cōmune bonum. cur non coelestia primo
Cum consorte sapit: cui sacri fercula succi
Sunt forbenda simul: stimulos trahit arte furoris
Nescio qua timidos: summi quibus vltima colli
Luxuries quæ sita cadat. nunc ponere summā
Delitiis: nunc igne tubet. nunc sceptris: nentis
Nunc ostentat opes. vq; vq; cur creditur hosti
Ipse animus pronos: miseris cur soluit habenas
Lora tenens: cur sic pudibundo fessus aratro
Rex animus: clauditq; actem: patiturq; flagellū
Sponte ruens: qui cuncta valet dirumpere: frontem
Præbuit in laqueos: & se finit ipse ligari:
Ergo age candentes caelum deprendere vires
Fas tibi: surge potens frater namq; indue peplum.
Tuq; ascende solum: velataq; desuper arma
Ferte pares sociis: lateriq; adiuncta silenti
Gens inimica ruat.
He heu turbatus tetra caligine phœbus
Obruitur: presso defudat cynthia cornu
Eclipsata minis: maculasq; infecta reportat
Inferiora tenens. oculis abstracta sub ipsis
Est ventura dies: stridet nox in super atris
Dentibus: & nitidos obmerant nubila campos.
Sydera fracta labant. vos vos o lumina ferte
Ferte precor socio (nisi vana hæc nomina) vestro
Fontis opem: puroq; ostendite missa favore
Classica rupta sono. comites in bella cōnit
Nigra phalanx veteres: rostroq; insurgit aperto
Impetus: exitum constrictæ amplexa paratum
Terra fouet: durum blando sub cortice ferrum
Imminet: indignum referunt vexilla trophæum
Mortis: ab insana quod primo in puluere forma
Non concussa satis: visq; ablata lacerto

Ille. animus.

Per allegoriam.

Celum. anima.

Solus. corpus.

Phœbus. itelle
ctus.

Cynthia. ratio.

Lumina. lan
geli.

Nigra phalax.
i. lex membroz.



Thalichristæ

Antea quam p̄cti sorpisset pocula vasi.
Turba maris medio gelidas sine murmure ponto
Vertit aquas: strataeque allatrat limine terræ.
Infremit illa simul: quibus animalia vasis
Trisparere luem: saeuoque ex pondere trita
Sunt interna domi: præscissaque fuste suppellex
Frangitur: horrissonum que viuens temneret austrum
Ni mala circeos sorpisset mella liquores.
Visceribus tetro tumuerunt pure repostæ
Intus aquæ: putrido virus perfunditur arcu:
Infusumque placet. quibus o lux alta per ipsam
Aspicienda datur nemori firmata quæto
Progenies: quæ non fraternis concita votis
In diuersa ruis: tenebras di pescite nostras:
Et loculis mandate diem. natia i uidenti
Dona cadunt: nec visus adest: nec luce recepta
Inuenit hærentem frustra speculata colorem
Se vacui voluere sinus: qua sede solebat
Esse splendor: eæ clauserunt horrea lippæ
Quas non vel gangis distergant flumina: quas tot
Cæca diuturni genuerunt tempora somni.
Spretis nuda bonis heu primi iecit imago
Posterior: sanctum tanque si in vulnere lucrum
Vestibulis pharetram: securumque incitat hostem
In sua damna vocans: & pactis funera membris
Postulat: & sceptrum seruis dat: subditur illis
Haud inuita. dolor. dolor. o dolor alte ligator
Complexorque trium: iam nunc quod corrogat vnit
In necis arma noue: quæ cuncta stringit in vnam
Perniciem coniuncta ligat: nec turribus ipsis
Insidias: gladios: hostilem & claudere turmam
Sat fuit: impressas exusta in corde sagittas
Ipse ciet: propriae se inuertens tela ruinae
Quæ sibi per socium tenuit comissa tuendum.
Mittitur implicitis substans sine corpore nodis.
Arcetur positus si non mensura catenis.
Cur natura finis: laqueum male sentit: & illud
Non habet vnde ferat: quæ sunt portenta: locari
Parte negas: cur non acclamas vincla: petenti
Cernitur vltori: qui non capit ipse videri:

Etque sensus.

Vocat auxilium
angelorum.

Sedes splendo
ris diuini intel
lectus hois.

imago primi. i.
dei mens hois.

Serui aie sunt
appetitus irra
tionales.
Complexor trium
animus.

Liber octauus decimus.

Fo. cxliiii.

Vnde datur nosci canibus torpentibus: vnde
Mens seiuncta procul manibus capietur aduncis:
Quis mea iura tulit: quis crudos sinit in istam
Carnifices intrare domum thalamosque nefanda
Contestare manu: miseræ custodia portæ
Præflorata luat facinus: custodia culpas
Soluat eas. aurum violenter rupta talenti
Arcula conspicui gazæ spoliatur acerui.
Credidimus nimium ruituris lumina valuis.
Vex misero qui transtra moues. heu concita ventis
Vela trahuntur aquis. temulentus consul iniquam
Incidit insaniam: nec læsæ consulit vrbis
Quæ videt esse videns: insomnem & respuit argo
In missas acies seruantisque agmina cignos
Non secus ac cæcos & inania nomina casus
Aut atomos plebi fecundas crederet omni.
Suspice quam viuam dilecta in pergama frontem
Inserit: ut cunctos conscribat pectore saltus.
Inspice quam longos facta in deformia ritus
Fixit habens pateras & pane & sulphure plenas.
Illa vel illa manet postrema ad fila: replendus
Arbitrio medici præfectus sede theatri
Despicit ut vilem quæ te dementia panem
Exagitat: qui docta prius discernere norat:
Cæcus adest: non astra petit: non illa petentes
Cernit aues. sapiens iterato ex vulnere factus
Inspiciens: constrictus erat: pedibusque ligatis
Solutur. utque bonum rectaque in parte virensque
Sensit iter: dubitat: nec toto passibus anno
Exuperat primo quod visus terminat actu.
At si rupta silex excisas vertere cautes
Gaudet in occursum lapidum velocemque cucurrit
Tesqua per æolis properans non segnior auris.
Proh dolor heu cunctis irrepit bestia passis
Cardinibus: custodis opus: furit ipse tribunus
Plæbis in insidiam: latroni & præstitit illas
Quas neglexit opes: facti memor impius: atque
Degenerasse libet: nec limo argentea cæco
Mergere vasa: feris nec gemmas vendere porcis
Poenitet: inde nouas admittit imagine culpas

Transtra mouet
ratio.
Consul intel
lectus.
Inomnis ar
gus deus.
Cignos angelos

Habes pateras
verus iudex.
Homo possit i
rerum meditatio.
Panis dei gra.

Quos viros spi
ritales.

Præona in ma
li natura hois.

Bestia peccati,
Cardines sesus

Latro diabolus.

Per allegoriam
vasa argentea.



Thalichristiæ

Horrida facta fouens: socio sic crimine toto
Pars seiuncta suo dirum cruciata sub æstum
Frangitur. hoc quantum messuro semina semen
Dedecus ipsa trahent: finisq; exemplar & omne
Qui facit effectus conflictata pallade trinos
Perdit: & impactum non prima in parte secundum
Hæret: & excusso raptandum ponitur austro
Cum sibi non prima figat subsellia causa.
Examen si cuncta probat: mens illa sepultis
Missa focus pereat: non consors sanguinis illi
Sæpe affinis erat factus: cognata repulsam
Tanquam externa ferunt: luxuq; stracta per omnem
Blanditiam æthereas euellit forcipe curas.
Ah miseram: cuius plenusq; & venter inanis
Fit bellante noto: cuius non turpia ductor
Increpat: & tetro facies signatur abyfso.
Alitis heu pennas socii compescite fractas:
Umbriferam foliis leuisbus: regnoq; fouentem
Pestis onus vitreis infusaq; toxica vasis.
Dumq; petit requiem prædoni robora dîro
Verna dedit: raptis onerauit brachia trichis
Antra sub ima cadens: nonnum qui currere cœlum
Compos erat roseoq; femur protendere mundo.
Quid facis? instanti decurrunt grata lanistæ
Tempora: nonq; loco formidat soluiet villo
Sic tetigit. nunc te nunc te pinguedine falli
Incipiat. quo pansa ruis: reclude labellum:
Officiens tibi mute taces: en turgia: præstas
Obstippus: largis vtinam fera dicta loquellis
Diminuas. nunc oro gemas. tunc nulla memento
Proficies mirone sacro: cum tela resoluat
Mamurius solidi chalybis: cum triste magistros
Rauciet: & vero seruentis facta papyro
Sarciat. antiquæ ventis abolefcite chartæ:
Dimidio nox illa venit. non mane resurgat
Censor: in exactum labuntur saucia fonnū
Lumina: censori non segnîs cura furenti.
Mos vigeat. cum scriba canet. ne mater oreftis
Exeat ista foras semel heu si abiecerit vltor
Sanguinis hanc: sorpta non est reparabilis hydra.

Suis exemplar
causa efficiens de
us est.

Secundū a pri
mo creatura a
creatore.

Elegit pctm et
reppulit gram.

Ductor anim?

Alis voluntas.

Lanista vltor. i.
diabolus.

Et eos tentare
negligit quos p
prio iure possi
dere videtur.

Pansa hō pra
uis affectionib?
qui significatur
p pedes.

Mirone. vngue
to penitentie.

Cum tela resol
uat in vltimo in
dicio.

Magiros nomē
coqui intellige
diabolum.

Seruentis. i. ini
qui cor: impij si
cumare seruet.

Liber octauus decimus.

Fo. cxlv.

Hec precibus crassum lacrymans abrade libellum:
Flectibus vt lymphis vaneat sepiâ factis.
Aequora ferte sinus: sed quid grauis vnda supersit.
Currit stupa calens: & obesus carnibus ignis
Icit opem: serpitq; domos: & robore sumpto
Canduit. humor abest. nec quamquam plurimus esset
Imperet ille focus. etiam seruare redemptum
Aere potes: trusum gryphis custodibus aurum
Erue: & vnge rubens statheram: tunc exprime cordis
Sanguineam eluuiem: purumq; expone petenti
Vnde voretq; cibos niteos: ac trita placenta.
Ah facerem: sed non curuatur. frangere pressum
Duricies terrena negat. proh mollior illo
Est adamas. blanda sequitur cum funera forma
Effigies quascumq; trahens vt cara per omnes
Tunditur: in charam primori cortice vitam
Non patitur fabrum: ferro nec rumpitur: omne
Vitigerum non damna timet: non vincula minasq;
Temporis exigui. tenebras: si ascenderet: alium
Cerneret vtq; micat: regnantes mollis haberet
Blandicias. exquire caput nigrantia mutans
Tegmina: tunc oculis poterunt impressa sub ipsis
Lumina prima dari. sed postquam luce secundum
Promouisse gradum liceat: quis tertia belli
Rumpere tela quæat? primo sunt nomina vero
Infima cuncta bono: cecidit truncatus & impos
Intuitus. quartum matoraq; prælia gressum
Sollicitant q; cibi. sumendus pondere magni
Quos alit infirmat. penitus concepta beant
Nostra minora deo: verba & conceptibus ipsis
Debiliora cadunt. si quid diuellere carni
Sit licitum: diuellat amans comperta: fatiscens
Mens & amore suos soletur pura labores.
Aptum opus est niteæ nec cassum aspecta phalangi
Dulcia mella dabit puris se sensibus offert
Gratus apex. quid nos diuina in munera cautes
Surgimus? infectis labris pulmone cruento
Testamenta sonent domini? vox impia sanctos
Horret ad ipsa sonos & linguam summa nefandam
Querere dona nefas. heu nos: qui cuspidem nostra

Altor sangui
nis deus.
Hydra sorpta
labor penitentie.

Soci peccata.

per allegoriã.



Thalichristiæ

Occidimus. sanctæ communia munera proli
Sumpsumus. alta nitens generosa hæc lingua manebat
Ante necem. nunc muta tacens non audet ad illa
Quæ poterat cum viua deos hærebat ad ipsos
Sed fileam vult ipse leo. certissima mutis
Funera sunt labris: sceleris post facta precari
Profuit. vnde locus precibus: non dextera summi
Facta breuis. iustæ commune est parcere dextræ
Non diuersa duo: pariter si iustus & ipse
Est pius: atq; oleum quod lancem mulsit ab illo
Funditur. ac veri si non frons læsa rogati
Dura riget: moribunde taces: ingrata supernis
Auribus ista sonant: lugentis verba prophani
In causam potuere nihil: si forte venenum
Ol faciat: fraudatus aquis: in fronte paratam
Ecce fugam: quid agat: vero si astrictus ab ipso
Verba immunda nimis confecta: munera tenuit.
Hei mihi qui aurora flammam adgestabat ab ipsa
Despiens herebo iacuit: truiusq; receptus
Notus vbiq; iacens: nec formam pectoris vllam
Iam viuentis habet: viso rapietur olympo:
Qui visis dedit ora: dolis. tamen esto potensq;
Sit pietas: faueatq; feræ: per regna nefandos
Esto sinat: sinat esto pedes. accingere. longum
Voluis iterq; vado frangantur crura profundo:
Semita dura beans: iter est in cautibus arctis:
Veste tumens intrare nequit: fat sortis: & ipse
Nudus eas: stricto quo non dispendia campo.
Ne timeas. vestitur ouis nudata. quid ergo?
Iam veteres habitus morbosamq; exue vestem
Zona sit alba virens. ecquæ male tacta priorem
Nunc comitem posuisse quæat: cui cura salutis
Ingens surgat opus: cui præsens hora futuræ
Vocis erit. si punxit hyems frigeat hirundo
Pectora tacta gelu flammæ ex corde dolenti
Excusat mens ima notans. non fortis acetum
Horreat aut fellis pateram. non: fellis odorem
Horret: equis motæ sonitu quatit illia plantæ:
Quis ferat hunc: canis reminiscens dogmata cerui
Pabula dira legit: qui virus mandere nouit

Aque sensus.

Alius allego-
riâ aurore filii.

Nota.

Tumens supb.

Abijciam opa
tenebrarum.

Imma tartara
Fellis pateraz
penitentiam.

Liber octauus decimus.

Fo. cxlvi.

Sæpe solens rigido colubram discindere rostro
Vt noua iam lapsæ commotus amore iuuentæ
Tempora sint. vitam qui viua in sæcula longam
Et iuuenem quærit faciem: cum sorpserit angues
Desinet esse senex. spectandum condere mundum
Si iubeas non maius opus: quam vertere pellem
Contiguam: mos ille nocet: veterata graescunt
Vlcera. væ socium non nota licentia dirum
Linquere. væ tristes cur non in fronte negarim
Delicias. crudæ cur non obstacula morti
Principis: iam sere venis: ne tange recinctum
Quid do caput vanis abeunt medicamina ventis.
Ha miseram. laceri cruciantur pondere lumbi.
Lusibus heu fatuis & vana implentur arista
Quæ penitus choro raptetur concita flauo
Ignibus vsta suis. væ nigra in dolia serpens
Decidit ignota peregrini classis arena
Rupta fluit: mors certa manet: spes nulla salutis:
Crimina præcludunt aditus: sathan ipse patentes
Extat: & ante fores: radios fugat vsq; perennes.
Proh scelus. heu. totos conturbant omnia sensus
Culpa: metus: lex ipsa: dolor: quo flumine: quis ve
Tot maculæ tergentur aquis: erumpite fletus
Fœlices nimium. quis det mihi posse lauari
Fletibus: an tantas superabunt flumina molles:
Spes fugit heu lachrymis: lachrymæ præstare recusant
Auxilium: timor ipse vetas: & conscia sæuis
Corda malis supplicescq; preces in crimina tanta
Credimus esse nihil. quid iam peritura moraris
Terra mori: in fernis quid præstas debita flammis:
Hæc vbi dicta. furens tacuit moerore: tremensq;
Comprimitur madidum velut ex animata per æstum:
Anxietas quem sæua dadas. egressa bidental
Sternitur ante domum: portisq; insedit: ibiq;
Pallida per tacitam laxabat pectora lunam.
Aduenit ecce thaas: partes demissus in illas
Concuis memoranda tuus: qui nocte canebat
Tolle focum: & prunæ geminabat funera seræ
Altius in medis quam mos est dicere castris
Circuerat grandem solitis clamoribus urbem:

Signat penite-
tic fructus.

Hic erat in scis
mystico custos
angelus.

Tropologicæ.



Thalichristiæ

Hanc videt in mœsto prodentem verbera vultu
Pectoris: atq; altæ signantem pondera curæ.
Extasis attonitum rapuit: mirantia lata
Concutit ossa tremor: quid cum fragrantia mentis
Vulneraq; internæ conspiceret intima plagæ?
Atq; ait o nostris dulcissima fœmina turbis
Quis te langor agit? quæ turbant tædia? cur hic
Pallor inest. solitoq; genæ turbantur amicæ?
Det tibi summus opem: si digna est causa: sed ista
Si quid dextra valet: iussis sit protinus. illa est
Orsa tremens. nostræ ceciderunt læta iuuentæ
Gaudia ceu rami ventorum flatibus vsti.
Tempora nostra dies miseris succincta tenebris
Mox radiis caritura suis: quos umbra furorq;
Insequitur: falsæ fallacta pignora formæ
Occupat illa dolor. fugerunt gaudia mœstum
Spe fugiente locum: nullam sperare medellam
Est licitum miseræ nec possum credere: quod qui
Nostra sub ad stricto speculatur facta flagello
Det mihi summus opem. iam causam (hæc summa) petitiæ
Anxietatis habes. manibus præscissa sub istis
Nostra salus: dedit arma furor. pugnavimus altum
In dominum: fecisse dolet. sed vana dolorum
Nomina sunt tanto sceleri. sic anxia lætos
Desperat mens læsa dies: corpusq; profundum
Mergitur ex nullo visiturum funera dono.
Inquit & ille. nefas animum corrumpere sæuis
Criminibus. sed maius erit torquentibus umbris
Desperare malum. tribus est de partibus vna
Spes: quibus in viuum consurgunt mortua regnum.
Hæc fouet arce reos: amor insuperabilis: atq;
Sancta fides: sociâ nihilum valuere relicta.
Crimina magna quidem si iam deus ipse notauit:
Magnus adest: cunctis promissit sydera: quis te
Pœnituisse vetet? post impia facta dolere
Corde iuuat: scidit illa dolor: manet altus in imos
Et pius ipse reos. pietas iustissima maior
Quam tua culpa fuit. sed non sperare superbus
Hostis agit: stygiam sic implet pisce sagenam.
Vix bene deserat. durum terit illa furorem:

Pro angeli.

Responsio peccatricis.

Replicat angelus.

Fides & charitas parum sine spe valent.

Per allegoriam.

Liber decimus octauus.

Fo. cxlvii.

Mœsta solo in curuūq; attollens lumina cœlum
Sic ait. æternis quæ turba coercita flammis
Sustinet indignas pœnarum vilia pœnas
Officia: & nostras in pœnam quærere culpas
Conscia tam sæuis desperat sydera factis
Tangere posse: deum nec dira ad crimina blandum
Posse putat ferulæ mandatum euertere iustæ.
Sic ego: non alias habito scelerata cauernas:
Infernus mentiq; comes: & carcer amarus
Corpus adest: tetro nec primas cæderet orco.
Credere non veniam pensato crimine dandam
Mens valet: ille minus: sensu cadit ille superbo
Perditus: & multos si dira superbia natos
Pugnabit non nosse duos: huic lubrica saltem
Est ignota lues. pariter nos cuncta: tumescunt
Nostra in carne fies septem: nos error in omnes
Detulit infanias. si quæ mala debita poscat
Est facies: animam septenis fordibus istam
Quis trutinæ recto valeat dissoluere filo
Ex breuibus gyaris? mediâ tunc voce furentem
Increpat abelides: nonq; vltra est passus euntem.
Quis furor hic? tetra moderaris imagine turbæ?
Iam satis est firmum reuocas cassura patronum.
An quia foelices desperet visere montes
Clarificamq; domum: vultus alimenta benigni
Gens deserta malum non compos vertere votum
In melius: tibi non radio quæ tecta superni
Numinis es: votoq; & adhuc mutabilis ipso
Quom cupias: tibi non liceat sperare salubrem
Regis opem? contricta leuans qui puluere mœstos
Erigit: in mediâ pudor & quem criminis ira
Arcuit: en stygiæ communi sîrxa cateruæ
Semper inest domini blasphemant facta superni
Et dominum accusant: iniustaq; fulmina damnant:
Inq; dies longis acquirunt pondera culpâ
Cordibus horrendis rabies noua nascitur: atq;
Nox miseram quam culpa parit: q; æternus acerbis
Liuor adest animis. venturæ chara salutis
Spes nulla: & mœstis iterum redeuntibus annis
Nulla erit his: animos quia gratia cuncta superbos

Pro peccatrice loquitur de demonibus.

De se i comparatione ad demones.

Ille. demon.

Alludit ad septem demonia.

Abelides thanabel filii i q mystice innocete intelligit. Montes gloria celestem.

Supbia eorum q te oderunt ascēdit semp.



Thalichristiæ

Deserit: & primo persistunt crimine: sed si
Sed si immane scelus: horrendaq; facta doleret
Perpetrasse: acres pietas miserata labores
Panderet igne viam: qua primæ sedis & ipsos
Ferret in arua reos: absenti lumine sed non
Esse dolor potuit: nunquamq; hos criminis atri
Poenituit: nunquamq; dolet: nunquamq; dolebit
Voluere sanguineos dira ambitione lacertos
Summa in regna: malum sic impenitentia: crimen
Perpetuat: turbæ sic spes ignota cruenta.
Ast melius diri genitor post vulnera pomi
Poenitet: atq; solo lachrymis profusus inermem
Flectere iusticiam potuit: si libera nondum
Desuper in lucis requiserunt corpora sanctis
Sat datur his lachrymis: miseræ sat parcitur ætæ
Non sceleris laqueos. expectantis vincula turbæ
Carceribus iusti diffuso sanguine solui
Sortitur vitæ promissaq; semina sanctæ.
Rex erat & famulum sapiens peccauit in ipsum
Pastor septenis qui orabat numina psalmis
Conq; secutus opem: crudeli crimine quando
Poenituit iussis animam profundere bellis.
Condoluit: gemitusq; nouat: fusaq; lauatur
Per lachrymas: primi firmatus munere doni
Fit mundus: viuítq; manens iurata sub illo
Dona. perennis amor miserantes vocibus aures
Præstabit: si dextra riget: quacumq; subactos
Det gemitus pura sceleri se vendicat hora
Quisq; dolens: nec lapsa nocent: cum crimina non iam
Facta placent. tantæ si nunc tibi pondera culpæ
Os humerosq; grauant: verum amisisse decorem
Fac doleas: pulchrum turpasse & funere coelum.
Sic tua mutatis abolescent crimina ventis:
Et nouus irriguo nascetur fructus in agro.
Est etiam magno delapsum munus olympo
Christus: & hic nostræ peragrans confinia terræ
Ut dominus cunctos medicatur vitifer agros
Mortiparumq; scelus: peccataq; sæua remittit
(Haud ignota loquor) nonq; auri pondus in altum
Exigit officium: solum fides alma dolentis

Tropologicæ.

Adam pater.

Dauid.

De frutu vêtis
tui ponâ super
sedem tuam.

Liber octauus decimus.

Fo. cxlviii.

Quæritur vt medici veneretur numina: verum
Cognoscatq; deum: mortales missus in oras
Qui venit erranti saluator solus ouili.
Hunc sequere: optatq; implora æterna magistri
Brachia: tunc nebulas substringet pectoris istas:
Ostendetq; diem. vix præco hæc dixerat. illa
De super incenso concussit pectus amore:
Admisitq; fidem tritoq; ex corde profatur.
Filius hic domini rumpenda ad vincula magni
Promissus nostræ genitoris munere genti
Nunc venturus erat famulis: concordat helias
Verus: & antiquis veniunt hæc tempora chartis.
Credo equidem in christum dominum qui carcere soluet
Emanuel populos primæua clade peremptos.
Tempus erat gemitus audiret gentis vbicq;
Compeditæ. hic ruptis imponet linteæ membris:
Vnget & hic fractas placido medicamine venas:
Solutus & iste fores dabit astra ad summa patentes:
Languoresq; feret. rabies: scelus: atra voluptas:
Vulnera: poena: labor: patriæ fundamina culpæ
Hoc destructa cadent: maculosæ plæbis iniquam
Diruet iste necem. mors o tibi tela parantur:
Mors tibi pestis adest: pestis tibi finis edendi.
Infecti gaudete viri: producite chordas:
Organa ferte decem: lætum aleluia cantus
Mischilicus: miro forment alimenta calore
Corde simul solitam captiua effunde querellam
Elemana: feros hic franget fuste tyrannos.
Hunc polluta cohors onerataq; turba sequatur:
Exonerat: reficitq; graues: cœnoq; iacentes
Mundat oues. talem fauuum est differre furorem:
Tot maculis farcire dies: tot tempora segnes
Tot damnare moras: in facta excelsa paratis
Non properare nocet. claris obstacula votis
Fert inimicus homo: tantoq; ardentius vrget
Vestibus innumeris: tanto mage clausa subarctet
Quam magis apta salus: tenebris qui tecta reclusis
Clara petit. vincam quæ me iam tela morantem
Detinere: sacri non læsa in pergama regni
Confugiam: vitamq; petam. nec flamma laborq;

Consilii vere
angelicum.

Genist. i. conue
niant.

Exosee ppha.

Eleman. dei
mei dec. vel dei
mei pulchritu-
do. ab hoc tra-
ctus elemana.
qđ mystice est
aia ad deum cō
uersa.

t iiii



Thalichristiæ

Membra grauent: cui non carnis mala vota petenti
Mors erat ante grauis: cui non cecidisse sub ipsa
Nocte dolor falsi quærenti præmia mundi.
Quid moror ire dei visenda ad lumina nati?
Iustitiæ si iura vetant: en inuitat vltro.
Auctor opis: nec crimen obest: si criminis ipse
Vincla secat: placido deposcit pectora verbo:
Tradidimus. quid iam! laqueis post terga relictis
Christum immunda sequens lachrymis abstergat: & inde
Ibat: vt electo calcaret dæmona sancto.

Finitur liber decimus octauus Thalichristiæ.

Argumentum libri decimi noni Thalichristiæ.

Mundum carnis onus: seq; ipsam: telaq; cæci
Dæmonis æthereo vicit pia foemina saltu.
Irridetq; dolis: mediumq; ostendit attinguem.
Et sequitur christum. lachrymisq; absterfa decoris
Conresidet turbis post primam prima beatis.

Thalichristiæ nomus decimus liber.

IBat ouans nimium primosq; auertere passus
Incipit a morbis diri sed amoris imago
Irruit ante oculos. florenti tegmine lumbos
Cincta erat pharetra & lateri pendebat: & arcus
In manibus: strictoq; vrgebat lumina cesto.

Labitur in gremium possessi pectoris illum
Ante diem & prisca securum pignore damni
Non secus ac propria fomnus cæcum opprimit aula.
Ipsa videns fessum sopitis viribus hostem:
Pigraq; mortifero securaq; pectora somno:
Scinditur in dubias aduerso iudice partes.
Mens erat vna feræ funesta cupidinis arma
Dilacerare petens dignoq; in vulnere sæui
Rumpere castra doli. corpus negat: arce fluentes
Delitias flammamq; fouens ac vota prophanæ
Carnis. at amentem proclamans sana furorem
Alloquitur carnem benedicto murmure segnem.
Ecce inimicus adest: cædis tibi copia dignæ:
Quid vetat heus tanto pulchrum tibi vincere somno.
Arripe tela videns: hostem tibi dulcis inermem.

Magdalena.
Sic poetica
Magni momē
ti zverisistis. nul
lus en inuenit
xpm. nisi carnē
z mūdū z diabo
lū vicerit vt hoc
libro decimo no
uo introducit po
eta fecisse mag
dalenam.
Ipsa. smagda
lena.

Bndicto mur
mure. uascini
ni z nolite pec
care.
Oro ate mag
dalene ad po
pulum corpus.

Liber decimus nonus.

Sors dedit: & cunctis foelicia nomina sæclis.
Heus tibi cerne potes: radios habitura perennes
Quid facis: eia luat. crudelem troia dolorem
Vindicet: orbatos lachrymas et birsea pœnos
Illius admissa quæ flammam perdere flamma
Cogitat: et cæso moriens placitura tyranno
Infonem furuas animam quæ impendit ad aras
Victus et in pharsia pariter cum victor arena
Flammea qui gelido iactabat brachia ponto
Et secat vstus aquas. dirum huius morte furorem
Vindicet obscuræ qui fratris nomina famę
Non tulit: et ruptas immani crimine leges
Aeolis. et missum plutonis ad orphea regnum.
Vlcisci immundam poterit nunc tereus aulam:
Illa sonos: ductum genitrix ad fercula natum.
vincere quæ et solidum tentat mortura hieucum.
Myrrha facesq; simul rabidos: & temporis acti
Impatiens quæ phyllis eras. et iacta superbo
Nati horrenda toro. munusq; hoc vindicet atrum
Cuius in ætholicis primum fortissima siluis
Dextera prostrate dignatur frenas puellæ.
Hanibal atq; feri rabies mittefcere turni
Nunc valet. hoc prisca hominum lenire querellas.
Fas tibi: fraudati pereuntia nomina phœbi:
Et calydonis aprum victoris clade peremptum
Vlcisci. et brutis immixtas foetides atris.
Hocalacer sanfon vires: hoc ille cruentum
Dedecus: auricomo qui flexit sydera cantu.
Quid moror. instructas calcanda in funera dextras:
Excute. iam sanctas animis ingentibus iras
Postulat ipsa comes: cum qua communis vterq;
Exitus ad vitam vel viua ad funera veram
Instat. et æthereos si non bene concipis annos:
Despicis et requiem propriam tamen aspice terram
Suspice. supremas emittunt tecta fauillas:
Tendit in astra rogos: cineres sparsurus inanes.
Ipse qui tela prius tranauit in aera. non non
Sola hæc damna feram: comitem fraudata reducam
In simul antra. nigrum si dente exterrita morsum
Cæca timet: duro toties iacuisse sub antro

Exempla cece ve
neris.
Troie ince nōis
Dido.
Polyxena.
Cesar.

Biblis.

Lanace.

Tereus.

Jezabel.

Myrrha.

Phyllis.

Semiramis.

Hercules.

Hanibal

turnus.

Destructio caly

donic.

Setides.

Congregatio

tauroū in vac

dis populorum.

Samson.

Dauid.

Comes carnis

am La.

Nota.



Thalichristæ

Si pudet et passis inuertere pabula morbis
Nunc libet: armata commissa est gloria dextra.
Nunc locus est lignum cuneis triscindere seuum:
Teq; feram dura babylos infringere petra.
Talia prestabat memorans viuolq; mouebat
Igniculos diræ sed pronum semine terræ
Corpus erat: totoq; timens sub pectore nescit:
Quis deus hanc rapiat: que occulta potentia primum
Dedoceat scire scelus: paphisq; sub alis
Hactenus insanam toties fera castra secutam
Ire pauet comitem signa in contraria mentem.
Inquit &.o tantos indignum est rumpere questus.
Vulnificos damnare fasces: et dona tacere
Si libet: et cunctos incuses effera sanctos.
Pauca haud mixta malis: habet hostem quilibet hostis.
Numina sola bonum tenuere potentia purum
Aspice. nota loquor. laqueo fundatur in isto
Recta parens hominum: secum vt labentibus annis
Sit moriturus homo: nec soles nosse diurnos
Gens valeat promissa neci: sumusq; magister
Cui generis nostri dependet certa creanti
Cura: videns plæbem cassura luce labantem:
Coniugis placido sociatq; carnis amore
Instaurare parat: moto vt communia mundo
Damna per instantem fecundo semine mortem
Dempta forent: viuus iterum morientibus ipse
Latet amor viuum sociatis carnibus eum
Vtq; per amplexos humani corporis v fus
Integra per natas excurrant semina turbas
Iussit vt immixtum comitetur gratia factum
Delitiæq; simul: quas cum noua turba sequatur
Dulcia deducto fundantur gaudia sensu
Dextraq; sic seriem naturæ prouida dulcem
Hoc ab amore refert: qui iura ad prima remittet
Carnis opus: charos placidus cum misceat æstus.
Hoc mortale genus labens hoc machina: fructus
Est similes habitura nouos. disiungitur ipse
Viuificans: duræ sed non est lædere mortis
Materiam: quæ viua manens ac sine relicto
Anteriora petit. namq; horrida damna trahunt quæ

¶ O carnis ad
animam.

Latet. i. dilatet.

Liber nonus decimus.

Fo. cl.

Bella: foci. pestes. et lati murmura ponti
Hic reparat generans. viteq; hoc forma cadenti
Aduent: hoc turbis iunguntur sydera nostris.
Ipse deus grates: laudem praconia celsi
Agminis: et populos interueniente beandos
Hoc habet. hunc gladio cupiat mens improba dīro
Vertere: quo regni complentur tecta decori:
Vt non prima bonis. vigeat iactura sub astris.
O mihi magnus amor: qui segnes excitat horas
Nonq; rudem patitur iuuenem qui rumpere molles
Qui calcare metus: inq; ardua vota potentes
Soluūt opes. quisnam per plenos munera circos
Dat: nisi dulcis amor: veterem quis germine mundum
Implet: et astra viris: nullo det munera coelo
Est gracilis. mellitus. ouans. nec turpe sequemur
Berfabes ingenio sequitur quem filius alto.
Dixerat: inflatos sed iam mens concita vultus
Amouet inuersa pariter si ac funera fronte
Cæsi annosa canis: venas vel cruris apertas
Atq; veteranos creuisset vulnere vermes.
Et simulac lanam conclusit naribus vdam:
Turpia protectis confundens vota saluiis
Sic fatur. dominus parent cui facta supernus
Singula: ne gentem mors fæua abscinderet omnem
Sed semper viuus floreret terra cateruis:
Coniugium: non furta iubet qui iungit vtrumq;
Et facinus prohibet: non dīros præcipit enses:
Non violare torum: non multos nosse maritos:
Ducere non raptas socio defente sabinas.
Concessa in tales sunt vincla iugalia leges:
Vt casta in socio voluantur corpora lecto.
Vtq; petant sobolem: veneris non gaudia curent:
Que ferat æternas regnantī in sydera laudes
Hæc quoq; pondus habet soboles quæ sita: profanos
Constat adesse notos: prolesq; est digna ligatis
Non aliunde toris: an sancte et nascitur ille
Belliger in folio frustra metuendus auito?
Ergo erit et nimium sancta immaculata nitensq;
Tindaris ignota quam proles fuderit aula?
Esto placet. pulcræ metuens noua murmura famæ

Solomon.

¶ Per allegoriã.

¶ O anime ad
carnem.



Thalichristæ

Cur scidit ad gelidam semestria membra cicutam?
Surge potens: viuis inimicæq; viscera telis
Rumpe: nocet pietas: crudo miserefcis amor:
Qui rabiem qui vincla parit: fucosq; perungit
Mellis echineas teneris quas sensibus offas
Porrigat infandi missurus somnia læti.
Cerne furens pulchri veneris quæ præmia nati.
Quid facias: si victa gemis: si perditæ victrix?
Ac post tot fufis aurata ad vasa venenis
Cordifecosq; dies: nocturna; tædia: longos
Errores: somnosq; breues frustrataq; vota
Lætaleq; metus curarum flumina: post tot
Funeris ambages: tot passaq; turbina: totq;
Tartara pro passo merceris funere bello:
Inq; locum clarî surrexit plaga trophæi.
Quid facis? heu quid stas? nec frontem saucia mutas?
Quid cupis? ah cæco quis te nunc detinet antro?
Regibus iste manus ferulam rectiq; decorem
Proripit: atq; decus nuptis: clarisq; coronam
Virginibus: tecto virtutem et destruit hamo.
Iussor et ignitos: ignoto culmine nervos
Pectoris in cæcæ transformat vota figuræ
In terrestre pecus rapendo fraudibus auro
Datq; aliis dominos: externo sanguine cretos
In celerem miseros turpiq; cupidine captos
Intulit iste necem properis nam gressibus ipso
Finis adest: mors atq; repens quæ gignitur ipsis
Delitiis regnante foco: qui dulcior intrat
Quanto magis cæcas citius caro frausa medullas
Labitur in mortem. non est opus indice longo
Cuncta patent: sciuum testisq; experta tyrannum
Ipsa vides: o si nugas nunc ferre liceret.
Iura boni leges animo disiecit. eoq;
Inserit insaniam: nec verum cernere: siue
Nolle sequi: nigro custodis lumina tabo
Mersa fouent ipsum viso et iam funere votum.
Cui velut elapsis suribundo carcere ventis
Aduersa immanes adigunt cum robora vires
Impetus hostis obest maioresq; exigit istus:
Acritus insurgit loris retinentibus ipsi

Liber nonus decimus.

Fo. clf.

Sæua petens: queriturq; furens secumq; laceffit
Protinus. amentem et sola hæc causa furorem
Arguit vt voto succrescit moeror ab ipso
Læticiæ: optatis damnunq; ostentat in ipsis
Error habens pœnas vno quo in tempore culpas
Insimul infaustum facie sub mellis acetum
Intus agens. hic aula nitens dulcisq; videri
Vestibulum ante ipsum: post primaq; limina somni
Vltrices: furia: fraudes: crudelia testis
Damna: doli: terrorq; premens pudibundaq; moles
Se confusa facens aurati buccina ferri
Tortilis: vt stolidos: sonitus dulcedine sensus
Incitet umbriferi dispergat imagine somni
Fluxam acherontea qui glæbam salis in vnda:
Gratus vt ipse labor: cædisq; sponte coronam
Querat amans. furiosa quies. bellunq; quietum.
Bruma calor: telis interdum aduersa trifulcis
Bella gerunt: vnoq; graues sub pectore lites.
Surge facens: hosti nimium ne crede. iuuabit
Principitis: visco volucrem quod captet operto:
Decipiatq; animum. cui (si bene prospicit) ipsi
Fas habitasse deis: tamen hi qui desuper adsunt
Mancipia obsceno fratres malefecit ab vsu.
Assultantq; pares: factura o nominis. ipse
Est dominus miseri sectatus classica serui.
Rumpe illum: mediis olei dat lubrica cliuis
Mathea quo tristes labi in sua terga sequentes
Impete cruris agat: quosq; ipsa in sydera tollit
Non mortale genus: nunc he be garrula diræ
Trudat in antra rotæ. mundi hic in culmina tetras
Fert impurus aquas. diro morientia sistro
Corda ciet: mentesq; mouet: mortalia viuis
Vt bene fixa ferens. paucos velut ære parandum
Venditat atq; cibum: sed pluri constitit: in quo
Viua venenatis gradiuntur funera monstris
Ergo age. cur tantis dicaces tempora verbis
Conterimus? vinclis quis te nunc detinet atris?
Arripe tela potens: inimicæq; pectora rumpe:
Rumpe scelus mundi: munimen cædis: amari
Castra doli: fordes: tenebras: deliria: mentis

Seq. illos qui.



Thalichristiæ

Vincta: luem: therimas melliti fellis: in quos
Mitte neci gladios: mortis fer victor in ipsam
Exuuias patriam: non te vigilasse pigebit
Cum videas pulchra caput illustrante corona
Hec tua victurae mandari nomina famæ.
Dixerat. & clari conspexit lumina veri
Corde sub. ac primas excussit carne tenebras:
Illud itq; malum nec opinio vulnere cæcum
Grata necat: belli reminiscens præmia tanti
Execrata dolum: quem gaudens exiit: atq;
In tumultum torse supplantat viscera terræ:
Constringensq; reum calcati ante ora sepulchri
Imposuit lapidem solidiq; adamantis: vt ipsam
Adrediens solitis iterum non lederet armis.
Sic vbi crudelem victrix sepeliuit amorem:
Pergit adoratum firmato pectore christum.
Non procul ad placidam sinuosi fluminis vnam
Terra virens læti ditat dispendia campi
Floribus in variis atq; herbas inter olentes
Arboribusq; ipsis quibus est flos maximus: alget
Fructus: & vt pleni florescunt culmina rami:
Vana iterumq; iterumq; ruunt: quod forte remansit
Cespitat ante diem: segetes feronia dulces
Nec patitur: prolem si quæ tenet ipsa manentem
Vt cornu hirsuta producit semina bacce
Arbor fraudatum faciens pulcherrima visum.
Semina florentum simul & iacere rosarum:
Alba lignifera cadunt: phœboq; oriunda sub ipso
Finit in occasu: facti quæ nomina miri
Vendicat. hic boreas: eurus: zephyrusq; superbus
Iungitur atq; notus: qui nulla ad frena subacti
Vnanimes tremulam sustentat vertice turrim.
Que leuibus lignis nulla compagine pressis
Facta tremit: semperq; labans similisq; cadenti
Voluitur: et moto mutat tremefacta cerebro.
Hec domus est falso castura palatia mundo
Hic retinet: iacet atq; senex: iuuenisq; videri
Optat: & in sano diffundit balsama vultu
Rodere signa parans: vasis myropolita multis
Accipit: inq; cauas expendit plurima rugas.

Per allegoriam.

Acto ceco amore. i. carne. incipit vincere mundum.
Depigit regnum mundi.

Liber nonus decimus.

Fo. cliv.

Hoc facies renouata vicens: os labra: genæq;
Purpureæ: vridesq; sinus flammantis ocelli:
Auricomūq; caput: frons alba: et dulcis amictus
Versicolor: tractæ tyriacq; foragine lenæ
Innumeris somno brutis veneratur ahenis
Quæ sua iussa ferunt: tauros vrsosq; canesq;
Setigerosq; sues crinitaq; colla leones
Illinc inde lupos: mira iubet arte furentes
In simul esse: sedet famulis blanditus: inanes
Illecebras requiemq; fouens: hic crura labanda
Postulat ille pedes: hic leni basia fronti
Lingit et ille manus capit is dirunciat ille
Colluuiem: hic stracta vias: hic percoquit escas
Ille gerit placidis dabat ille & lintea mensis
Laudat & ille domum: quam circum circa vagatur
Turba fremens: iuuenes nuptæ: innupteq; senesq;
Nudaq; plena bonis: si fas est dicere quicquam
Esse bonum: versa mutandum protinus aura.
Ah deforme genus tabosaq; turba malignis
Vlceribus: truncas fert duro hic vulnere plantas:
Perdidit ille oculos: hic victæ brachia dextræ:
Auribus ille caret: vacuusq; hic dentibus omnes
Horrificas habuere notas. quos semper anhelans
Extremo in tales deduxit ab orbe labores
Sæua fames ipsis expleri nescia votis.
Passibus incertis totam plæbs anxia turrim
Circuit: atq; phale poscebat munera lætæ.
Gens incompta nimis nam segnibus tergora fordæ
Ille equitat. q; hic portat equum sed frena ruenti
Deficiunt vel sella pedis vel defuit vna:
Ille super taurum: crudelem hic desuper hircum.
Non sic torua phalanx ridenda incessit: eorum
Annua qui fossa fecerunt incenia limo:
Est velut ista. feras geminato murmure voces
Mittit: & vt notis lucretur dona pericli
Fundit quisq; preces auido clamore dolendus
Surgit in astra sonus: requiem non carpere mundo
Fit licitum: quin fundat opes. compulsus & vrget
Diuitias exire feras. nec forma nec vllus
Ordo dabat: fugat ipse modos largitor: vbiq;



Sub nomine
istius fortune
ignote vulgo:
intelligi dicit
hæc suspensio.

Thalichristæ

Funditur: et ruptis erumpit gaza fenestris.
Confluxere viri: tamen hos fortuna vocabat
(Fortuna ignaro non que male credita vulgo)
Expulit hos: fugiunt pulsi: gaudentque vocati.
Quos fortuna vocat: non vi non tempore frustra
Deveniunt: ipsis concurrunt vota metallis.
Quos vero vndisq; arcet fortuna flagellis
Non properare iuuat: celeres non pandere morfus
Nonque oculo intusam vigilantis exquirere gazam:
Brachia phœbeis vel tendere longa lapillis
Aes fugit: utque manus fallax anguilla tenentes
Lubricus hæsurum delusit nummus hiatum.
Ast aliis et sponte venit: sequiturque per omnes
Mittitur vsque sinus: ipsoque in pectore quavis
Dormiat: aut sparsas inuenit puluere gemmas
Ille vel argenti vel montibus obuïat auri:
Sic sibi cuncta fauet: ac postquam cuncta super sunt
Voto carnis: eunt fluuïi ludentis ad hortos
Ad læuam graciles florumque hic inter odores
Dulcibus in ripis pleni sternuntur: inertes
Et venerem bacchumque petunt: vinoque sepulti
Luminis oblito cefferunt guttura somno.
Hæc mulierque videns flores induta cadentes
Exterior læte formoso in carcere turbæ
Inuidet: et medio subscalpens ilia visu
Solllicitat mentem stimulis ardentibus omnem
Iret ut immundæ seua in triclinia mandræ.
Deprimitur mens ipsa videns: nec ferre lebesum
Compos ut ante gradum: tenuemque exterrita pyrgon
Qua fragilis pompa currebat mundus in alta
Deridet: longis fraudem abominata querellis
Infit. amare nocēs fallax insane quid ista
Magnata: quid seuos occultas perfidus annos:
Inuia finis adest: capiti silicernia diro
Iam prope facta sonant: cur non moritura recelit
Impietas: fraudes proprii sine minores
Debuerant captasse viros. dirissima crescunt
Gesa doli semper: fortescitque impetus ipsa
Morte instante furens: fucatis floribus omnes
Fallis: et ipsa domi furuis obstricta cateruis

Inuehit mens
magdalene in
mundum.

Liber nonus decimus.

Fo. clvii.

Limina dant faciles aditus venientibus: acto
Damno exire negat. quid summa o perfide lingis
Ossa necans: quid nos signis fallacibus actos
Erigis: utque tenes vris canibusque terendos
Prostituis: tua dona petat: te diligat omnis
Inspiciens: has quærat opes mens inscia: noscit
Qui te seque fugit: teque effugiente nec ipsum
Insequitur: ceu qui belli iam damna cruenti
Expertus multo pontem facit hostibus auro.
O dolor. æterno mens o male perdita damno
Mens utinam angustæ ventum deprenderet orce.
Tempus abit. lex ipsa sedes. et culpa nefandi
Pectoris. heu. nodo quis me religabit ab isto:
Graminibus mors alta latet. cesorque macheram
Veste sub occultuit. nūc ne crede color:
Mutat eum tactis quæcumque ad nubila ventis.
Despice blanditias hostiles: respue campum
Florigerum: sub flore latent ergastula: mæror:
Pœna: labor: nec grata quies: nec longa cadens quæ
Obrigit: sine estus hyems mel mellis inane
Nil nisi nomen habet: vanæ o dulcedinis offas
Temne: furi labris emittit hic qui vasa decoris.
Mota comes lachrymis nihilumque aduersa tuetur
Ipsa animam: toruo prunam expiscata batillo
Ignibus in medis: moreque offendere malthe
Mente cupit: versamque in mundi gaudia frontem
Surrigit ista loquens. o si mihi fata negarent
Te sociam: quavis despecti in corpora porci
Sorte darer. meus hostis abi: cum gaudia cernis
Certa fugis vanos inculcans quassa tremores.
Hei mihi semper obes: visa dulcedine diris
Vocibus in graciles in pulchra exedra liquores
Ire negas fraudis nimiumque extorta loquellis
Argumenta trahens nostræ inuidiosa quieti.
Tu placidis flammis grato ac dum sistis amor
Acclamas rabiem gladios tormenta simulque
Nunc eadem ad magni gratissima gaudia mundi
Ecce neces: gladios. an semper tela: necesseque
Semper: et ignoto prædices munera cælo:
Regna superna canis: quæ noris nulla ferendo

Per allegoriam.

Caro contra
animam.



Thalichristæ

Laudibus: ista siles oculis quod peruia: quisnam
Hic furor: humanę contemnis gaudia vite?
Det mihi cunctipotens hæc dulcia pasua: lætos
Hos pressare cibos festiue fortis: & illi
Ipse habeat sibi summa placens. hoc orbe beari
Est super estq; satis: namq; assimilare creantem
Conditio si summa nitens: rex ipse supernus
Cuncta potest: caniturq; potens: diuesq; potensq;
Est similis domino cui cuncta potentia magno.
Ipsa potestatis felicia nomina quis non
Optet: que miseros et vili ex puluere natos
Efficit esse pares illi qui maximus orbi
Presidet. alma viris quærenda est semper ab vno
Semine progressas quæ sola potentia turbas
Dissimiles facit esse bonis: mortalesq; longe
Vnigenum distare genus. metuenda potentes
Nomina dant lingue fraternis patribus ortæ:
Vna parens omnes aluit: venerantur: adorant
Hos alii: præcepta ferunt: cur iussa ministrat
Diuitis eger inops: vnde hoc dic vnde videmus
Lucere impositas plenis gaudentibus aras
Et crura arreptis miserorum flexa calyptis?
Posse dat. ergo bonum. proh sancta potentia: summas
Digerit ista domos: hæc famam extendere magno
Dat iuueni nitidam: totum memoranda per æuum
Cæsaris arma: duces sola hæc commendat ab ipso
Quo posse eternas implerunt nomine chartas.
Præcipit hæc iubet ista: vetat quod præcipit: vrget
Quod vetuit: plenaq; potitur libera doxa.
Gaudia sola refert: obstantia membra cicurat:
Blanda beat dirimens que velit secta: fauores
Perbibit ista sacros: durum moderata flagellum
Ingerit ista minas: iratis guttura loris
Arcet: et hæc ipsis vel mutat sydera verbis.
Hæc iuuenem cererem: prisca gutturnia bacchi
Fercula summa vorat phæbo mutata sub vno
Septus: et pulchras digitis languentibus escas:
Pomaq; que longo duxerunt somnia mundo.
Vtitur hæc properis quorum implet vota ministris
Reddere magna potens: huius diapasmata nares

Liber nonus decimus.

Fo. clxxx.

Vista tenent: ostrumq; manus molles ve lacernas
Auris amena sonus palpati carminis: illi
Leniter appositos ruspatur visus elenchos.
Deniq; si sensum plene facit esse beatum
Posse frui cunctis saturato pectore votis
Sunt paradisi opes: aurum liquet esse supernum
Quippe bonum: solis quoniam mortalia numinis
Corda per optatos referunt vestigia cælos.
Quid vetat optandi diuina palatia mundi
Quærerere me: rutilum domino cui militat aurum:
Copia diues opum: foelixq; pecunia: nullis
Læticie caritura modis: qua principe: regna
Magna parata viris hominem factura beatum.
Desieras inimica loqui. tunc perculit horror
Sanctam animam: gemebunda dolet: testesq; supremos
Ante citata polos lachrymans sic incipit. alte
Alte parens miserere mei. surrexit inique
Impetus omnis aquæ: limoq; immerfa sub atro
Puppis anheia iacet: laterisq; virgente procella
Dirius in castos oritur celestina rudentes.
Labor. & ipsa rati minitatur scylla bifronti
Scylla cerosstratis nimium calefacta tubullis
Frigida: fulta focus: hamatis torrida prunis
Fercula funde potens. luteo mutata veneno
Non facies sit chara patri: que missa deorsum
Ni seruata ruet: stygio non apta tyranno
Pectora habet vitii soboles pulcherrima magni.
Assimilata bonos: habet hæc fundamina vero
Velle frui: medium cui finis nulla: decorum
Intererat fixare manu: ne prima voluntas
Cassa fatiscat: iter medium antra: capillus
Horret in accessu: qui pelleret ipse timores
Hic fouet ille metus: sociis collisa tenebris
Lux oculita iacet: nonq; vni versa per auras
Funditur: hanc dno ne flectens subdola ferro
Arceat oro iutes. hæc postquam talia. carni
Sic ait. o bustum condende lucis apertum
Prona dolis nimium: reptili credula fraudi:
Pernitiosa comes: que præmia parua secuta
Temporis æterni fraudaris munere doni:

Spis cōtra car
nem.



Thalichristiæ

Verba doloris habes regalia iussa subire
Anxietatis iter: viuos passura furores
Cur petis oh requiem misero subiecta labori
Continuisq; malis in nullam nata quietem?
An legem superare vales: qua cætera sistunt
Supremum subitura iouem: quam rupibus altis
Scripsit in infecto materna superbia mundo?
Quere placet requiem: si queris: quæris ab isto
Qui locat in mota sedem tremebundus arena:
Erigit & pulchrum ventorum ex vertice collum:
Instabilisq; labat cuncta ad momenta: ruebat
Tunc alius: nunc alter adest: tempusq; per omne
Hac velut arte ruens: semper mutabitur. hoc et
Estq; quod ante fuit: quia semper perfidus: atq;
Ludit vt ante viros fraudis mala dona petentes.
Nonne vides quantis affligat cladibus omnes
Ipse suos: quanto maneant quærenda labore
Quæ dabit ille: trahit confusos vndiq; circum
Mcenia: cerne. vocant non vno pectore: nunquam
Verba audita: preces ventis abiere: furorq;
Perditus: & vane media sub nocte lucernæ.
Assiduus premit ossa labor: circumstat vbq;
Pestis onus: mortisq; acies: ac dira flagella:
Senæ obstantis opus fortune: torua citatos
Arcet: & ignaro largitur cuncta sopori:
Quæ potuit: non fixa tamen: voluenda rotisq;
Excussis rapido vertenda in nubila morsu.
Summoti properant acrius: longaq; querella
Tarde aliquid toto concessum radere mundo.
Aspice quo fremitu discordet turba: furensq;
Vulgus hiat: nummum cupiensq; e culmine lapsura
Dente auferre: cadit: rigidisq; in cautibus ora
Scindit anhela: manus aliorum euellere gemmas
Inuito voluere solo: sub montibus altis
Deprenfas videas. aliisq; parantibus omnes
Rumpere turris opes demissa phalarica semper
Obstant. sic miseris speculatur torua cateruas
Quas feriat fortuna minax metuendo quieti
Diuitis: in roseo quem captat sedula fulcro.
Niteris vsta loqui reuens: attende. tulerunt

Respondet taci
te obiectioni.

Liber nonus decimus.

Fo. clv.

Multi inopes vestri terebrato pectore mundi
Regna: domus: trabas: nitidæq; ornata potestæ
Sceptra: fatebor enim. tamen hos dixisse beatos
Quippe nefas: dominos felices dicier: ipsa
Regna negant: veniunt grauibus nam mixta periclis
Mixta dolore graui curisq; vrentibus: vnde
Rex erit inde dolor: poena inde: & semper iniquos
Mens patitur gladios: vigilisq; oppressa timore
Quid fortuna valet: quid longum viuere: quid due
Liuor in alta volans: & prepetis intima fati
Tela: quid e testo casus violentior alto:
Pensat acerba tremens. & quanto plenior aula
Tanto metus crucians. onerantes vnio vestes
Contegat: aurato concurrat plagula limbo:
Si suspecta lues semper: si nubibus atris
Imminet exitium: si formidabilis extat
Exitus his: habeant adamanti in nexus achates
Sit sibi. nulla quies: confusaq; viscera magni
Diuitis: & nimium crudelia credita pectus
Solicitant: sic pauper: erat qui plenus abundans
Sit licet: æger adest: inhians: fame motus: egenisq;
Multa tenens aliena petit: satiat & errat
Nullibi corde labans: nonq; hæc quæ possidet inquit
Esse satis: cum non illis expleta voluntas
Gaudet: inq; nobis venturo accommoda curis
Corda ciet semper: placidam nam quisq; quietem
Inuenire parat: quam non cum diues in ipsa
Cernit stare domo: peregrinis ædibus illam
Quæritat: inde labor. sæuiq; innascitur auri
Nunquam exempta fames. hinc fraudes: murmura: lites:
Prælia: vincla: neces: o sancta mapalsa ruris
His aliena malis: placidas secura per horas.
Est aliquis dices propriis contentus: et altam
Fortunãq; deo: venturisq; omnia satis
Commisit nihilum metuens: lætusq; manet: quæ
Eueniant: grato ferat hic sua gaudia regno.
Falleris heu nimium: quis te tibi porripit: ipsi
Quin maiora petant propria pinguedine pauci
Suffecere sibi. sed do saturentur et extra
Nil querant sapienter eos: tranquillaq; dulces

Respondet obie-
ctioni tacite.



Thalichristæ

Pax habeat sensus: hominis natura quietos
Exagitat: gladius & subiiciuntur: & illos
Febris adusta premit: capitis male tacta fufurri
Nunc interna dolent: nunc corpus sanguinis vsti
Aestuat igne potens: vel tussi pectus amara
Infremit, en cunctos incussat crimine sanctos
Diues: & in toto consecit murmura cælo:
Sternitur inq; toris nec profunt fulcra verendis
Quin metuat trepidetq; mori tremefactus inermem
Aduocat archigenem, crassæ in fumibula venę
Conqueritur lætale malum frigusq; focusq;
Flet miser: & rapidos medico nutante tumultus
Intus habet: properam minuitur flamma ruinam
Innumeraq; neces: & plurima martis imago
Fronte superq; sedent: et nummi flebilis ardor
Excrutiat: placidas est triste relinquere conchas
Exosis: plenam meditatatur turbidus arcam
Quę maneat rapienda suis: longoq; furore
Excorianda cito: dolet hanc in partibus esse
Quæ sibi per tales fuerat cumulata labores.
Odit & inde genus: crudeli pectore natis
Inuidet: hæredes tacite execratur & omnes:
Quippe quibus magnum genitoris funera votum
Esse putat: velut ipse videns annosa solebat
Ora patris mandare neci: sæuumq; minari
Dentibus: ista tremens hæc quæ male fecerit ipfi
Euentura gemit: maioraq; pertimet: atq;
Non mortis: gazæ moriturum pœnitet: ipsam
Vxorem & natos famulos suspectat: & ipsum
Adtrepidat medicum: memorans quæ ferre parabat
Perfidus armato nitias in pocula pyrrho.
Adde quod e magno nascuntur plurima sceptro
Crimina: nam sæuę scelerosa licentia carni
Possē venit: dulcem diuini patris amorem
Despicit vsq; fero corrupti tramitis vsu
Degenerat: vitisq; incumbit clodius atris.
Hoc per et instantem trepidat mens anxia mortem:
Vrgens cura feri scelerisq; memoria facti
Est ante ora minax armata harpagine: cernit
Iam iam tela necis: cęforis verbera: summum

Liber nonus decimus.

Fo. clvi.

Insuper esse deum: pœnis qui æqualibus alte
Vindictet impuros male fidi pectoris æstus.
Ponderat ecce dolens regno quid noctis 'auerno:
Quæ super astra diēs: quæ rixa horribilis antro
Quę tenebræ: quis langor adest: quæ gloria cœlis:
Temperies quam viua quies: quam tempus in omne
Vita quieseta manens. lachrymi stunc pungitur vrens
Fletibus ima feris: et inania gaudia vitæ
Cogitat: vrgentes æternaq; vincula dolores
Leticiaq; cibos: quam parce olfecerit: atq;
Quot maneant tormenta diu: tunc malit egentis
Nomen & innocuo miserum vixisse sub agro
Odit & immanem faciunt quæ regna neronem:
Te ptolomeæ ferum: te sardanapale subactum
Illecebris: te magne necant: te cęsar iniquum
Fœdis fragum caiumq; notant: te marce: cruentant:
Et te sylla rapax: et te catilina parantem
Insidias patriæ male sano ardore tuendæ.
Te solomonq; rudem: qui rex cum plurima possis
Horrida multa facis sapiente indigna. sed hostis
Das aliquem plenum nulla formidine tactum
Immunemq; metus: nihilum quem terreat orcus
Vmbra furor phlegeton (nec nomina sæua (quid huius
Non felix status: quęrenda potentia: nonne
Huius posse bonum supremi nominis vnum?
En quid & hoc? videas. nec enim suprema beanq;
Est requies quin viua fiet: tempusq; per omne
Fixa æterna manens dic qua ratione petendum
Esse bonum valeat terrena potentia: currens
Pulsa: incerta: labans: voluendaq; semper iniquis
Temporibus: moritura fugax: infida iubente
Sorte cadens penitus: si vera est gloria nullo
Fine premi: nulla est morituris gloria rebus:
Quanto minus miserum finem sperantibus: arcti
Hac ex lege viri: non vno semper inesse
Nostra manere valent: moriturę semine carnis
Omnia nata ruunt: et florida cuncta senescunt:
Iussa mori in nostro quę sunt foelicia mundo:
Exulat orbe quies: quę nunc deserta fuerunt
Ante domus: quę sunt: vel iam cecidere. creatum

Responsum ad
aliã obiectiõẽ.

Nota.



Thalichristiae

Hicce genus laqueis quae corpora suspicis olim
Interitura manent: stant altis funera regnis:
Et nunc summa vigent: et nunc ruitura minantur.
Tempus edax rigidis contriuit robora labris
Omnia: principis nihilum mortalibus vsquam
Non mortale datum. velut et sua littora mordens
Sorbuu vnda rapax: directa & prava vetustas
Abstulit: heu quales syriq gens perdidit vrbes:
Graecia quos populos: quas gentes thracia: quantos
Troia viros: quot nilus opes: que sydera mundi
Mcenia laeta cadunt: pcenitusq; exesa videmus
Fundamenta solo: nec duris inuia rastris
Que prius eratos ridebant sola caminos.
Non quia non duri ventura pericula fati
Quis metuat: securus erit: nec fixus: vt hostem
Non cauet: illa magis quae nunquam credita laedunt.
Tunc magis horrifico rumpuntur pectora morfu:
Cum noua tela sonant clam dirae egressa per omnes
Insperata vias: pestis qui nulla timebant
Hos grauior: citiusq; premit: clam qui inuolat atrox:
Clam rapitur murus. triplices experta furores
Laomedontae iam caelum aequantia troiae
Culmina non flammæ formidant tela: nec vndæ:
Non priamus grafos capitur sed fraudibus: ibant:
Iam timor omnis abest: iam longo compita luctu
Libera: iamq; quies iam thiris somnus apertis.
Quid miseris fors alta potest iam pace quietus
Armifer obruitur populus: ceciditq; superbium
Illum: & ex alti tamquam siculmine caeli
Troia cadit: sic fixa prius: sic alta: morate
Inuidiosa neci. quid troia est altius ipsa?
Quid tempisse tuos poterat fortuna furores
Hac melius: patitur gladios: et nocte sub vna
Ignibus ista perit. tuq; vrbs constructa fugatis
Militibus: toto caput inrescabile ferro:
Quauiis dura potens: & quaquam mitior esset
Sors tibiq; eternos victuram iuppiter annos
Traderet: et quaquam promissis conscia tantis
Nigra palus: serum iam iam saturnia votum
Cernit: & extinctos dessebat cypria natos.

Thiris: lege co- nuopie.

Roma.

Liber nonus decimus.

Fo. clvii.

Sed brennum sua fata trahent: manet ardea saetos
In gallos: poenis soluetur & allia iustis.
Nil manet in nobis: exit dolor altus ab ipsis
Delittiis: a pace furor. mutanda quietis
Tempora: semper adest nobis: fors: funus: & hostis.
Porta maliq; patet: portis bipatientibus intrat
Exitium: causae fugiunt si: protinus omnes
Prospera laetiferas inuenit dextera causas:
Prosperitasq; nocet: surgit nam turribus altis
Ambitio veras qua fundat cineas voces
Vitae mentis opes animis raptura nitentes.
Heus vbi tecta iacent niniues fulgentis? athenae
Dic vbi: sed saxo: condantur mcenia busto:
Ebibat ipsa suam cum terra est concita terram.
Redde feros dominos: magnorum nomina regum
Redde duces mundi: redde enses: arma: virosq;
Quo latet orbis honos: quae nunc tot corpora sede
Occult: auratas tellus quae occultat habenas?
Redde viros. vbi sunt: vbi nunc est herculis illa
Claua: potens laomedon: primusq; & dardanus: ille
Quem trepidant rex mædus aquae: quo cautus achilles?
Quo latet argiuae iuuenilis gloria famae?
Fortis vbi est aiax: vbi nunc facundus vlyxes?
Et danaum princeps iterum mutatus: & ille
Rector ouans: vna qua iam non rector in hora?
Quis fuit hec torae post facta ingentia dextrae
Exitus: & puero cui parua hæc machina magno?
Vulnera quae dario: quae finis pallida pyrro?
Dic mihi quo magni vanescit curia ponti?
Et numa qui phrygios docuit romana colonos
Sacra: remus vbi nunc: vbi nunc est turnus: & omnis
Hanibal: atq; aurum qui romae natus acerbum
Dum petit in gemmis tumulum sortitur eois?
Est vbi qui grandes obruit in æquore moles?
Huius & angustis qui fregit numina portis?
Quo socer: & magnus: quo noster cyrus: & hostis
Antiochus: syrii fastosaq; nomina sceptri
Herodesq; suis caput execrabile natis?
Redde viros: vbi sunt? mortem subiere. quid ergo
Profuit intactae morituris pluma cathedrae?

Biennus gallo rum rex.

Cineas ex pyr- rhi consiliarijs.

Niniue. Ethene.

Hercules. Laomedon. Dardanus. Amierus. Achilles. Biaz. Alyxes. Salamedes. Agamemnon. Hector. Alexander. Darius. Pyrrhus. Mithridates. Humapopir. Remus. Turnus. Hanibal. Crassus. Xerxes. Themystodes. Julius cesar. Pompeius. Cyrus. Antiochus re- ges assyriorum & israelitici hero- des.



Thalichristiæ

Auriferæq; domus: sublimibus alta columnis
Atria: bis tinctæ flagrantî murice lenæ?
Quid superare duces: famamq; extendere? quidue
Regna mouere iuuat: sedesq; implere verendas?
Gemmatamq; manum: ac ardentem fronte coronam?
Quid facies auersa minax metuenda videri
Non nisi thure dato miseris: aurumq; superbum
Et lapides flammæ: præciosa & deniq; monstra
Condere bullatis iam tot non cognita cryptis?
Regna cadunt: pulsi reges moriuntur & omnes
Diuitiæ sub morte silent: æqualis egeno
Diues obit: iacere pares: æquitumq; magister
Dictatorq; perit communi funere: tanquam
Rusticus ignoto seruasset vellera campo.
Hoc proceres paruis: hoc præstat diues egenis:
Quod moriens pulchrum lachrymis maioribus aurum
Deferit in rimis: & vela nouissima portat
Candidiora quidem: magis & properata per ipsos
Participes facti populo saltante pheretri.
Excitet infestum rumpantur classica somnum
Hic timor: hoc tristes diuini luminis hostes
Excutiet mens ipsa videns.
Quid facis infano curuatum pectus amore?
Vnde libet scissis quis te nunc detinet antri:
Paulatim fugit acta dies: sensimq; remissa
Labitur in vanam zephyris foelicibus vmbra.
Tempora gratâ fluunt phœbi vtq; absentia noctem
Gaudia sic rabidos pariunt amissa dolores.
Vita hominum mors est: est nostrum viuere: longum
Exilium: quamuis peregrinæ copia genti
Dissimilis cum pressa viat: communiter omnes
Cum metam tetigere iacent. est concita remis
Imparibus ratis ista ruens: paribusq; quiescens
Vtitur: vt nudos dederat natura creatos
Sic tulit in patriam. vita occumbente recumbunt
Diuitiæ: dominos miseris & egentibus ipsos
Confociat commune mori: si distat hiberno
Vngarus: alter inops: alter furibundus: vterq;
Perdidit in magno quo primum flumina ponto.
Quidquid habet rubicon: rhodanusq; infusa bibenti

Magisterium.

Dictator.

Pulchre.

Liber nonus decimus.

Fo. clviii.

Mergitur oceano: qui primum parua tenebat
Robora: parua trahit supero vertenda: sed ille
Qui ferus oblatus aliorum vendicat vndas
Tectis tecta trahens: & moenia moenibus vrgens
Arua premens: vndæ quod multum possidet altæ
Inferit: absorpto nec quicquam restat in illo.
Cunctis mixta malis: breuis est & fluxa voluptas
Mundus: inanis odor: pontoq; est puppis in alto
Iam dissecta labans vndis oppressa malignis
Quassa antiqua domus. primo superabilis euro
Bacchus ouans: saltens: auidæq; acceptus: & huius
Osq; caputq; grauat vis cæco infixæ cerebro:
Ferculaq; æsa cito: æternisq; ignibus ipsa
Prandia post fatuo lachrymis soluenda catillo:
Cerne furens: præci fastosa potentia quanti
Gaudia mundus habet: curis vigilantibus omnes
Quæ petimus propero per tanta pericula gressu.
Antea fraudatos leuis hæc quam vita tenentes
Deserat: illa cadunt pelago submissa cruento
Hæc dirimit tempus mordens venientibus annis
Casus & illa necat: sæuoq; euerfa furore
Sortis: & vt fragiles abierunt vana sopores.
Ast illa vt læti suprema cacumina fati
Iam tenuere: ruunt subitoq; expulsa: mouentur
Hæc serue: si iam nequeant ascendere supra
Inferius collapsa ruant: sic omnia dirit
Turbinis instar eunt: zephyros superantia. sed si
Copia duret opum: tumulumq; in funeris ipsos
Ducat heros comitata suos: hæc ergo per istam
Vel nihilum valere moram. nam somnus & vmbra
Vita virum fallens: fugiens: abscissa: repente
Vanescit: fumî ceu summa cacumina longi.
Eheu sed primum funesta pecunia verum
Diceris esse bonum: quia tecum est sola voluntas
Optatis satata suis heu quanta petuntur
Euersura domos dominis optantibus ipsis
Quam mala cæcorum vota exaudita precantum
Expleta in multis mærarunt pectora morbis.
Crederet hoc quisnam: terreni ancilla metalli
Esset imago dei: cur non o cæca superbum

Contra pecuniã.



Thalichristiæ

Agna lupum sentis: tibi iam miseresce: paratis
Vermibus esca tuis. si visu est altius ipso.
Esse beans turbis fundens alimenta decoris:
Non erit hoc nummus: calida fornace terendus
Vorticibus rimisq; latens: pedibusq; sub imis
Erutus: & vilis veniens mercede laboris.
Heu scelus. & dirum perfecti nomina damnum
Consequitur: totos vera implet gloria sensus
Inuocat iste sitim nulli satis vsq; furentem
Sollicitatq; famem: rabies radixq; malorum
Exturbatq; fidem: male notaq; pectora limo
Detinet & vinculis inflectit lumina factis.
Inuenit hic madidas sociorum sanguine dextras.
Bella: dolos: furiasq; parans: connexaq; mirum
Retia. sicca furens rege hoc & militat: ensis
Insidians. hic furta parit: mutataq; cæsi
Testamenta probat. iubet hic & melle venena
Circumsepta dari pateram raptura. silentes
Armat oues: tacitosq; canes nunc ludere: nuncq;
Terga venenatis hortatur ledere linguas.
Hic syrios ad busta vocat: mentitur & acta:
Criminis: hic famam blandito teste decoram
Impetit. & rabiem fucatae cædis in omnem
Irruit. huius amor celeres per deuia passus
Excitat. hic solitis adiungit mathea succis.
Pallantesq; immutat heros: hoc machina discors
Efficitur. renouatq; domos: quæritq; latebras
Sæpius & primo diras vlulante secundum
Non saturat. tacet ille gemens nam prospicit alas
Temporis orbatae memorans alimenta senectæ
Defectura suæ: sitienti & motus amore
Iam timet intrantes per multa foramina mortes.
Seq; hominem non esse refert: nec viuere posse
Ni solet ut plena moriatur nummus in arca.
Ast alius cum sumpsit eum: seruumq; recentem
Nummus habet: tunc iam requies auferitur: & ipse
Somnus abit: vigilatq; acies: mirabile dictu
Semper: & in cunctis horrenda pericula caussis
Cernit: nunc vigiles tempesta nocte latrones
Clamat adesse furens: gemmæq; latibula clausæ

Iste .i. nummus.

Liber nonus decimus.

Fo. clxx.

Sæpe iterumq; iterumq; parat: nunc ducere secum
Cogitat & pressis adiunxit corda metallis:
Et manet vsq; domi: ne iam metuentis auari
Initium populis auri videatur & index
Vno stare loco: tremulus formidat: & exit
Pauca foro iuuenum laudauit & agmina. quæstor
En venit: ille timet: plenosq; ardente metallo
Concutit arte sinus: nec tantum viscera vellet
Clausa quod his diu seruetur tutius aurum.
Tentat iter: rigueret animi: nec vt antecapilli
Mansere: vt nitidis fulgentia moenia saxis
Cernit ibi domini pereuntia pignora sæui
Luget: & hinc partes timidus speculatur in omnes:
Raptores functosq; videt: iam credit apertum
Ense latus: lachrymasq; ciet: nec morte: sed ipsis
Diuitiis totusq; tremat: cum forte viator
Occurrit fossaq; argentum condere terra
Vellet: & ad motam dubitanti pectore dextram
Detinet artus amor: nec nummum linquere solum
Audet: vt ignotis dominum si deserat agris
Miles hispani memoratus dogma figerni
Horreret: flexis iterum formidine ramis
Pallet vbicq; dolens. sic nox hunc atra diesq;
Dilacerant: dubiumq; trahunt: & si quid adesse
Respicit horrentes credit sibi cernere fures:
Hæfurosq; timet. proh nummi munera sancti
Maxima quæ tales pariant adepta labores.
Fœlix quæ vilem quæsitâ potentia mortem
Fine dedit: qui post homines vrbesq; coactas
Victuram sensere necem: captiuaq; colla
Victrici subiere dolo. sed legibus istis
Vnde libet longo seruata pecunia ferro
Quæritur. hæc vnum refecat: sensumq; quietum
Distrahit: & variæ deturbat pondere curæ
Pectus: & hæc votis optatur lucida cunctis
Gloria magna satis: quæ sæpe heu sæpe negauit
Altum intrare polum. quo pacem fœdera rumpunt
Hoc homines sperent fœlices dicere: oh. oh.
Gaza beans. possessa bonis quæ vertit: & illos
Contrahit in præceps: prauisq; iniuncta furores

Figerni regis
gotporum.



Thalichristæ

Conclusio.

Donat. i. deponat.

Hinc mundus a magdalena.

Acto mundo incipit vincere diabolum.

Alloquitur diabolus magdalenam. Respondit magdalena.

Replicat diabolus.

Excitat. heu nitidæ radiantibus: pollice gemmæ
Nil faciunt: nil plena domus: nil vasa corinthi:
Nil orientis opes: vt votum pectus auarum
Ponat: & ad pingues corriuent flumina mentes
Viuâ serenatis currentia leniter vndis.
Ergo age perpetuæ si te lætamina siluæ
Pulchra mouent: si vera quies: si vita decori
Temporis alma beans: dextram ad conuertere. limes
Arduus ad frontem: sine est dulcissimus ipso.
Perge: sequar. missis post præscia numina flammis
Inuenies. sic fata furit. comes ipsa loquenti
Subditur: atq; nouo desicat nubila phœbo.
Despicit & mundum securis condita castris
Irridetq; dolis: mediumq; ostendit at vnguem:
Prona prius placidum petit & iam cernua christum.
Iamq; propinquabat vitæ. sed prælia nondum
Finierant: inuisæ acies: immania tela
Nunc etiam superanda manent. en lucifer hostis
Cernitur ante latus. sceleris simularat opertam
Vim facies: vestes hominiqu; simillimus atras
Non bene nec niueas fert: mixto inspersa colore
Instita deflexas onerabat lutea plantas
Hirsutam roseo frontem abscondente galero:
Intactasq; comas sanctorum moribus: aspris
Barba riget pilis nigra: per horrida fetas
Est manus & parua facies asperrima cura.
Dat baculum pinus: numeros acerrima cornu:
Quis numeret vox alta preces: haud dulcia pulchris
Verba choris. causamq; rogat: quisue ardor eundi
Cautibus: & siccis sola it pulcherrima campis:
Quid ve petens: atq; hæc constructis cassibus infit:
Quis te nostra soror per tesqua hæc inuisa casus
Attulit: illa refert fastidia pectoris acti
Ignibus: atq; virens vitæ spes incluta: veri
Delitiæ quas quero boni. sic fatur. & ille
O furor. ad rigidam quærentur gaudia petram:
Hinc tibi desertos glaciali frigore campos
Hincq; veneniferas terræ sitientis arenas
Inspice. flecte viam: pullis quæ ingrata ferarum
Omnibus arcta riget. quis te soror alma deorum

Liber nonus decimus.

Fo. clx.

Sternit: vt indignum patiaris pulchra laborem:
Nonne fuit fatius materna mollibus vrbe
Luxuriosa modis epulas captare superbas:
Ac tenerum roseis audire sub orphea siluis
Et veneris pia mella sequi: grata omnia quando
Indulsi fortuna potens. fastidia narras.
Non mirum. lætis nascuntur tristia causis.
Sed non fixa manent fastidia: sæpe venire
Gaudia post lachrymas: & quæ non ante placebant
Nunc mutata placent. quæ longus deus at vsus
Alternis placere modis. nec cognita carpas
Dulcia: delictis aliis nunc vtere formis:
Sunt multa in toto quæ nescis gaudia mundo.
Adde quod ille videns qui conspicit omnia: cernens
Crimen: quod longis læsit tua corda sagittis
Verus ab intacto rasi tua nomina libro.
Nequicquam pia facta petis: frustra q; laboras.
Quo ruis: heu quæ te dementia proripit: ista
Dum loquitur sancti dono pia femina doni
Agnouit fraudem: plura & maiora ferentem
Detinet. ac tales effundit in æthera voces.
Ah bene celestem firmasti luce cohortem
Summe parens sensu veritus ventura decoro
Ne liceat iam posse malum. nam perfidus ipsam
Verteret: & diris scississet crimina votis.
Cur non sic miseros homines: heu longa potestas
Non erat hæc vrsu mundana in colla ligato
Per summum tradenda deum: cur fustibus atris
Corda virum lacerat: tetros in regna tyrannos
Sæuus agat: gentesq; feras: cur vertet iniquo
Igne bonos: nigrae referet cur vulnera dextræ
Omnis homo: an nullo gaudebunt sydera saluo:
Si scelus odisti: si dira & crimina damnas
Facta: vetare potest genitor sint facta priusquam:
Rumpe feros gladios: immania vincula: sæuos
Rumpe dolos: quid agis: cur iam tot partibus ista
Noctifer in nostras intrabit luce fenestras:
Mille hominum facies: mille & sub frondibus ipsa
Pestis amara latet: mille & millesima tendit
Tela: necisq; parens omniq; in tempore nostris.

Sto magdalenæ
ne diabolus. & p
mo alloquitur deus.



Thalichristæ

Hostis adest foribus: valuasq; ad turba reiectas
Extensura plagas. fumo cupit ille superbo
Sceptra furens: alius meriti non motus honoris
Ambitione ruit: votisq; hic grandibus: ille
Inuenit inuiso lætalia vincula metallo.
Vndiq; bella sonant: numerosaq; tela parantur:
Vndiq; raptor hians: & acetum induta sinistrum
Mella gerens lassus quæ infundat sensibus. ille
Vt ut ob inuidiam diro male murmurat æstu.
Ille amat hoc: quod cuncta vetant: nec legibus vllis
Formidat rapido lucem posuisse furore.
Odit & hic! tantos patietur terra tumultus!
Inclita si clari populis te mœnia cœli
Vt retinenda dares: operosa in voce creasti:
Profuit hoc quidnam dominans: cum cernis in isto
Gurgite colla tuæ funesta ad iura cateruæ
Ire per insidias sceleris: quid gaudia viua
Aethereasq; domos promittes: nullus habebit!
Quis feret hæc! nullus. reptili prendimur hamo
Hostis: & in medio spoliamur itinere: nunquam
Ibimus in clarum promissaq; munera regnum.
Cerne pater charas inimico dæmone turbas
Vrgeri. pietas quid ages cum lumina tentat
Nox violata feri nebulis inuertere morbi!
Non violanda domus nulla est! contrude parentem
Fraudis: amara feri valeant cur retia somni
Facturam captare tuam! cur surgit imago
Clara dei mundo laqueis agitanda doloso
Semper vt æternis pateretur concita plagis
His stimulisq; malæ quæ membra extorqueat hydræ
Membra per infernos iterum ventura labores.
Cerne pater laxos diuina in iura daceos.
Has scelerum poenas: & dira hæc vincula dedisti!
Criminis vltiores occultaq; tela parantes
Definis: ipsa tuos voluissent fulmina natos
Cedere missa prius: quam tot male fraudibus ipso
Dextera catenati iugularet sæua sinistri.
Ah melius merita cecidissent omnia clade
Vndarum: selecta noes: quam ligna priusquam
Ad mala seruati seruassent semina mundi.

Lassis lassati
sum in via ini-
quitatis.

Dacci. fortes
maligni. vel in-
dices maledicti.

Liber nonus dectmus.

Fo. clxi.

Sed quid stulta loquor! quæ demum insana voluto!
Dat sibi quisq; necem: soloq; ab læditur ipso
Quisq; nocens. ferus hic quamquam allatrare potestit
Non mordere valet: si recte obstrusa seorsum
Flamina sint. sceptro socius protector ab alto
Detinet hunc: & mens potuit bona vincere. sed nos
Arma damus sceleri. q; hostem sub corde fouentes
Hosti alimenta damus: capnodem in bella ciemus
Sollicitum: nostris fracti miserabile telis
Sternimur. heu miseris qui tot millesima fraudis
Pertulimus per tela rapi: victoria nunquam
Vel concessa semel: non quam pugnare putandum est
Sit graue: sed clari quæ sint & quanta trophœi
Gaudia profictos tabulis ostendere parthos:
Victorem & fractis venientem ascendere muris.
Scilicet & quoniam supero mea semita campo
Sit descripta: licet nostras se luce tenebras
Iustificus cognorit agens frigusq; dolosq;
Sum quibus ista ruens: miseram spe pellit ab omni!
Quin potius mutanda cado. via prima salutis
Nolle pati. conuersa deo mutabor vt ipse
Præuidit. priscaq; iacens si fæce resurgo
Nil vetat vt medico confidam faucia iusto.
Ah fugiam. nec mentis erit certare loquendo
Fraudibus. hic magnos crispippi abscondere nexus
Fraude potest. procul o iuuenes discedite. fallat
Apta loquens. procul o nam prisca huic tempora monstrat
Mille nocendi artes. occultis inclita nodis
Compfit verba senex: & voces arte togatæ
Cassigera vanas informant fauce chimeras:
Hæc effata fugit. digitosq; immittit in aures
Exclusura sonos venturæ vocis. at ille
Liquitur in nigras diris stridentibus auras:
Miratus mulieris opem: disruptaq; vincula
Funditus. illa deum domino dignissima christum
Ardenter sequiturq; simonis in ædibus ipsum
Inuenit: huncq; videns humilis submissa repente
Illachrymans grandes effundit flectibus imbres:
Pectore & ima dolens geminat suspiria sanctos
Et gemitus deflens christi pudibunda decoros

Nota.

Nota.

Nota.

Ille. diaboli

x



Thalichristiæ

Osculata pedes: lachrymis hos sæpe lauabat:
Lotaq; dispersis tergebat crura capillis
Tersa magnificoq; vngubat alabastro
Nonq; oculi iam fontis erant: iterumq; lauabat:
Tergebat nihilumq; loquens: nam conscius actis
Præligat ora pudor: tuq; o veneranda magestas
Conterres tacitamq; facis. sed pectora verlat
Christiferis ignita notis: hæc pandit. in ipsis
Solutus erat: nihil ille tenens: qui cuncta petendo
Nulla tenet. dominus contrita vt corda supernus
Inspexit: maculas peccataq; cuncta resolvens
Accipit hanc. pulchrum (satis hoc est factus) amorem
Diligit. illa luem tenebramq; exuta priorem
Confesedit turbis post primam prima beatis.
Finitur liber nonus decimus.

Argumentū libri vigesimi Thalichristiæ.

Lazarus exurgit tumulo. ruptisq; cauernis
Intremuit lætale chaos. manifesta q; ditis
Signa dat ipse loquens. sanctam rex mitis in urbem
Introit: & lætis plæbes venit obuia ramis.
Multa canit christus ventura sequentibus annis
Quæ possint vitare sui. sathan atq; superbam
Sæuit ob inuidiam. stygio vir motus ab antro
Vendidit & dominum. celebratur pascha. sacrumq;
Corpus adest cœnæ: diuisaq; pocula iusti
Sanguinis. atq; pedes christus lauat ipse ministris.

Thalichristiæ vigesimus liber.



E quoq; sancta salus & tememorāde canemus
Lazare: qui flenti vixisti redditus orbi.
En deus horribili sede hunc pallente barathri
Euocat ima ciens: turbataq; tartaravertens
Christus in accessum referas cū vocib; antrū.
Et iam verna necis: iam nocti ascriptus amaræ
Volutur ad superos: & post vimbracula cæci
Terroris: gemitusq; domos: noctemq; profundam
Viuat: & ad mensam loquiturq; interq; loquendo
Maior vt orci fragæ surgat noua gloria dextræ;

Liber vigesimus.

Expertus nuper prandens: sermone profundum
Conuiuiis sinuabat iter: flexusq; silentes
Poenarum: & lachrymas & tristia regna dolensq;
Vulgus & horrendos ira & caligine lucos
Indicat: & longis quæsitâ hinc tartara lustris
Necdum nota patent: & iam sunt prodita. quæq;
Fecerat ante potens quamuis non parua magister
Hæc maiora tamen. magnum est quod claudus apertis
Gressibus æquor habet: magnum est quod in æthera tollit
Mancus vtramq; manum christi quæ in laude supinis
Motibus in validos valeant aptare lacertos
Huius ope: & magnum est quod mutis claustra ligati
Sunt resoluta soni: linguæ ac vox reddita: quæ tot
Mugitus dedit ante feros: & mentis anhelæ
Horrida viuificum discussit vincula verbum
Numine. & hoc magnum est quod lucem cæcus ademptam
Suscipit obscurans humoris nube dolor quam
Abstulerat violentus atrox: tactusq; profundas
Excutiens nebulas tenebræ frontis amœnos
Accipit orbe dies. magnum est quod cæcus & alter
Nunquam nota nouis accepit lumina membris
Sputo & lucifera consperso puluere dextra
Natura orbatâ gemmæ apponuntur ocellis.
Parua tamen domini suprema potentia christi
Hæc reputat: charum nisi regno a mortis amicum
Liberet. ecce alto torquetur lazarus æstu
Febris: & en flamma perdebat rosus ab ima
Iam radicis aquam: iam facem sanguinis vstam
Lux oppressa dolet: stupet & iam sensus: & alget
Pectus: & hærentem quatunt fumibula frontem:
Exturbantq; caput: gelidq; cupidine ponti
Aestuat hepar habens non iam quis pocula vires
Digerat: illa cremat calor alte intensus iniquis
Ignibus: in medio velut ardent membra camino
Cuncta simul: soloq; incensa est dextera tactu
Arcigenis: iam labra cibum: iam tempora somnum
Nosse negant: dulcem quacumq; ex parte quietem
Pernicies inimica rapit. dolor omnia surgit
Sæpe venenati clamor miserabilis ægri.
Iam neq; clamor adest: laceras actura querellas

Infirmas la-
sari.



Thalichristiæ

Vox deerat. tristes morbo cruciante sorores
Cæsa velut fratris conclamant corpora: summae
Lucis opem dominumq; optabant cernere christum:
Imperet vt flammæ: ceu quondam fecerat vnde:
Ossibus inclusi q; in frenet guttura morbi
Qui totiens tumidum faciat mitescere pontum.
Dumq; dabant lachrymas: hominis natura laborans
Vincitur: æterno clauduntur lumina somno.
Æterno christus si non foret ipse beatus
Aspera crudelis rupturus vincula mortis.
Iam morti successit honos. laus inclita cæsi
Dicitur: vt castus: prudens: miserator: & æquus
Affuerit. claræ certissima præmia vitæ.
Intumulum fertur: legali more parantur
Exequiæ tristes: funebres cæsus honores
Accipit a populo: tetra q; absconditur antro.
Quattuor atq; dies sub duri tegmine saxi
Corpus erat: nigro maculataq; pectora tabo
Suntq; fluescentisq; est aura teterrima carnis.
Roduntur nares: nudatis dentibus horrens
Os erat: & nudi iam concava vasa cerebri:
Internæq; nuges: ac sedes pallida: laxis
Temporibus: raro datur aspicienda capillo.
Altera iam facies: vel nil quod nosse valeres
Fœtenti humanæ restabat carne figuræ.
Iam noua deq; suo properabant germina dorso.
Iam sua letales aptabant pabula vermes.
En deus! en magnus dominum se ostendere christus
Voce parans: solo fracturus funera verbo:
Aduenit. hunc supplices postquam aspexere sorores
Postq; iuges lachrymas & verba precantia: postq;
Languentes animos narrataq; funera: venit
Vt videat iuuenem: qui viderat ante iacentem.
Cernere vult tamen hunc: plæbs noscat vt ipsa supernum:
Cum videat cæsum christo veniente citatum.
Iamq; sepulchrales populo comitante latebras
Ventum erat ad: flebant germanæ. flebat & ipse!
Cunctipotens: lachrymasq; beans fundebat & illas.
Pace sedensq; loci fufurus gaudia pleni
Omnibus ipse dolet: lachrymatur tollere fletum

Lachrymas xps

Liber vigesimus.

Fo. clxiii.

Qui valei hic nostrum: genus & qui ducere mœstum
In bona se: chari quod iam requientis amici
In spe pulchra mora visuram sydera parua
In fera sordentis mentem contagia carnis
Bellaq; in inuisi morbosa reduceret æui.
Vel quia tunc meminît deceptæ gentis: iniqua
Quæ sub nocte ruit: viua quam morte peremit
Vita nocens: diriq; inclusit: pestibus orci
Funus in æternum: velit hos clementia rursus
Viuere quod forsan iam vere experta relinquat
Tartara: iusticiæ prohibentur legibus arctæ.
Siue quod agnoscant: mortem spoliare cruentam
Qui valeat verum mortali corpore christum
Esse deum: lachrymis fateantur terrea fufis
Membra: simul medici fateantur numina sancti:
Qui videant ruptis illum iam exire cauernis
Pressum morte tribus caruit qui luce diebus.
Ergo vbi dat lachrymas turbato pectore miras
Christus: & infremuit commotus: lazare dixit
Surge sepulte foras. subito tremebunda cauernas
Vox ferit hæc imas. stupuerunt tartara magno
Quassa metu. en triuis herebus patet altus apertis.
Mors violata iacet muta stupefacta. chaosq;
Intremuit ruptis post sæcula tanta tenebris.
Extemplo cæsus domini clamore citatus
Viuît: desertas anima repente medulas:
En venit & magni veneratur numina christi:
Inferniscq; locis cupidæ statione gehennæ
Multa refert nobis: manifesta q; nuncia ditis
Attulit & stantem tremefecit voce cohortem.
Inde vbi quam sæuo mulier subducta barathro
Gesserat in fufam per membra nitentia nardum
Olfecit graciles iudas scelerandus odores:
Traditor ad sanctum sub iniqua mente magistrum:
Hæc ait: in vacuos cur tantum perditur vsus?
Quid caro per talem lucratur sancta liquorem?
Magna erat vnguento quærenda pecunia tanto
Pauperibus tribuenda piis: dolor ire per auras
Hæc mihi. sed tantæ non sunt pro paupere curæ.
Fur petiit hæc vendi: oculisq; vt cætera condi

Resurrectio la-
zari.

x llii



Thalichristiæ

Quæ sibi nota rapi christusq; hæc inquit amici
Hanc finite: in nostrum seruabit facta sepulchrum:
Tempus in hoc nostri præuenit munere belli.
Non vobis totum venio mansurus in æuum:
Pauperis hoc vestras sed clamor plæbis ad aures.
Semper amore acti præstabit pignora vestri.
Interdum pauidi tot miris mota popelli
Turba videns christumq; simonis in ædibus almaum
Discubuisse venit: nec solum hunc visere poscit:
Soluta cuncta licet referunt quem condita: sed te
Cernere te cupiunt: qui cæco e ductus ab antro
Huius voce feri rupta iam lege barathri
Et loqueris mensæq; accumbis viuis: inertes
Conterrefq; sinus: erepta & visus in aura
Omnia grandisonis implebas pectora factis
Et christi innumeræ clero indignante cateruæ
Laudabant cæcum referantia brachia bustum.
Iamq; aurora nitet: primum rubicundus ad ortum
Sol veniens madidam fecundat lampade terram,
Ecce autem paruo cœlorum & factor a fello
Terrarum: sæuamq; intrabat mitis in urbem:
Mittis: vt ante sacris audiuit filia verbis.
Ecce simul sancto quæ te hierosolyma festo
Gens petiit: sumptis christo venit obuia palmis
Læta gerens oleam per signum pacis amicam
Verba superna loquens: gaudenti pectore fundens
Vestimenta solo.
Surgit in astra sonus: clamor super æthera summus:
Sit benedictus aiunt: domini qui nomine nostri
Rex venit: hæc sancto pax sit gratissima celo:
Gloria. vita. quies. genus o filii in clyte dauid
Solue tuum. vinctis geminatur & osana dextris
Alta phariseos turbarunt carmina vultus:
Qui dixere bono lymphata hæc murmura christo
Increpet: & laxos arceret voce ministros.
Inquit & hic. lapides clamabunt tanta silentes:
Si taceant nostri. iam iamq; accesserat vrbi
Vt propius: charam miserandis stectibus illam
Insuper ista dolens: venturaq; tela recensens.
Heu heu si dulcis cognosces tempora pacis

Qd. ppter iesu
m h. vi lazarus
viderent.

Rex tu? venit ti
bi mansuetus.

Festis palmaru

Liber vigesimus.

Fo. clxxxiii.

Missæ arcana: vias cœruorum antiqua relectas
Hoc tibi quo pulsæ cecidissent sole tenebræ:
Vt tibi. nunc cæco facies absconditur antro
Pacis: & ante sinus veniunt non cognita sæuos
Munera. venturis mandatum est currere sæclis.
En erit: aduersis cingantur moenia turbis
Vndiq; tu longis doleas arctata catenis:
Donec victa ruas: vinctosq; in terga nepotes
Gens inimica trahat: regnumq; & viscera vertat.
Sic effatus abit: templumq; ingressus ementes
Eiecit dominum se ostendens voce supernum
Sæua sacerdotes vexabat cura furentes
Et scribas: vulgicq; duces: christumq; parabant
Perdere sæpe bonum. sed dirus crimina quamuis
Liuor in alta volet: confusaq; viscera raptet:
Hærebant. odiumq; tacet mens aspera. namq;
Ipse ad miratam suspendit voce cateruam
Cumq; superna suo daret euangelia templo:
Ecce senes sceleris: patroni criminis omnes
Conuenere: deum christumq; affantur: & illum
Ista rogant. quis tu es quo surgis nomine: quoue
Posses venis? iustaq; occultans numina causa
Christus ait celo per iannem fusa decoro
An venit vnda yris: tunc orba vt vipera partu
Gens furiosa silet confusaq; turpiter hærens
Cogitat ad varios instantia funera sensus.
Namq; rogata alto si dicat flumina celo
Deuenisse: feret. cur non sunt credita: siue
Sunt terrena. timent populi subisse furorem:
Quando tenent sacram quod iannes cœliger vndam
Mittat in ambustos per iussa prophetica campos.
His angustia focis: his curis anxia: verum
Nosse negat. dominus candenti fronte serenus
Hæc. simul & taceo: nec quo sint nomine dico
Dogmata quæ votis dispersi haud cognita vestris.
Hæc ubi dista tacens in plæbem lumina voluens:
Ista refert populi miseratus vulnera cæci:
Montis homo in crassis plantauerat incola terris
Antigeras vites: placidis fundata colonis
Semina dat propriis culturam lætus agelli

x liii



Thalichristia

Ferre iubet rigido glæbas disperdere raſtro
Et verſare ſolum: dum oſq; euellere. iamq;
Vinea maturos generabat adulta racemos:
Ipſeq; mœſtus erat: qui vites condidit: ipſe
Triftis & æger amans: & multo in tempore pulſans
Stabat acerba ferens: veniſq; ardentibus actum
Non habet ipſe cibum: ſitibundo & gutture ſeruum
Miſit ad electos cultores vitis: vt illi
Afferat intactas ſelecti palmitis viuas.
Vox & inanis adef: nam debita iura repoſcens
Occiditur miſſus cultoris cuspide ſeruus.
Tunc aliuſq; aliuſq; venit fructuſq; repoſcit.
Hunc ſimul & furui cuſtodes cuspide teli
Traſſigunt: feriuntq; graues: pelluntq; furentes
Oblito & fotos decerpunt præſide ramos.
Tunc dominus lectos altum inſultare colonos
Cernit: vt & flagris miſſos laniaſſe cruentis.
Quid faciat ſecum ipſe putans: hæc inquit. in illis
Nil valet hoc nobis: dilectum mittere natum
Conuenit. ille ferat nomen genitoris: amatam
Cum videant prolem: forſan vereantur. & ecce.
Aduenit iſte: vident & iniquis ſenſibus horrent:
Deſectiq; animis ſic ſecum effa ntur: & iſtum
Rura paterna manent: hic hæres ſolus: hic vrget
Reddere cuncta patris ſobolem rumpamus: & huius
Funere dulciſono ſoli dominabimur agro.
Nec mōra. diſta parant: infandaq; pectora firmant:
Vitiſq; & natum propriis necuere repulſum.
Tunc deluſus ait plantator. tollere dulcem
Cogitat hæredem cultor ſelectus: & illum
Perdere iure volo. quis me nunc detinet: alti
Sanguinis vltor eam: maleſidaq; facta repoſcam.
En: venit: & prauos terrenti calce colonos
Perdidit igne furens culturaq; brachia quærens
Externis plenos donat cultoribus agros:
Dixerat hæc. ipſi dixerunt protinus abſit
Abſit ab hæc noſtris complenda parabola turbis.
Clara ſed in cæcos conuertens lumina vultus
Chriſtus ait. quidnam eſt: doctores dicite. paruum
Quem reprobat lapidem dextra ædificantis: hic ipſe

Liber vigefimus.

Fo. clxv.

Eſt caput: et magni retinet fundamina teſti.
Qui ſuper hunc cader: hic veniens quaſſabitur: atq;
Quem ſuper ipſe ruet: teret hunc miſerabile: longis
Ponderibus. mentes ſtimulat liuor igneus atras:
Languet ſcriba fremēs: abraſo et viſcere princeps
Vnuſquiſq; pauent: et in ſociata timerent
Agmina: ſacrato quæ ſat ni credula chriſto
Non inimica tamen: voces venerantur: & hærent
Inſimul hic iſta caperetur chriſtus in hora.
Sed tenuere ſeras meliora in tempora flammas:
Et ſtruxere dolos ipſo in ſermone paratos.
It funeſta cohors prolixis horrida barbīs
Macra genas: deſſens: & longo prona cucullo
Vinſta manus ambas: laſſiſq; atricta lacertis
Sic ait. excelsam meritorum culmine famam
Sancte magiſter habes qui arcana ingentia ſoluens
Vera doces cunctis: nec munere deuus vllō
Das nouiſſe viam promiſſa in ſydera veram.
Dic precor eſt noſtrum ſi iuſſu cæſaris aurum
Fas dare qui legem: qui ritus cæſaris atos
Audimus noſtræ rectorem gentis et vnum
Scimus adefſe deum per noſtra pericula notum?
Fraude armata phalanx: fucatis ſtulta loquellis
Quid petis? en ſummo placuit concurrere verbo?
Quid petis: an verum capies ſermone magiſtrum?
Conſtruit angelicos ſola qui in voce maniplos?
Qui bona ſe firmo plaſmauit ſydera verbo
Progenituſq; parens hominum fecundus in orbem
Lumina ſancta gerit. nunquam quæ ex luce labascunt
Vera oculis altas ſcrutantia deſuper vmbraſ.
Chriſtus vbi in tales fraudem ſtruxiſſe colores
Inſpicit: hæc fatuſq; numiſſina oſtendite cenſus:
Cuius imago ducis: dixerunt cæſaris. ipſe
Inquit. et iſta ſatis. ſi ſunt hæc cæſaris: illi
Reddite: que domino domini ſunt reddite iuſto.
Protinus iſta ſilet rabies confuſa: tumenſq;
Gens nequit hoc rectum ſcleris damnare magiſtrum
Verba inuita probans: mirandaq; diſta repenſans.
Nec requieuit enim. tabenti pectore curas
Sed tegit inſandas. iterumq; effata. magiſter

Et caperent te-
ſum in ſermōe.
Pungit hypo-
critam.



Thalichristæ

Quem licuit testas noscentem exolvere causas
Doctōris digito legem referentis ab almo
Pande precor voces: & sensa latentia: namq;
Iussit vera canens. si vxorem luce relinquens
Prole sine horrendam pellatur cęsus in vmbam:
Vxor prole carens sit fratris nubilis ipsa
Coniugis: vtq; nouo letetur nupta marito:
Frater et adiunctæ morientia semina carni
Suscitet ipse manens. septemq; ingentia fratrum
Vna saduceo iordanis lara marito
Corpora genuerat. quorum cum primus amenam
Accipit vxorem: vita spoliatus et ipsam
Perdit prole carens. tunc frater legis amico
Subdit colla thoro: quo sic sine prole perempto
Accipit hanc alter: sterilisq; est mortuus: alter
Prolis egenus obit focii successor: et alter
Alter & alter adest. sic omnes ferreus vrget
Somnus: et in toto liquerunt semina mundo
Nulla pares. coniux sequitur vestigia tandem
Cęsa simul. viuis per sæcla nouissima versis
Cum caro iam primos rediens susceperit artus
Coniugis vxor erit cuius nam debita: quando
Vna tot & veros cognouit sola maritos?
Dixerat ista. deus: præsentis in tempore christus
Inquit vincula valent: hoc iungens copula: nubunt
Hoc homines: illo qui digni exurgere sæclo
Sint habiti: et motis carnem reuocare sepulchris
Iam religata trahent viuentes colla: nec inde
Nubent: nec socias incendunt coniuge tædas.
Nec fas inde mors: dubias nec temporis alti
Ferre vices: quoniam non cęsi feminis: imo
Viutorum deus ipse deus: quo principe viuunt
Omnia: qui vltam tenebris eduxit opertam.
Dixerat. atra ruunt sanctaq; in voce quierunt
Ora maligna: modis vt testæ enigmata miris
Soluere nosse vident: nec quid iam vocibus audent
Intentare deum. qui quāquam dicere nolunt
Quamq; animos dolor altus habet: laudemq; refugit
Mens inimica probant diuinaq; pectora laudant:
Ipse refert. pleno qua pandite lege theatro

Liber vigesimus.

Fo. clxvi.

Dicitis esse satum dauidis semine christum:
Qui canit. ista meo domino deus ipse beato
Dixerat a nostris habeas subsellia dextris
Donec ipse tuos abruptis crinibus hostes
Ponam strata pedum per sæcula cuncta tuorum.
Cur vocat hic dominum: proprii si sanguinis illum
Filius: et nullum retinens aliunde nitorem?
Est populus verbis longe stupefactus in istis.
Christus & electis illo spectante ministris
Hæc ait. a scribis fratres attendite: nouit
Ludere qui longo in stolæ ingentis amictu
Ventilat iratum pomposis callibus ostrum:
Et cupit in multo populi trepidantis honore
Esse salutatam circis: & inania verba
Prima sibi et positis primum discumbere mensis
Primo cibos primum fundentia vasa licum.
Quisq; orbata vorant seruantes testæ: deosq;
Se penitus simulant: & retibus aera captant.
Flamma æterna manet grauiorq; hos flamma manetq;
Hos immane malum: quis magni tradita regni
Clauis: & absorpto labuntur in antra veneno.
Interea in sanctum mittebant munera templum
Multa quibus plena feruebat nummus in arca.
Ecce simul mediis mulier paupercula turbis
Aera minuta dabat: nec plus pro posse licebat.
Christus eamq; placens in opem conspexit: et illam
Plura dedisse refert famulis mirantibus inquit.
Hoc alii longo deducunt munus aceruo:
Quæ dedit hæc sicco subtraxit dona palato:
Et sancto exiguam spoliavit munere mensam.
Post hæc sacra cernentes culmina templi
Pulchra coronatas mirantur testæ colūnas
Gemmatosq; sinus: aurataq; tegmina: summi
Instar solis. ait dominus. quæ cernitis olim
Morte terenda manent miseris calcanda diebus
Obruta cuncta cadent: & quæ nunc firmiter hærent
Protinus ista ruent: æternisq; ignibus ardent.
Obstupere. rogant quo sint hæc tempore. quæ sint
Signa futura prius: quæ cladem facta tremendam
Preuentura canat. tunc ille est fatus: ad vmbam

Consilium xpi.

Simi meridia
ni.

Ardet. presens
tēpus. p futuro.



Sermo christi.

Infructate. no-
uiter & audacter
dicat sed theolo-
gice. ac si dicat
facite necesse fru-
ctuosam morie-
do pro xpo qui
viva est.

Thalichristæ

Cernite ne claros seducant nubila sensus:
Cernite. nam venient multi qui nomine nostro
Ficto aderunt nostros rapturi noctibus agnos
Tempora sancta canent: christum aduentare recensent
Fucatisq; nouam deposcent vocibus aram.
Corda parate duces: cæcorum pellite fraudes:
Mortibus ornandos decorabunt sanguine cælos
Non in honora bonis venientia vulnera bellis.
Infructate necem. nostris ruit æmulus armis.
Arma parate animis: et spe præsumite bellum.
Vincetis fracti laqueis: fortesq; silendo
Intrepidi expectate minas. si prælia cedes
Vincla ferosq; sonos & magnæ stragis acervos
Audierint agni: taceant. timor omnis abesto.
Nondum finis adest. iam sine instante resurget
Gens aduersa fremens: perituris concita labris:
Vulgus in arma tonans: et diris obuia regnis
Regna: tridentisoni laxata repagula ventis
Orbe labente trahent: terras cælum æquiora voluent
Horrisoni: tetros miseræ telluris hiatus
Et parient: vertentq; sinus: vrbesq; domosq;
Montes: colla: vagas animosis flatibus vndas:
Et labor: et morbi: et flammæ: & pestis: et iræ:
Atra famelq; aderunt: sitis & vel cuncta ciebut
Sydera: commoto concussa tonitrua cælo.
Vos tamen ante lupi tentabunt spargere faui
Dentibus igne feris: nostro pro nomine diris
Principibusq; dabunt: nec donum gratius vllum
Quam laniare meos: præstanda in signa retortos
Esse feram: nullas dura in certamina voces
Querite: viuit amor: nec diris tempore belli
Deseret amplexos supera pinguedine fotos
Altitis vmbra teget: nec cuncta in sæcula linquet
Poffe nefas. nostri nec quid meditentur amici
In laqueos dabit ora deus: qui sanguine iustus
Efferat: et vires animis patientibus omnes
Oraq; plena dabo: conuersaq; tela ciebo.
Vincebunt victi victores: duraq; ramis
Saxa ruent: maculis scelus inficietur in ipsis:
Nec gladiis gladii: nec telis tela repulsi

Liber vigesimus.

Fo. cxxvii.

Voce cadent sola: verum fateantur iniqua
Pectora. vos nostri cæcis a fratribus ipsi
Exilium: pia vincla bonis: casusq; feretis
Innumeros: nigre vinum exitiale lagenæ
Sit dulce et moestis effundat mella sub vnis.
Omnibus exosi nostro pro nomine: sed non
Credite posse nefas in lucem nocte leuatam
Fallite raptores gaudenti funere. mecum
Discite dulce mori. passis patienter amaris
Vera paranda quies. animas seruabitis ipsas
Et laceros artus: in spretis carnibus ora
Docti horrenda pati. cum vero hæc moenia cingi
Hostibus: & campos flammis et sanguine testos
Scitote extremo quod iam hierosolyma casu
Vestra ruinosam mittet spoliata cathedram.
Tunc fugiant omnes vicina in colla timentes:
Discedant medii: nec de regionibus vlli
Intrare in cuneos extrema ad fila vocatos
Præsumant: venit atra dies: venit vltio: verus
Vltor adest: lotis implendaq; prata iuuentis.
Matribus horrendus fundetur clamor: & ingens
Luctus erit: pressura fremens. dolor. impetus. ira.
Mors et acerba. cruor. terris trepidantibus horror.
Tunc gens ista cadet gladiis crudelibus: implet
Scripta ruens: venietq; alienas exul in vmbas
Colla iugo præbens: nec sub salomone requirens
Lucis opus solite: nec digni pocula cæli.
Hactenus alma ruent: nullumq; habitura deco rem:
Factum ingrata luent: ignotaq; pignora perdent.
Aurea tunc verso decurrent sæcula mundo
Gentibus: et placidas peregrinis ignibus escas
Fert qui cuncta trahet: saturni & pabula poscet.
Quisq; palestina gaudebat solus in herba:
Non iam creteæ contemnet gramina siluæ.
Cum vero extremum passura potentia casum
Sit mundana: altis aderunt ingentia circlis
Signa: tenebriparam stellis reuomentia flammam
Astra cadent: radis sitiens quatietur obustis
Phœbus & infectam velut atro sanguine luna m
Aspicient homines: & totis efferat siluis

Per allegoria.



Thalchriſtiae

Murmura et ſtolidos ſurſali turbine campos
Ac ſpumare ſalum:reſonantia littora:pontum
Feruere & mœſtis piſces vlulare ſub vndis
Arentesq; viros gelida formidine preſſos
Demiffas acies:et toto pallida mundo
Agmina.terror hians moribundaq; pectora laxans
Conteret impexam expectato funere turbam.
Virtutes quoniam cœli moueantur:et inde
Magnus et ipſe deus intacta virgine natus
Maieſtate nitens:commiſſaq; lora repoſcens
Nube ſedens viuo forpſurus candida nexu
Adueniet populo nec iam ridendus ab vilo
Vt fuit ante loquens.tamen hæc & cuncta priuſquam
Incipiant fratres mortalem expellite ſomnum:
Colla leuate:feras dirumpite protinus vmbraſ.
veſtra propinqua ſalus:vicina redemptio.cum iam
Parturit arbor alens:effiuos creditis ignes
Eſſe prope:& ſicco veſana canicula campo
Dat trepidanda minas:miferas quæ conterat herbaſ.
Iſta ſimul cum iam videatis ſigna:propinquant
Credite regna dei.nec enim veſtro orbe creati
Deficient:quam facta priuſ quæ dicimus:ether
Vnda:ſolumq; ruent:ſed non mea verba:manent quæ
Semper viuâ dies victura perenniter omnes.
Vos quibus o clauſi patefactum munus olympi
Cernite ne fixos obruncet crapula ſenſus
Lætalifq; cibis:ne curas pectora vanas
Igne onerata ferant:ne cœli turbine rapti
Euerſura diem:populos raptura necandos
Sæua repentiño graſſentur nubila morſu.
Namq; velut laqueo dormitans paſſer acerbo
Fallitur ante ſuaſ captus quam verberet alaſ:
Quaſſus inerſq; fremit:nequicquam retia voluit
Miſſus in arcta:viros ſic vltima ſæcula verſos
In terram vetitſ carpentes pabula dumis
Captabunt:latebrifq; regent:captosq; reducēt
In gladios inimice tuos.nec prona iuuabunt
Corda:nec hirtuto deuota laceſſere lecto
Corpora.non lachrymæ:non triſtus mœror:at ipſi
Vos vigilate meæ quod mœſto in tempore flamme

Liber vigefimus.

Fo.clxviii.

Poſſitis dignoſ meritſ calcare timores:
Nec fortem trepidare virum:nec iudicis ora
Simplicis:ante thronum.ſed digni ſtare ſupernum.
Dixerat hæc ſanctus:plura hiſq; ſimillima chriſtus.
Illa ſilet carnem:nec totam prendere lucem
Faſ mihi:pimpleæ nec ſat ſunt robora ſiluæ.
Iamq; propinqua dies agno veneranda perempto.
Iamq; actis diſciſq; dei ſynagoga ſuperbiſ
Principibus commota furit maleſanaq; ſæuam
Sequit ob inuidiam:venas it liuor in omnes
Anxia corda premenſ:occultaq; tela requirunt
Immittenda deum.ſtygio tunc pulſus ab antro
Ecce ſathan:veri ſamuloſ inuertere magni
Tentat:et ingrati ſclerato pectore iudæ
Conditur.huiſ ſæui proponit dona metalli
Vel meliora deo.furit ipſe impulſus & alta
Crimina per bulgam queſiuit dirus auaram
Necdum implere:ruit.lucrumq; ex morte repoſcit
Principiſ haud ſummum precio ſtat criminis aurum
Viliſ auarus adeſt. argento numina paruo
Venditat.o turpiſ:mundani dedecus orci
Facturus precio feciſſes crimina magno.
O ſceluſ.o ſceluſ.o ne ſunt tibi nomina.tantam
Ad rabiem cecidere notæ:voceſq; repulſæ
Ferre nefas nequeunt & primo in limine ſiſtunt.
Sanguine quæ tanto mentem ſclerare lauerno
Impulſit atra fameſ:precium de funere quæreſ
Illiuſ:in toto quo viuunt cætera mundo:
Qui veri electiſ præclara ſorte miniſtriſ
Te vocat adiungens:patriæ pinguedinis heres
Qui dat ſoluſ opes qui pleniſ pocula vaſiſ
Fundit:& in nullo gramen ſuperabile phœboſ
Non amor eſt:timeaſ ſcrutâtem pectora.votum
Preuidet ante tuum:ſi non ſiſt ipſe:fuoreſ
Quid valet ad tantoſ ſinita potentia:grande
Perpetrat ille nefas:quem cœlo bellifer alto
Expulſit:atſ dominum non vendidit ere ſupernum
Nec parat inſontem gladiiſ crudelibuſ:illum
Anteſ atra fameſ ſcleris.proh dirtor ipſo
Lucifer:eſt nullum quo digna in lance barathrum
Furta nefanda luas:nouiacto dedecus orco

Intrōit in iudæ
ſathanas.

Mſidantiſ orci
appellat auari-
riâ ſatiſ pulchre
Inuehit in iu-
dam.

Moniacto.ſ. no
uiter acto.



Thalichristæ

Deuentes: q; nouas inuisis nexibus hydras
Hec tibi facta dabunt: quæ dira in vota tulerunt
Te furæ: christo mortura morte perempto
Sancta in nocte ruent: ac sæuo criminis alti
Te duce truncatis amittent vincta tenebris:
Corpora. nam tetri iura impia cuncta barathri
Auferet hic moriens: & cum sua tartara cernent
Ad spoliata: tuus incumbent protinus actis:
Teq; petent solum: teq; indignabuntur in vnum:
In quem flammatos quibus omnes vrere morsus
Debuerant vuis ira cruciante flagellis
Exacuent. vacuas in te reuocare megeras
Hoc tibi marte paras. si quicquam aut tartara curas
Aut sceleris patrem: sponsatam desicce mortem.
Rumpe nefas tantum letales signifer enses
Rumpe nocens regno dilecte noctis amico
Quæ simul excelsi ruitura est morte magistri.
Et iam festa dies agni: iam tollere pascha
Tempus erat. christusq; petrum ioannemq; remittit
Hæc dicens mensis festa ad sunt tempora sacris
Solennesq; cibos cædendum & legibus agnum
Struite vos: murumq; intransibus vndifer altum
Obuius (adducta præstabit signa lagena)
Curret homo: huic socios etiam vos addite: cumq;
Intret in ille domum: rectori hæc ferte: magister
Hoc dicit: tectis sanctum volo pascha sub istis:
Dic vbi sint nostre constructa triclinia cœne.
Detegat ille locos: stratumq; ostendet. ibiq;
Pascha paretis. eunt: diuinaq; iussa pararunt:
Inueniuntq; bono quæ dixerat assona christo.
Tempus erat cœne: mundi iam conditor almae
Ipse quibus culpis signatur victima nostris
Discubat ante dapes: famuli pariterq; decemq;
Discubere duo. tunc dulci pectore sanctus
Incipit: hoc magnis ardebam sumere votis
Pascha simul vobis: media quos nocte ministros
Seligo sacrati ducturos semina verbi:
Antequam patiar: nec enim de hoc amplius adam:
Donec: adimplendam venturum pascha figuram
Deueniat sancto per dicta prophetica regno.

Cena domini.

Liber vigesimus.

Fo. clxix.

Tunc patris assumpto benedicens numina vaso
Ignibus æternis: ingenti motus amore
Voluit in hos vultum flamma stimulante decorum
Accipite: & iustis diuisa hæc pocula dextris
Sintq; simul vobis: quia non de vitibus istis
Ante bibam: ligno per mustum sanguinis alto
Quam gens munda malis referatur in alta venenis
Regna dei: & crassos ebronis silua racemos
Det victura polis. accepto pane simulq;
Dat grates: frangensq; dedit: spectantibus inquit.
Corpus carne satum nullo de semine verum
Quo mortura caro verbo est supposita: deus quod:
Vnitiq; tribus persona est vna: sub istam
Ecce meum faciem: datur hoc & gentibus. ipsi
Hoc mirabilium suprema in signa meorum
Ducite: quod vestro sit nostra memoria vultu.
Et facite hoc quotiescūq; hoc feceritis: vt me
Commemoretis. erat cœne iam finis: & ipsum
Fert calicem manibus. simul hæc & dicit. habendus
Iste calix missi tergenda in crimina verbi
Testamenta nouans: meus hic & sanguis: & iste
Egrediens vestris faciet se flumina culpis
Tetra quibus prime tergat contagia noxe
Postq; deus mensis confurgit christus ab almis
Et spiciens dominam genitor quod in omnia dextram
Præbuit: esse polis vicinaq; tempora sanctis
Grata quibus voto bellator cæcus amaro
Exierat. tabulis veste spoliatus ademptis
Misit aquam pelui tanto bonus æstuat igni.
Et lauat (o cæcis cur tanta superbia nobis)
Ipse pedes horum stupefacto corde silentum
Ob munus. velo & tergit gratissimus albo:
Pauca loquens: humiliq; tacens: coetusq; tremiscens
Mutus iners magni trepidabat brachia serui.
Petrus & ante alios gelida formidine lotos
Hæstat: vtq; cadum tulit ad se christus ahenum.
Abnuat: & tremulas abscondens tegmine plantas
Hæc ait. altæ manens terræ fabricator & vndæ
Cælorumq; pater: qui solo solus ab vno
Vnus ades: terris fixurus sydera nostris

*Institutio eu-
charisticæ.*

*Lauat pedes di-
scipulorum dñs.*



Thalichristiæ

Tolle genu curuum: de flexo poplite seruum
Te facis: o tanto non sunt mihi digna ministro
Crura lauanda timent: semustaq; viscera pallent
Quid facis: ipse refert. potuisti noscere nondum
Quid faciam: nostras dabitur sed post modo lymphas
Nosse: si non taceas: mundabere. rursus & ille
Tanta negat: pressamq; impregnat fusus abollam.
Tolle manus sanctas: nec ameno pollice nigros
Tange pedes. verbum me nunquam dedecus altum
Hoc patiente ferat. quæ causa effundere lympham
Postulat: humanæ maculam si tergere culpæ
Te decet: est. facias: mundanaq; crimina tergas:
Soli hoc posse datum: te labes quaritat vnum:
Corpora nil patriæ valuerunt cætera noxæ:
Sed cur in tales descenderis ipse labores?
Voce iube. in fectos mundabis voce ministros:
Sat superestq; satis dominū voluisse: sonoq;
Vocis vt hellea disterges crimen in vnda.
Tunc deus. in nostris te partem sumere regnis
Non decuit tua membra nisi sub fontibus almis
Chara lauemq; simon loquitur. non crura pedesq;
Christe laues nobis pedis hos pectusq; manusq;
(Ostenditq; pedes: quos duri tegmine sacci
Clauserat) alte laua: promissaq; munera dona.
Hæc ait & christus. qui terfo es corpore lotus
Indiget ecce pedes etiam lauet ille nec ante
Mundus erit totus. nostrosq; in fonte lauatus
Coetus vester erit spoliatis sordibus: omnes
Non tamen hic mundi: quamuis sint flumine loti
Dixerat ista videns venas & pectora noscens
Omnibus inter eos quisnam sit traditor. ipse
Ergo vbi membra lauat: venturaq; prælia signat
Vestimenta petens iterum canit ista recumbens.
Quid faciam: aspiciate & mea quid velit vnda notate
Vos me quippe bonum & voce & corde magistrum
Dicitis & dominū genitoris nomine verum.
Recta quidem docuit: nec vos fides ista fefellit:
Nam patris est verus princeps de principe natus
De domino dominus lumen de lumine verum
De duce dux: veniens de vita est vita: deoq;

¶ Petrus lauanti
xpo.

¶ xps petro.

¶ Petrus xpo

¶ Loquit xps.

¶ Sermo xpi.

¶ Et benedicitis.

Liber vigesimus.

Fo. cxxx.

- De deus: æterno solus super omnia vultu
Cuncta mouens: rex atq; simul: mundi q; verendus
Arbiter. hunc dominum medio charismate sanctū
Virgo parit: verbumq; assumpsit corpus ab ipsa
Virgine carne manens idem quo numine viuens
Omnia non genito genitum plasmarat ab vno.
Et deitas carni non est conuerfa: sed illi
Est caro sumpta nitens: verbo eleuabilis: atq;
Sic homo sumq; deus vere moriturus vt ipsa
Morte per exustas educam flumina terras.
Sumq; magister alens oculatis flatibus vrens
Vera per ingratas effudi dogmata turbas:
Clausa figurosæ referans scrinia chartæ
Vos docui: doceoq; lubens: semperq; docebo
Donec iam lucos habiles veniatis amenos
Morte ductis solo maneat semper & vno.
Ergo pedes vestros si laui doctor: & vnus
Qui dominus: socios nostro sub nomine vestros
Tergite: & alterius lauet pedis alter: amandi
Vrat amor domini: memorataq; cura magistri
Excitet erectos affectu cordis alumnos.
Insuper hæc charos placido sermone ministros
Conuocat inq; atros exponit tela furores
Commemoratq; patrem: venturaq; dona patensq;
Lucis iter: niteasq; domos: camposq; serenos
Explicat vt poscant. tremebundam noctis & vmbra
Admonet: & falso constructa papauera mundo
Præcaueant: testasq; neces: & fraudis iniquos
Nosse dolos laqueo laqueum stirpare deserto
Edocet: & viles in acutis falcibus antes
Dilacerent: ramos furcillentq; arte nouellos
Præcipiebat vt custodes imbribus atris
Inuigilare simul: nec leni credere nocti:
Fidere nec radiis viuo spem ponere vero
Linquere terrenas & cuncta cadentia curas.
Quid moror: in sanctis præstabat dogmata verbis
Digna deo dulces ad se releuantia mentes.
Cuncta quis expediet mortem veniamus ad ipsam
Principis: est nostræ quæ sancta redemptio culpæ

y ii



Thalichristiæ

Vita: salusq; vtrum finis requiesq; laborum.
Finitur liber vigesimus Thalichristiæ.

Argumentū libri vigesimi primi Thalichristiæ.

Traditur ob nostrā qui vera est hostia culpam
Testibus & falsis actus cæsusq; flagellis
Sentibus horrificis rorantia sanguine sarta
Perpressus: fixusq; pedes dextrasq; latusq;
Infanti ingratam madefecit sanguine terram.
Et tandem ligno moritur victurus in alto.

Thalichristiæ vigesimus primus liber.

Passio dñi nři
Jesu xpi fm Jo
annem.

Egreditur dominus cedronis flumen Iesus
Noster: sibi & placidū variatis florib; hortū
Inuenit: hūcq; chori turba stipatus amici
Lætus ob vrgentē mundi moriturus amorem
Intrauit. famulus furiali turbine motus
Nouerat huncq; locū: toties nā christus in illū
Venerat electis dominum comitantibus ipsis.
Traditor(en sæuo tremuerunt pectora dicto
Nomineq; & trepidi vertuntur in astra capilli)
Qui iam tartareas armarat voce cateruas
Adducit: tetrasq; faces: gladiosq; superbos
Terrificāq; manum: blasphemaq; tela: ducesq;
Infernos: furiasq; simul vel tartara secum
Omnia commotum velut ima sede barathrum.
Hosq; videns christus nihilum per funera motus
Processit dixitq; illis: quem queritis? ipsi
Murmure questum vesanę vocis Iesum
Dixerunt: dominusq; illis: ipse inquit: hic adsum.
Inspice quid possit toto cum numine: nondum
Dixerat hæc solo vincuntur nomine cuncti:
Retrorsumq; cadunt: visticq; prioribus ausis
Deficiunt pauidam vexantes pondere terram.
Traditor ipse iacet: qui signa hunc certa tenendi
His dederat. cur non membrum malefida peremptū
Terra voras: cæco membrum exitiale sepulchro
Obrue terra. tacens redeat non cæsor: in illum

Liber vigesimus primus.

Fo. clxxi.

Fert gladios qui cuncta creat: qui fordibus actis
Te faciet maneat per sæcla nouissima donis
Plena quieta sacris. ha nescis crimina nescis
Quæ parat hic. stringe canem ne fauce silentem
Perdat ouem cuius fecundo ex vberē nectar
Defluit assyrīi victurum pocula bacchi.
Sed si non alia fratres reparare iacentes
Hac nisi morte via voluit deus ipse: dolores
Lancea crux clauī mors sæua et verbera dñi
Hac mercede placent christo. tua corpora dæmon
Erige. surge. potes: quia dat tibi posse: furentes
Hic sinit hic gladios: concessum & perfice crimen.
Iam venit hora eius: nocti iam cuncta potestas:
Iam signata dies. iterumq; interrogat: atrum
Si sciat & votum: fociū quem queritis? illi
Nunc iterum solum dixerunt quærere christum.
Ipse refert. dixi quod sum questus hic adsum
Ecce ego quem solum dixistis quærere: si me
Nunc petitis? veni: præda est nam certa: sed isti
Hinc abeant: fociū nonq; hos captate per ipsum:
Iesu questito sitq; his fuga libera capto.
Ista simon cernens: furibundo pectore voluens:
Saucia per pauidum velut ardens lumina cœlum.
Auriculam gladii rescindit vulnere serui
Pontificis. captus cui summa potentia christus
Qui venit ignotæ morituris dona medellæ
Vt tribuat: læso iamq; improba tela paranti
In petrum: innocuam velut antea reddidit aurem.
Vere opifex: soloq; medetur vulnera tactu.
Ac famulo gladium frater charissime dixit
Absconde: heu calicem quem sæuo ex carcere tristem
Vult pater ipse bibam: confecta vt semina solvam
Tu prior inepto tentas inuertere cultro?
Dixerat. hærentes illum rapuere cohortes
Horrificæ: manibusq; deum pedibusq; ligatum.
Adducunt annæ: pietas cui regia summum
Das: habuisse deum primo se iudice captum.
Namq; erat ille socer caphæ: cui temporis huius
Pontificis magni fuerat commissa potestas.
Dixerat iste palam sanctum carmine præco:

Per allegoriā.

Sinite hos abi
re.

Abscindit petrus
auriculā serui.

Mitte gladium
tuū in vaginā.



Thalichristice

Vntus esse omnem victuram funere gentem.
Petrus & vt chari conspexit vincula christi
Corda immota tenens nullo diffusa timore
Insequitur dominum simul et moriturus: et alter
Discipulus: saeuo cutus bene nota tyranno
Nomina sunt: medius penetrauit ad atria turbis
Ille: simon lachrymisq; feris magnosq; dolore
Concitus ad primam seponit lumina valuam.
Ille tamen sanctus domini dignusq; minister
Pontifici notus petrum custode rogato
Immisitq; videns hunc seruans lumina satur
Sic ancilla: nouum multos docuisse magistrum
Fama volat veniens vicinos fusa per omnes
Credo equidem ex multis quos haec infania fraus
Detinet: vnus eris. petrus negat esse sodalem
Christigenis: magni miseranda vt vincula magistri
Conspiciat. namq; si non se ex plebe negasset
Alti sona: dirum traheretur vincus in antrum:
Aut vulgi infandis compulsus murmure tectis
Exissetq; patrem medicum dominuq; deumq;
Inter crudeles morientem linqueret hostes.
Triste erat heu charum tanto in incero magistrum
Linquere: triste agnum saeuorum in dente luporum
Deseruisse: licet non vlla potentia capti
Frangere vincula dei: charum tamen aspicit: hocq;
Explet in aspectu mentem: quo pectora sacro
Sunt satianda polo: dominum parat ille negando
Cernere ne christum tela inter acerba ligatum
Deserat: haec pietas fraudauit crimine: quae tot
Inter anhelantes & murmura dira latrones
Traxit eum christo socium: commisit amarum
Exprietate scelus: lachrymis quod postea iustis
Lausit in ingratam soluens praecordia culpam.
Interea tacito perquirat toruus Iesu
Annas: qua socios dimittat parte ministros
Dum capitur: factumq; suum: doctrina suorum
Quae fuerit: tales placido de pectore voces
Dat deus. in calles semper documenta patentes
Et verba in toto resonarunt omnia templo
Quae dixi: mea dicta palam sunt cuncta. quid ipsum

Sequitur xpm
petri & iohanes.

Regatio petri.

Ducit Iesus ad
annam primam.

Liber vigesimus primus.

Fo. clxxii.

Ista rogas iudex: medius perquire cateruis
Publica ne notus diffundit dogmata christus.
Vix bene desierat: magno cum murmure seruis
(Factu immane) genas dextra efflorante beatas
Hec ait: & vinciti plecentur dicta superbi
Disce loqui blandum: nec honoros ledere vultus
Principis at christus non dno est crimine motus.
Finierat serui simulac sed murmur iniqui
Sic ait. in vultum patimur cur vulnera nostrum
Dic precor in verbo si quid sit criminis isto
At nullum si voce nefas dimanat ab ista
Insonem cur me voluisti cedere: tandem
Vtifer vt multos morituro corpore gressus
Pergeret hic: annas genero taxandus abiret
Vt dominus iussit caipha. tormenta furentis
Aspiceres populi tacitum vexantia christum.
Quot tunc crudeles quae verbera dira dolores
Quas alapas: istusq; ferosq; opprobria vincus
Subtulit ipse deus: culpis qui vrgentibus agnus
Vt lauet ingratam gratatur funere turbam.
Caiphus ad infectum comuni nocte pilatum
Dimisit. q; vices infelix cesaris omnes
Ille habet occiso qui se male polluat agno.
Iamq; erat orta dies: ignotaq; sidera caelo
Et quoniam solymis sancta ad praetoria turbis
Irene fas: mansere foris: quia pascha vetabat
Exit ad hosq; serus regali sede pilatus
Hec dicens: meruit ne necem: tunc turba. furorem
Istius ex nostris in te fas credere dictis
Omni ex vrbe. reum supremo crimine christu
Ducimus hunc. si non deberet funera: nunquam
Iudice te vincitum traxisset turba premendum.
Hec ait at dubius meruit si vincula pilatus
Accipite hunc vestris damnandum legibus. illi
Se non posse ferunt aliquem damnare necandum:
Nam sua iura vetant. iterum praetoria iudex
Ingreditur: dixitq; illi tu es rex solymorum?
Forte palestini tu lux es vnica regni?
Num proprio talem prompsisti pectore vocem
Christus ait: populus ve. tibi quod dixerit. illi

Dat seruus ala-
pam Iesu.

Ducit ad cal-
pham.

Ducitur ad pi-
latum.

y iiii



Thalichristiæ

Pontius hæc natus vili hac de plebe superbus
Nunquid ego? aut geminis mercatus corpora pullis?
Aut mea membra vagū rupit genitalia ferrum?
Traditus ipse tuæ gentis de voce: tuusq;
Pontifices labem testantur criminis omnem.
Nec ego. non sparsi sentis mala murmura vulgi
Ecce sacerdotes properatis vocibus ignes
Vel tibi ligna petunt: inhonestaq; funera poscunt.
Huic dominus. nullū præstavit machina regnum
Hæc moritura mihi nam mundi in partibus ægri
Terra hæc si nostrum diris tot subdita sceptrū
Redderet: ex vestris aut flamma aut sanguine turbis
Tentarent nostri dominū seruare ministri.
Nunc vero in mundo hoc non sunt mea regna: pilatus.
Hæc tua si nobis verba ad penetrentur: eris tu
Rex igitur. christusq; refer. tu dicis at esse
Me regem: ipse tamen mundū sum natus in istum
Vt nostro verum cantetur ab ore: meumq;
Dicere vera: loquar verum omni gente: simulq;
Vera petens verbum refouebit sensibus istud.
Quid verum est: post hæc dixitq; exinde pilatus
Condoler: indignum miseratus pectore casum
Hæc ait haud capto dicenda in funera vestro
Inuenio causam: sed vos de more soletis
Soluere delectum paschali tempore vincitum
Ergo ducem vestrum soluamus. mota repente
Turba furit: magnoq; fremens clamore nec istū
Soluere more potes: vinculis sit liber ab atris
Barabus: alta tulit magni monumenta latronis
Perpetrat ille neces: sed non incendia tanta
Illum animus virtusq; nocens: ac vicit egestas.
Hic vero hic totam voluit subuertere turbam:
Subiecisse patres & autam perdere legem.
Proh dolor. o fallas disperdite fulmina linguas.
Mitte venenatam funesta in colla megeram
Rex niger. o rabidas o vota horrentia turbas.
O furor. ipse bonus crucietur carcere christus?
Liber qui multo prætinxerit arma cruore
Liber qui pauida socios tumularat in umbra
Oraq; nuda dedit: miserq; latentia matrem

Roraly nunc.

Solet pilat⁹
soluere Iesum.

Elegerunt sibi
barrabā latro-
nem.

Liber vigesimus primus.

Fo. clxxxiii.

Plurima qui sæuos quocunq; ex crimine nummos?
Heu mihi quam dominus precio pensatur iniquo.
O furor: o rabidæ laceranda o semina turbæ
O cælum: o terræ: minor est deus ipse latrone
Ad faciem populi: cuius mala corda tyrannus
Impleat vt: prauis sacrandum ledere virgīs
Corpus & horrifico scoriari pectora tauro
Imperat. amentes vastabant agmina voces:
Læticia est cunctis tam sæua & tanta: flagellum
Vt sibi quisq; graui rigidum certamine poscat
Verberet vt melius promittens fortia. quid tu
Nunc mortale genus tam diri causa laboris
Hic debes: oculos quis vertat in æquora: quisnam
Det cineres capiti: frigusq; hoc conterat: o si
Hoc tractanda modo dominus nisi cæde vetaret
Pectora nostra ferus corrodat verberis ictus.
Quod furit & lænem rapido cum vulnere carnem
Commaculat: sæuis tabentia membra sub iris
Pallentesq; sinus tortoris brachia diri
Sanguine roratamq; madentia vincla columnam
Aspiciat: & torto iam sic miserescite christo
Vt viuus: cædem moriatur sæpe per omnem
Proh dolor. ingrata rubeo iam poste columnæ
In terram eiectus si non foret ipse ligatus
Esset olympicam digito qui sustinet aulam.
Nec furit ad furias: nec virgīs motus acerbis
Rumpere torquentes valeat licet ipse furores
Tentat: inuidantes & limo & sanguine crines
Fert patiens nihilumq; fremens per verbera. iamq;
Sustulerat ferulas & lora furentia: miles
Horridulis ser tum capiti de sentibus altum
Huic posuit: vilisq; exornat tegmine vestis
Purpureæ. dicuntq; illi. rex maxime salue.
O pater. o plagas medicantia vulnera nostras.
O pietas diuina potens. o crimina. quantus
Sanguinis ille ruens per membra tumentia torrens
Ibat: ob hoc riuū discernite lumina magni.
Cernite cornipetas non est opus indice dextras
Quæq; petit sociam transire in vulnera. iamq;
Brachia quassa gemunt lassis tortoribus: atrum

Flagellat xps.

Patentia xpi.

Imposuerunt
xpo coronā d' spī
nis. & veste pur
purea induerūt
eum.



Thalichristiæ

Turpe ministerium: licet illis anxia nondum
Sit fattata fames: fractum cessare flagellum
Edicit sæuag; iterum de sede pilatus
Egreditur: christusq; simul: vestemq; gerebat
Purpuream. sacroq; infixos vertice vepres
Qui cerebri sanctas dirumpunt cuspidē tela:
Et vultus gracili funestant sanguinis imbre
Tunc secum dubius turbis ait ista tyrannus.
Iam quæcūq; malus soluisset crimina christus
Verberibus tantis: miseris attendite plagas:
Ecce homo. sed linguæ rabido clamore proteruæ
Hunc pariter petiere mori. iudexq; superbum
Si scelus admisit damnandū sumite: tradam
Sponte quidem: verbis tranavi viscera longis
Mortis habet nullam (non iusta hæc verbera) causam.
Scriba refert. populus diuinis legibus iste
Ducitur: hæc videas hæc patrum sanctio: christi
Non vnam cædes meruerunt facta sed omnes.
Nam sobolem domini se missum sedibus altis
Prædicat: esse deo coniunctum numine magno.
Hæc iudex animis tenuit cum dicta cruentis
Obstupuit: sensitq; latens sub corde venenum
Dirum immane: tremit: dubitat: silet: in furit: alget:
Atq; necis motos terrebat imagine sensus.
In sedemq; redit: christoq; hæc fatur. amice
Vnde es: ipse tamen dominus tacet: vt silet agnus
Ante lupos. iudexq; illi. responsa negabis
Cur mihi: quem totas & vitæ & mortis habenas
Cernis habere manu: verbisq; necantibus ipsum
Perdere te immeritum valeo te soluere vincum?
Christus & ipsa tuæ non vlla potentia dextræ
In me: ni summi cessisset ab ordine coeli
Desuper. inde tibi qui dat mea pectora morti
Crimen manus habet.
Iudicis ira ruit voce hacq; exinde pilatus
Viribus in fontem querebat soluere carnem
Omnibus. atq; magis furit insanabile vulgus.
Inquit &. in festum nisi cædis funere christum
Iura ducis nostri confringes dulcía: namq;
Se dixit regem dominū se stemata calcans

Ecce homo.

¶: nisi dei se
fecit.

¶: nisi tibi datus
esset desuper.

Liber vigesimus primus.

Fo. clxxxiii.

Cæsarís. ira boni te franget cæsarís: ista
Te pietas sceptro caueas tibi dicimus alto
Expellet: siccos veniesq; extorris ad aphros.
Contigit iudex renouatq; hac mente priores
Voce metus. christū nolebat funere sanctum
Perdere: namq; videt non tactum labe: furentem
Inuidiam: testesq; videt corda impia: scitq;
Diriter iniustus hunc excruciasse flagellis.
Parte alia dæmon tecti velut arce nefandi
Imminet igne: timet ne ingentia nomina magni
Cæsarís hoc christo pereant se iudice saluo.
Sic timor & pietas alternant pectore: tandem
Est pietas superata metus: christumq; parauit
Tradere iam gladiis: valeat quod nomina regis
Glorificare: feras satiare & sanguine linguas.
Quid facis o fragilis: quam te morture retrudis
Ad foueam: primum que cæca infania votum
Summouet: ecce polis donabit viuere claris
Iste tibi: & regno parua hac pro sede beato.
Cur bona membra dabis canibus crucianda malignis?
Quis furor o iudex: quæ tanta licentia summi
Sit sceleris: donas gladio quæ pectora credis
Non meruisse mori: quid si non corda scelusq;
Noteris & falsos confictaq; crimina testes?
Sed iam sancta dies: toto venerabilis æuo
Horrida damnandis per tot iam sæcla peremptis
Expectata viris aderat: qua vincula mundi
Solueret atra deus fraterna cæde necatus
En venit & moestus læso iam corde pilatus
Adducit christum.
Inseditq; loco græcorum nomine licos
Et tratos: propriaq; vocatur gabata lingua.
Ecce hic rex vester turbato pectore tauros
Turpiter in patrem tollentes cornua dulcem
Alloquitur: versam clamorq; in funditur auram
Infandiq; viri dicebant agmine: tolle
Tolle. malus misera moriatur morte. sed illis
Hæc iterum confusus ait. plæbs inscía vestrum
Percutiam regem: dixerunt cæsar & atri
Pontifices populo dominatur solus in isto.

In pilatum.

Tolle tolle cru-
cifige eum.



Thalchristia

Tunc cruce figendum (dura o sententia) christum
Præstitit hisq; deum lætantis & agmina turbæ
Suscipiunt: humerisq; ferens insignia longæ
It crucis ipse sacri curuatus pondere ligni.
Deuenero locum cædis: quod numine dicunt
Golgotha. funestis proluxaq; tempora turbis
Quæq; erat hora: boni donec veneranda magistri
Pectora transfixis dirum morientia clauis
Aspiciant campūq; in fonti sanguine testum.
Hic dominus lassus cruce quam tulit ipse lacertis.
Figitur. atq; duos signate hæc verba latrones
Cordibus in regnum crux quos vehit ista beatum
Conferiunt. sæuas in fonti corpore plagas
In manibus pedibusq; simul: ferriq; cruentas
Fixuras: clauosq; feros disunctaq; membra
Inspicite & longos veniunt qui ex sanguine riuos.
At postquam rigidos fixerunt corpore clauos.
Scribitur & titulus signet qui carmine factum.
Hunc tribus & linguis describi iussit. eumq;
Multi legerunt: furioso & pectore dicunt.
Non scribas populo fuerat rex Iesus in isto:
Sed facit hic Iesus: qui magno crimine fixus
Se dixit populo solum dominarier isto.
Iam tristi sæuus respondit mente pilatus.
Quod scriptum scriptum est. præconum iure deinde
Tegmina despecti: quamuis pauperrima christi
Quattuor accipiunt: partesq; in sancta quaternas
Vestimenta terunt: tunicamq; abscindere nolunt:
Sed dicunt forti mandemus nomina: quemq;
Sors parat ille ferat: factorum & munera tollat:
Completurq; ista quod vates sanctus in hora:
Iam super innocui cantarat vestibus agni.
Interea ad lignum spectantes funera sanctum
Stabant turbatæ pro nomina sancta marie
Mater & ipsa simul domini lassata labore
Ingenti & natum poterat non tangere fixum:
Presserat ora dolor: nec enim tunc dicere quicquam
Virgo potest: natiq; necem: plagasq; tepentes
Contemplat sine voce dolens: illumq; videndo
Mille modis veros gladios: sæuosq; dolores

Crucifigit xps.

*Sup vestē meā
miserū fontē.*

De dei matre.

Liber vigesimus primus.

Fo. cxxxv.

Substulerat genitrix: & plusquam ferre puellam
Posse putes: cædem patitur nec viua minorem
Quam sua si veri penetrassent viscera clauis.
Sic cruce quæ christum fixerunt tela beatum
Hæc cruce compassam fixerunt tela mariam.
Est moribunda solo materq; est arbore christus:
Vno ambo immanem patiens vulnere mortem.
Hancq; cruentatus vicino funere iesus
Ut videt: huncq; simul quem miro ardebat amore
Discipulum: mulier celato nomine matris
Ne materna piūm lanaret viscera nomen.
Sponsæ & primos moriens fundaret honores:
Accipies istum dixit. tunc versus ad illum
Hæc tua sit mater. iustusq; exinde minister
Accipit utq; suam colit: hanc & semper amatam.
Post hæc ipse videns dominus quod cuncta supernus
Consumpsit moriens diuini iussa parentis
Finem ut vera trahant per verum dicta prophetam
Vaticinata prius: deiecto pallidus ore
Sanguineo messam maculatus puluere barbam
Euulsosq; humeros: disunctos restibus artus
Lumina sancta feris attollens marcida pugnis
Clamat habere sitim. proh cœli. o sydera. quem non
Vulnera: crux: vepres: seriesq; immensa laborum
Non cruce figentis: rabies inimica furoris
Quæ sitis ista premit: donum insuperabile. vinctum
Hic sedit hic populum. rugiens cui turba nefando
Cum felle admixtum properanter duxit acetum.
Quod simulac gustans dimisit: vocibus altis
Proclamat factum est. vacuataq; sanguine vero
Sancta caro instanti debens iam cedere morti
Est: licet intactum restabat funere verbum.
Inclinansq; deus: morientia lumina misit
Voce animam: ut tetri calcaret regna tyranni.
Sol tamen hac domini compassus cede preempsi
Vertitur in tenebras: radios: lucemq; negauit:
Factorem ternis morientem iustifer horis
Dum flet. & æternam timuerunt sydera noctem
Horrescunt homines. motumq; hac morte videres
Contremuisse solum funestaq; murmura cautes

Dixit istio.

*Emisit xps spi
ritum.*

Obsturat sol.

Thalichristiæ

Collisæ ingeminant: tortis & fontibus æquor
 Infurit: extremam turbataq; cuncta ruina
 Ut trepidant: templi sunt scissaq; vela decori:
 Clausaq; sancta patent: vel hæc in signa priorem
 Per maculam patrum populis hac ante peremptis
 Abdita quod cæso patuerunt sydera christo.
 Phase diesq; venit populo reuerendus in illo
 Legis honore. rogant confusum hac voce pilatum
 Scribæ horrenda sacris maneat ne corpora festis
 Frangit crura tube: ligno & truncata repone.
 Annuit hic. gratæ concessio crimine dextræ
 Unguis horrendis viuendum crura latronum
 Dislant: lacerisq; cadunt ex carnibus ossa.
 Hoc simul in christi fecissent ossibus: atq;
 Cum tetigere deum: iam mortua pectora nostrum
 Inueniunt nullo vexanda & vulnere: nonq;
 Illius alma canes fregerunt crura: sed ecce
 Moerens longinus: radiisq; nitentibus orbis
 Perfidus infernam contrusit noctifer hastam:
 Perforat atq; latus: magnoq; in vulnere costas
 Detegit: & duro terebrauit concaua telo.
 O scelus horrendū. cur hoc tibi pessime tantum
 Posse nefas: talem timuit nec dextra furorem?
 O pietas magni magna o clementia christi
 Quæ te tam sæuas patiaris corpore plagas
 Exposcit. pateris ne necem: quod funere saluos
 Hos facias: qui te cõfossim mente carentem
 Nunc iterū voluere mori: vellentq; necare
 Nunc iterūq; aliam vellent in pectore vitam
 Esse tuo vt duplicem sentirent viscera mortem.
 Vix bene desierat longini lancea diri
 Per latus ire dei: cum magni ex sanguine riu
 Proueniunt laticisq; simul coniunctus & vnda
 Sanguis. & hæc sancte mundarunt crimina thermæ:
 Fontibus his populi terguntur sordibus atris:
 Hic scelus & noxam destruxit sanguis auitam:
 Et patris & nostræ diuino hoc sanguine culpe
 Marte ruunt claro precium religata per istud
 Corpora ab hoc turbis venient socianda beatis.
 Post hæc vir iustus ioseph christiq; minister

Lancea lat⁹ xpi
 apertum est.

Ex latere xpi
 exiit sanguis
 & aqua.

Liber vigesimus primus.

Fo. clxxvi.

Ex arimatiaco gestans qui insignia campo
 Christianum cœlabat iter dum pertinet hostem:
 Hæc ait ad regem: post tristia funera mittis
 Esto aliquid. ligno demissum corpus amaro:
 Da tumulo. miseris postrema hæc munera seruis
 Concessit pates: & iam vel mortua mater
 Virgineis manibus gremioq; exceptit amico
 Deposuit ligno dominum: præcordia cuius
 Concruciata iacent. nonq; vllam effundere vocē
 Muta dolore valet: tandemq; hæc fatur ad illum.
 Nate. furor vatis quo tentas pergere: sensus
 Non capit: haud talem verbo est æquare dolorem.
 Dicere quis valeat? genitrix quæ saucia cernens
 Dixerit oppressum crudeli funere natum
 Horrificas plagas venasq; algere. caputq;
 Ad fixos: vepres rorantes sanguine crines
 Deformescq; genas: fuscataq; lumina fractis
 Orbibus: & faciem nigratam lucis alentem
 Luce viros: placidum stipantis in ordine verbum
 Pectora cæsa fero signataq; verberis istu
 Restibus euulsos humerorū e sede lacertos
 Perfossimq; latus vitali vulnere. nostram
 Ah dominam: quid agat? quid dicat? mortua sicut
 Muta silet: patiens immanem exesa dolorem
 Corde premens tacito: nec vulnera sæua legendo
 Quæ loquitur nostris concessum exponere labris.
 Plaga furens cæsum genitricis cernere christum
 Sola sine exemplo est: fletuq; potentior omni.
 Virginis extremus dolor ingens igneus atq;
 Mors sibi pœna rigens venas obtrusa per omnes
 Et superat lachrymas: & verba dolentia flentis
 Et gemitus nequit & lachrymas tot fundere mater:
 Aequet vt has pœnæ moribunda mente repostæ.
 Non gemit heu tantum: non tantū clamat: vt imis
 Pectoribus totum referat quod sentit: acerbum
 Vulnus edit magis hanc: potis est quam dicere: nosq;
 His superat lachrymis superat clamoribus spsis
 Virgo dolens: sensus mortalis: terreus: vstus:
 Haud capit his genitrix lachrymis quæ dixerit: & quos
 Det gemitus moriens: quot det suspiria: quæ nam

Deposuit xps
 de cruce.

Oratio marie
 ad filium mortuum



Thalichristiæ

Verba doloris amans: quas fuderit alma querellas.
 Et gemit: eh nate eh: plus nescio pandere. mille
 Compatitur gladios: millesima funera: mille
 Vulneribus cruciata perit mens anxia. plangit.
 Plangit aba. sistit calamus recitantis: & hæsit.
 Clamat heli: trunco quod iam moriturus in alto
 Dixerat. hinc lachrymis merfabat pectus obortis
 Sæpe iterumq; gemens: o mi plus nescio: torquens
 Lumina per carnem corpusq; in forme iacentem
 Quod peperit: fixas atroci cuspide palmas
 Nuncq; pedes tanto tractos in vincula ferro
 Nuncq; latus: maculasq; alterne inspexit acerbas
 Contemplata necem: necis & sic passa furores
 Terrificos. gemitum sic tandem erumpit in istum.
 Hei mihi cur fletu repetit non corpus amaro
 Christus: acerba moras durabunt funera tantas:
 Erige magne pater regem cui mortua viuunt:
 Surge ne iam tantas morfatur mater in horas:
 Surge deus: cæco iaceat ne vita sub antro.
 Surge marite. potes. satis est ad crimina mundi
 Te voluisse mori.
 Interea pauidum tacita vertigine coelum
 Ibat ad antipodes tumultum suadebat & ille
 Qui tulerat: iustusq; alius: qui nomine nico
 Et demmus: primum qui venit nocte ferensq;
 Centum aloes libras & myrrhæ. cordus amati
 Accipiunt igitur iesu: cui stricla ligarunt
 Lintea: quo & solymi tumulantur more perempti
 Hoc domini sancto conduntur membra sepulchro?
 Finitur liber vigesimus primus Thalichristiæ.

Nicodemus.

ponit xps in sepulchro.

Argumentum libri vigesimi secundi Thalichristiæ.

Facta dei trepido christanaq; iura sub orco
 Explanat raphael. cæsaq; ex morte triumphans
 Cum verbo horrificas penetrat mens alma cauernas.
 Visitat atq; patres limboq; iacentia tetro
 Pectora tartareis horrore exsoluit & vmbriis.

Thalichristiæ liber vigesimus secundus.

Liber vigesimus secundus. Fo. clxxvii.



Tamen extincti tumulum seruare superni
 Pontifices aptas quecūq; in crimina dextras
 Iusserunt: moesti ne possint ferre ministri
 Furto in nocte sacrae ductorem lucis: & inde
 Ecce ferant cæsus calcauit funera christus.
 Impia tela sonant: hostilis clamor et vrgens

ponitur sepulchro xpi custodia.

Custos cæde furens: foueam sepsurus inermem
 Irruit. en bustum vallatur milite sanctum.
 O doctoris opus. magna o prudentia. verum
 Custodire virum vel bis vel sepe necatum?
 Horrisonis clypeis et inani cingere rostro
 Quis tuber: & clausum gladiis lustrare sepulchrum?
 Quid timet hic: quis ve est: num qui in sermone parabat
 Christum fraude capi: qui cæca enigmata solui
 Non bene posse putans fraudis spe fisis inani
 Ingerit hærentem tenui discrimine fraudem.
 Non erit hic: doctq; confusus verbere lingua
 Ut demon fracto seclusit guttura telo.
 Quis precor hic: nunquid meritorum fila rependens
 Postulat immanem qui expelli carcere furem
 Ac lacerare virum solum sine crimine notum?
 Quisquis hic alta sapit. sed quid custodia: christus
 Si deus æthera habet mediis custodibus ibit
 Semper vbiq; celer: si non deus vnde resurget?
 At vigiles dira bustum cinxere corona.
 Pellitur inde parens: durisq; expulsa lacertis
 Mittitur. it miseris letalis sudor in artus:
 Ossa interna tremunt: nerui riguerunt: labascunt
 Pectora: et insani reminiscens murmura vulgi
 Nunc iterum sibi visa mori: plagasq; secundas
 Dat furor ille nocens. nati patientis imago
 Lancea: crux: testes: & dira luma coronæ
 Peruolat ante sinus iam totam pectore mortem
 Concipit: & medio concissis gressibus horto
 Preturbata dolens mundani luminis expers
 Corruit & gelidos vitali sanguine vultus.
 Cor spolians humilem vix confouet ipse calorem.
 Hanc vbi susceptus generati nomine natus
 Conspicit ipse: furens in moerore accensus amaro
 Hæc loquitur. sceptro residens qui celsus in alto

Luma idē qd. spina.

Oratio iohannis ad deum.



Thalichristiæ

Astra polosq; potens qui terras: æthera lymphas:
Cunctaq; per solum fecisti secula natum.
Quem tibi semper habens: de regni sede decori
Misti in carnem: quod capte horrentia turbe
Vincla terat maculam tersurus sanguine diram.
Scis bene nonq; latet: patiens hic agnus & insons
Vulnera quot: quantas mortali corpore poenas
Verbera quæ: quales portauerit ipse labores
Pallia quæ nudo: capiti quæ ferta verendo
Quæ cruce mella bibat: cultris transfixus acerbis
Ille obit: ecce tui subierunt tecta coloni
Tecta aliena: parens minitantes respice miluos
Hesurosq; canes et nostra in vulnera scotos
Conspirasse lupos: agnos quæ in sola tegendos
Virgo erat: ipsa simul nato moritura perempto
Cædis vt ense ruit: totoq; impulsa dolore
Viuat adhuc moriens, sed non si sola manebit
Vita diu: venæ iam iam vacuantur obustæ.
Auctor opis fauceas: nec bina hæc lumina perdas
Deficit ecce caput: patitur si funera collum
Cetera membra nihil fidei miseresce labanti.
Da domitiam castris: reginam in bella fidelem:
Sit quæ nos placida dispersos contegat umbra:
Sitq; nutrix nobis: sit tanta in clade leuatrix
Sat generi patribusq; datum: cœlisq; replendis
Occubuisse deum: lachrymis dein dulcibus illam
Non secus: ac totum faciem perfunderet equor
Excitat ad numen digitis trepidantibus. ecce
Tunc deus (in seua nec amicam deserit hora)
Spiritus igne volans summi de culmine regni
Aduenit: & sensus occultis flatibus istos
Solatur: nomenq; viri summumq; trophæum
Commemorat: casamq; necem: vltimumq; furorem
Captatosq; dolos: hostesq; in fine ligandos
Factaq; digna deo mundanaq; crimina solo
Mortua: mortales nec quid iam posse labores.
Insuper et stygios domine dat cernere campos
Purificatq; sinus: terrenaq; pondera laxat:
Diaphanatq; solum: sociæ nulliq; videndum
Huic nisi. per tenebras genitrix pallentia quassas

Solatur spiritus
scilicet maria.

Videbat hoc sal
tem per fidem.

Liber vigesimus secundus.

Fo. clxxviii.

Lumina nigrantem crudeli funere frontem
Inferit & cæsum fido cum pectore natum
Quærit & vnitam diuino numine mentem
En videt esse dei spolianda ad tartara christi.
Nam simulac ligno dimisit corpus in alto
Clara anima: it nigras herebum ruptura cauernas
Umbrantesq; domos (procul o iam funera: sintq;
Tristia verba procul) fulgens comitata supernis
Luminibus: grata nimium gaudente corona
Iamq; nitens famulos diffuso sanguine quærens
Multa minans: tetri radiabat cardine limbi.
Hic tamen horrendis æterno carcere vinculis
Clausus erat: semperq; loco non perusus villo
Est aditus tecti septenis clausibus orci.
Nunc etiam stygiis nuper cum sensit ab antris
Terrifico quassam truncari murmure terram:
Scissaq; saxa polo turbataq; sydera magna:
Quid metuens regno rabiosus noctifer atro
Tergeminat cæcis horrentia pondera valuis:
Imponensq; seras: vectes molesq; profundas
Trusa venenato firmarat limina ferro.
Sed gabriel qui prima noue dans nuncia vitæ
Lætifico humanas medicarat carmine curas
Hic erat ante omnes: crucis & vexilla beantis
Cuius vt igniuomo lucebant summa pyropo
Brachia portat ouans: obtusaq; limina tentans
Hec ait: & stygium tremefecit cuspide regnum
Raptor inique furens animas hucusq; voratas
Excute. viua sonant rabidam fractura megeram
Tela: acherontæ descendit phœbus in umbras:
Nox ad aperta: duces inimica nocte silentes
Pandite tecta viis dominum visura relectis.
Dixerat hæc. moto sonuerunt verba profundo
Tartara versa labant: vectes quatuntur: & ignes
Nox furieq; cadunt: scelerataq; cuncta tremiscunt
Agmina: & infandos turbat noua rixa daceos.
Impius ipse pater fraudis fabricator inique
Pallet. amarus hians: terreq; infixus inheret.
Infit & vnde deus per regna furentia iustus
Desertasq; domos: antiquo tabida fumo

Esse gabrielis
ante inferni por
tam.

Per allegoriam.

Admiratio de
monis.



Oratio angeli raphae-
lis. in qua
dat ratione cur
hoies redimun-
tur a xpo.

Thalichristæ

Senta: viat: tali quæ causa est tanta labori:
Non fuit ante satis non vlllo crimine lectos
Altisonisq; choris: et optimis pellere regnis:
Nunc manet ira rigens primis inimica coronis:
Nunc mea iura rapit: nostrumq; acheronta reposcit:
Quæ noua regnandi venit hæc tam dira cupido:
Si tibi tam plenos concedit gloria campos:
Tunc raphael sapiens magnæ cui cura medelle
Incipit. vt factis multatus luce superbis
Hæc tibi senta colis trinitis præfectus amaris:
Maximus ille bonus: perfectus solus et vnus
Trinus & ipse tuos æterna mente furores
Præspiciens nullum prolapsio & corde dolorem
Criminis & sanctam bonitas quo pelleret iram
Non remanere locum: summo percussus amore
Altera dona parans vestras habitura cathedras
Agmina firmatis quæ iungat læta manipulis
Cogitat. ecce sacros ardebat fundere succos
Maximus atq; alias aptare in pascua turbas
Summa: bonus rubeam supremo numine terram
Viuiticant: limoq; virum fundatq; puellam
Carne viri: eternæ visuros regna coronæ
Creueris vt turbas velut in tua iura vocatas
Perfidus vtq; furens: vt scua callidus arte
Tela inimica geras diuinaq; munera rumpas
Scis quæ mundani dederis dispendia regni
Terraq; quam longè iaceat sub fracta ruine
Occidit heu mundus. iamq; annos mille quaterq;
Circiter argentes querebant sydera carnes:
Horrea primus agens maturas messor aristas
Non habet: heu labris & acescunt mella sub ipsi:
Orbe nefas omni: laxis equitabat habenis
Noctifer vsq; premens: morituris passibus horrens
Deuiat omne genus nec summi numina veri
Cogitat: vsta deum venerantur semina falsum
Turpiter ignaras seducit fabula turbas
Fulmina trinacriæ calidis fornacibus æthne
Conflari: ex supera quæ suppiter inclytus aula
Quâuis disce plorari paruuulus antro:
Huicq; nutritrix blandas admorit capra mamillas)

Liber vigesimus secundus.

Fo. clxxxix.

Mittat: & in pulchras quæ mittat forte puellas
Quæ renuere rapi. procedit fabula multos
Esse deos multæ sacrantur ritibus aræ
Turpibus: huic sumpti litatur lance veneni:
Huic pueris cæsis: huic fuso sanguine fracti
Corporis: haud opus est narrentur vt omnia: scis tu
Scis male qui diras sacris immanibus aras
Fœdasti et totum miserandis fraudibus æuam
Et nunc falsifero dodonidas incutis æstro
Et nunc grineo lyciis nunc fortibus antro.
Nuncq; sub aligerum signis: nunc quercubus: atris
Nunc fluuis: libyca nunc regnas lusor arena.
Omnia lusor habes: & mentes virus in omnes
Spargis & æterni tabentia semina morbi.
Non bene fert bonitas in sedes perditæ summas
Membra vocatq; sinus extendit patris amœnos.
Iustus at ipse riget: nec se sinit ipse rogari
Facta nefanda premens soluendaq; crimina poscens.
Solueret hæc quisnam? maculæ sub labe paternæ
Quisq; cadit: primum soluendi gratia damnum
Nulla viris: primo tabescunt cuncta veneno.
Ante dies natum patris de numine verbum
Qui deus ipse potens: per quem formata tulerunt
Viueret cuncta bonum: cum lapsio in semine nullum
Esse videt tantam qui posset soluere culpam:
Solut echinei fracturus cornua tauri
In cœlum extorres dignatur ducere gentes.
Accipit & matrem: mortale & corpus: vt illo
Det precium genti miseræ: nec sanguine fonti
Donet adameo condigna piacula busto:
Vt per quem primum tenuit natura decorem
Sit reparata cadentis: sit luci reddita surgens.
Accipit ipse deus genitus qui patris: & vnus
Cum patre carnis omnis: nostræq; in claustra maris
Mittitur: vt carnem mundaret carne iacentem
Mente animam: dulcis susceptus pectore matris
More nouo in tactæ pura de carne puella
Non alio in iunctæ generatur semine massæ.
Rumpitur atq; deo mortali pectore magno
Nullo ex patre viro: nullaq; libidine factio



Thalchristiæ

Quod scelus in toto nascentia corpora mundo
Contraxere. deus sic impia crimina solus
Abluit ex sola conceptus matre. deusq;
Sic manet ipse potens. qui cum sub pectore casto
Concipitur: carnem vero de sanguine veram
Accipit: & sancti non rumpens limina templi
Virginis illasam dimisit natus amicam.
Sic vbi factus homo: qui nunquam factus: habendo
Corpus cuncta lauans poenę secretinis alte
Obtulit: et ruptis rupturus funera membris
Se dominum iustę moriturum prestat arę.
Sic medius generisq; rei dignęq; furentis
Ante patris moriens infectas sanguine turbas
Comparat: hoc medius quia semper substat in vno
Esse patris: pariterq; deus: mortalis & idem
Est homo per matrem. culpam plexura superbam
Ac scelus euerſi materna piacula mundi
Est deitas patri: poenam luitura potenti
Hęc eadem christo: namq; vna potentia. quãuis
Summus adest qui vincla dedit. qui vincla resoluit
Summus adest: pater ipse deus soluenda reposcit
Crimina: & hęc cęsi soluuntur sanguine christi:
Quod simul ipse deus: qui vera matre perempto
Ab progressu suo bonus immaculatus & vnus
Vere innocens gladio consensit funus acerbo
Corporis: & iustus non debens funera cęsus
Morte terit cędes meritum per sanguinis omnes.
Eruit et laqueis: quę duro humana sub orco
Corpora tabifico languerent cuncta veneno
Nĩ redimat. redimitq; potens: crimēq; dolumq;
Calcat ouans. homines clamat lex alta rebelles
Contemptumq; deum: diffractaq; iussa necemq;
Promeritam cunctis æterno crimine natis.
Inquit at omne genus fulgentem astare nepotem
Patribus: esse bonum: quantum pater ipse peremptum
Qui populum iusto valuit damnare flagello:
Nam simul ipse deus. non tactus labe requirunt
Debet hic vnde mori. summum si iniuria regem
Non finita mouet: mortali in carne redemptor
Inſinitus adest ingentia crimina soluens:

Liber vigesimus secundus.


Fo. clxxx.

Iusticię iustum si viuens dextera fractum
Dedecus ipsa vocat: noxam vir iustus amaram
Hic facit hic solui passum per funeri atri
Dedecus. ecce viro sit summa iniuria cęso:
Cum vir hic ipse deus proprio qui sanguine magnus
Effuso iniuste libere implet fila repensę.
Nam quanto arrepto prematius funera pomo
Dedecus hęc faciunt: tanto manet ipse redemptor
Exuperans patriam moriens sine crimine culpam.
Sic rigidi decreta patris: solidumq; furorem
Iratęq; manus: & non violabile telum
Vir bonus iste rapit: magnę virtutis opimum
In precium donatur ei quodcumq; superbium
Debuerat sufferre genus sub carcere noctis.
Plurima turba manet tecum excrucienda: nec omnes
sed repetit fratres genito quos inuenit vni
Ad similes spe: luce: pares: æternus & vnus
Vno ex patre deus per quem sunt cętera: qui nunc
Tempore homo factus: saluo se numine vindictus
Saluo se esse cadens: saluo & se posse tremiscens
Vincla in carne ferens: præuisaq; bella per horrens
Cum sudans pauidam rorauit sanguine siluam
Vendicat humanas factio se iudice turbas
Iniuste et passo rupturus tartara ferro
Morte triumphat. adest. sociosq; exostulat ipsos
Se sibi vincla petens: commissaq; iura reposcens.
Christus in his cęcas ardebat fundere portas:
Impatiensq; morę michaelem conspicit. ille
Victor vt ante micās tremebundam verberat hastam.
Tartaraq; ima quatit furumq; exterritat orcum:
Intonuere atrę gemitumq; dedere cauerna:
Terrifico et stygię ceciderunt murmura valę:
Tunc mira impulsas penetrauit luce tenebras
Mens deus: & primę colubrata sedilia noxę
Rumpit: & infernam domini presentia siluam
En beat: empyreo nec cędunt tartara celo.
Ac primo arctari manicis rabidumq; teneri
Tempus in omne iubet: qui tot per secula seuit
Vltor erymneis arcebat nostra capistris
Pectora. tunc cęcis antiqua ergastula nodis

Impellit mi-
chael portas in
ferni.

Ceciderunt por-
te infernales.

Ligat sathan.



Soluntur scilicet
patres qui erant
in limbo. et felices
repente fuerunt
visa aia christi.

Thalichristiae

Laxavit: quos patres horrore exsoluit & umbris
Quos plene expletis vite pinguedine votis
Secum vinxit amans. preda spoliavit aceruas
Et furias. riuicque arefcunt sanguinis atris.
Nox mteat incusso crepuerunt nubila clauetro
Criminis: & proprio mundantur vasa veneno
Lucis: ob infusum domino praesente liquorem
Facta beata: polo victura perenniter almo
O deus opietas o doni munera sancti
Lux bona clara nitens nostris male cognita saeculis
Salve aeterna dies turbis vix credita lapsis:
Te satiata deo requiescunt pectora viso
Te paradysus habet quos dudum carcer habebat.
Ecce pares animi lacerata caede soluti
Adueniunt toto venerantes numina sensu
Soluentis primam qui infecit funere terram:
Faber & ille senex: defensa et cura sophorae
Legifer ille parens: et nati funere thare
Omnia vincens qui vicit natus amorem:
Et rex ille canens: post primum rector: et ille
Cui bina ancilla enutruuit semina zelpha:
Huius & innumeri duodeno nomine nati:
Flebilis & patriae vates: & corda futurae
Virginis ante videns: domino foecunda beato:
L onga sacerdotum series: ac millia centum
Quinque decemque viri princeps florentes refecti:
Vna alii plures stolis candentibus: & tu
Praecursor missi populis credentibus agni.
At prior ante alios qui primus vincla solutos
Ingerit: ecce pudens digno verecunda rubore
Ora ferens christo sic grates rettullit almo:
Se deus o domino genitus noscente beato
Equibus immensi procedit gratia doni
Entis & ensque bonum: qui numen numinis altum
Natus ut ipse parens humani conditor aui
Cuius adoptiuos genuerunt munera natos
Quis tua dona carat qui non hoc plura resumat
Munera posse loqui: pro summe piissime caesos.
Caede leuas populos: quos recta in lance licebat
Verberibus ferula dirisque arcere lupatis.

Oratio ad
christum.

Liber vigesimus secundus.

Fo. clxxxvi.

O deus o patriae miserator mulciber irae
Quem non horrendae damnatis parcere culpae
Crimina nonque piam veterunt tendere dextram:
Suscipe nunc laudem: solam quam possumus: haec est
Quod plus ferre queam. quamuis hanc suscipe magno
Sit tibi parua deo: qui nostras ante querellas
Suscipis: ante dolens etiam quam brachia iustus
Concuteres: medisque minis ipsoque furore
Haec dies haec aderat flammanti pectore laetos
Exiliis positura modos. o vita salusque
Sit tibi christae deus: terraeque pontus & umbrae
Et tua plus grati recitent praecordia caeli.
Viuus honorque tibi: sit laus & gloria: sitque
Imperium sine fine manens: sit debita factis.
Gratia. vae. fragiles ingrata o pectora voces
Quid sonat inde nouum: quid passo funere dignum
Dicitis: ante potens sapientia: vita salusque
Semper summus honos & viuens gloria semper
Regna fuere deo nostrisque impulsibus acto
Sedibus aetheris: & ameno vertice sicci
Per deserta soli tetrae haec dispendia siluae
Quae tenet ipse damus: qui nostro summus amore
Factus inops iacuit: qui terrae conditor illa
Exulat: aeternus qui iudex iudicis atris
Lora tulit falsosque ignota ad crimina testes:
Qui tot monstrificos in fonti carne labores
Totque alapas: istosque feros: tot verbera: talem
Ferre necem voluit: quas laudes ante tenebat
Accipit a nobis ereptis funere: verus
Ante hic magnus erat populos quom' sede fugabat.
Exitum minitans cum verbo concitus alto
Pelleret e regnis homines exire beatis.
Nunc nunc cum rigidae lacerauit vincla catenae:
Vitifera turbas ad se reuocauit ademptas:
Sit magnus populo meritis pro laudibus ipso
Dicitur: ante fuens multo veneratus honore est
Solutus ubique chorus deflexa luce repletis.
Nunc nunc nos salui donis morientis onusti
Dicimus haec toto quae semper carmina caelo:
Hoc deus unde venit: nil possum dicere plusquam



Thalichristia

Quod solitum tibi ferre decus: qui fundere laudes
 Debeo seruatus plures quam caetera solus
 Nil maius superis valeo resonare cateruis:
 Quis non tanta facis pro quis non casus: ob istud
 Te moriente genus laudes tibi tradimus almi
 Quas egere chori precio non sanguinis empti.
 Hoc nepos vnde venit: quia non mutaris. vt ipsa
 Carne sub ante manes aeterno immobilis. alta
 Sede prius turbae mulgebas guttura sanctae
 Carminaq; ista ferens eadem nunc ista reduces
 Vitus vt ante potens. quae primis dicta diebus
 Gloria: nunc semper: linguisq; in saecula renatis
 Sit tibi christe deus. te laudans mutator hic olim
 Aeger eramq; dolens nunc pleno pectore gaudens.
 Antea maniuoro furiarum praeda sub orco
 Infero nunc vultus in alenti lumine plenos.
 Attamen ipse manes nulloq; in tempore motus
 Vitus cuncta mouens: ac nunc si viscera pandens
 Te gladiis donas: si labem sanguine mundas:
 Perpeffo horrentemq; inlustras: funere noctem:
 In noua tam veterem digneris munera laudem
 Sumere: nulla mihi licuit maiora canendo
 Dicere: cuncta prius laudum monumenta creator
 Illa solus amans populi venerantis habebas
 Quae fas nosse choris. tuq; o perfossa necemq;
 Passa: intacta tamen nec nostrae cognita culpa
 Quae dudum pauido dormis tumultata sepulchro
 Sit tibi vita: decus: diuinatq; gloria: lapsos
 Qua facis esse viros. te neptem cordis adoro
 Viribus vt domino quae vnita assumptaq; verbo
 Instrumenta paras maculam tersura cruentam.
 Talia verba pater fundebat grata. nec vnquam
 Desinit esse vocans: & amoenis laudibus instans.
 Non minor est alius laudandi flamma reuinctis
 Numina summa canunt: expletaq; viscera voluunt:
 Quisq; deum laudat paccato pectore diua
 Mella merumq; vorans. beat & sua quemq; voluptas
 Cunctis cuncta ferens non omnibus vna: sed omnes
 Sunt saturae mentes & nosse: & vocis: & illis
 Fit commune bonum cunctis venerantibus vnum.
 Finitur liber vigesimus secundus.

Sq; caro xpi.

Argumentum vigesimi tertii libri Thalichristia.

Tertia seruatis a christi funere terris
 Exoritur iam clara dies. dominusq; resurgit
 Integer. & victor violato fulgidus orco
 Solatur famulos. firmatq; labantia corda:
 Et sibi quid placeat referat: curamq; remittit.
 Deniq; viperea iam non violabilis tra
 Empyrea aeterno subiit capitolia curru.

Thalichristia vigesimus tertius liber.



Tertia seruatis a christi funere terris
 Aurora expulsis lucebat clara tenebris:
 En dñi in sanctum spolitis onerata sepulchru
 Mēs rediit: q; nitēs gladiis sua mēbra supbis
 Exanimata petit: totam se in tota recondit
 Verbo operate: sacra qd' victa in tartara mētē
 Rettulit & tumulo tenuit sibi corpus in almo
 Illud idem miser penetrans pia tecta barathri
 Atq; manens ligno membris obeuntibus alto.
 Integer ecce potens redituuo sanguine lucens
 Surgit: & horrendis euexit multa sepulchris
 Corpora non tanquam crassius epidaurius herbis
 Nugator: lycio nec apollinis in fula verbo
 Sed quo posse manens formauit singula miros
 Dat cineri testes. violato fulgidus orco
 Diua cruentatis despirans balsama rimis
 Surgit: & horrentes iterum non ferre labores
 Carne timet. clarum vultu adsignante trophaeum
 Glorificata gerens plagarum stigmata miro
 Fulgore: & nitida radiantia ferta coronae
 Surgit. & ecce ferens ex ima nocte decoras
 Exuias matri dat primum laeta triumphi
 Nuncia: quod plagas haec diro in tempore primas
 Senferat: & stentes superarat fletibus omnes.
 Monstrat ei faciem per tot tormenta petitam
 Clarificosq; sinus optataq; lumina vitium
 Corpus: & oppressas sub iniqua cuspide palmas.

Describit resur
rectio christi.

Multa scorum
corpora resurre
xerunt cu christo.

Apparet matri
& ostendit illi tri
umpho gloria.



Thalichristæ

Succiferosq; patres & alendam fronte cateruam
Monstrat ei populos victoris clade leuatos
Auulsumq; scelus: diuinæ iura tyaræ:
Magnum carnis opus: q; aptatos morte triumphos:
Quod præcium belli: quæ præmia sanguinis alti
Quem sua se coram telis inimicus amaris
Cogerit ob culpas fudissent viscera nostras.
Dicere læticiam domine quis: gaudia possit
Dicere quis: quanto templetur libera vultu
Pectora quam pulchris immittat corpus ocellis
Lumine quo viui circumdet lumina nati.
Ut dolor & mentes excessit funeris omnes
Exemploq; carnes: & nulli cognitus æuo
Luctus erat: victo dominus cum surgit ab orco
Aeternusq; atris remeabat victor ab umbris:
Exemploq; carent: & toti incognita mundo
Gaudia quæ sanctæ concurrant corde maris
Flagrantes animos: & robur carminis omne
Disperant. nati radiis immerfa decori
Euomit æthereas flammæ: mutatq; niualem
Aspectum: surgitq; animo fruiturq; videndo
Plena redemptorem: dominum natumq; deumq;
Aspicit: & dulcem satiabat lumine frontem:
Sumptaq; cum summis iungebat munera votis.
Eua vbi reginam domino præsentem decoram
Suspicit: ista refert. generis pulcherrima nostri
Virgo parens nostro veniens de germine quantum
Altior es nobis! o cunctis gentibus vna
Dignior. ha nostrum pudet: ha pudet ædere factum
Dissimilemq; viam. diris ego perdita votis
Aeterna miseros damnauit clade nepotes
Cæca ruens nebulas vomit fera noctis. amicos
Tu radios lucemq; parens: nos vulnera: tuq;
Gaudia: tu placidam per vulnera nostra medellam.
Vincula nos fraudes & iniqui vasa veneni.
Tu religas: fraudemq; teris: tu mella profundis:
Mathea fusa quatit: nos aurea regna cruentis
Hostibus: & toto dominantem currere mundo
Dæmonaq; & furias rabidas vultusq; perosos
Attulimus nostris. tu summi lumina cæli

De dei matre.

De eua ad ma
iam.

hællat se eua i
marie ppatioe.

Liber vigesimus tertius.

Fo. clxxxiii.

Sceptra deumq; paras: latice tu fontis amcenos
Excutis: & moesti squalentia iugera campi
Fronde nouas. diram nos primo crimine penam
Bella necemq; damus: tu vitæ præmia: viuum
Das dominum. hunc turbis oculos auertere lapsis
Effeci: & cunctos orbauit præside natos:
Tu reduces animos: tu primi munera sæcli
Gentibus infundis. & solem sole reflectis
Ter meritis: ter voce vocans: lucemq; fugatam
Inuenis: & nostram moderaris imagine culpam.
Non tua dona videt: non te bene candida noscit
Lingua parans dominam finitis laudibus ipsam
Tollere: posse putans: qui solus dicere talem
Legerit ante potest. paruus tua culmina quisq;
Sed cupit ipsa loqui. quocumq; auctore vereri
Non pudeat. fragiles ignota in carmina mentes
Suscipe nata potens fecundo corpore patres
Explere: & tristi diffundere gaudia genti.
O mihi quis vocem? quis linguam: pectora quisue
Muneribus tantis? venturis gloria sæclis
Sit tibi: summus honos: sit donis debita magnis
Laus tibi: sitq; decus: sint toto in tempore digna
Gaudia virgo vides sæuis spoliata tyranni
Guttura: tartareas calcari morte cauernas
Contugis: & natum diffuso sanguine viuum
Esse: triumphatum victorem stare martum:
Ante triumphantem solio cecidisse draconem:
Virgo parens nec iam culpam furiosa paternam
Flebit amans: diris cesserunt vulnera teli:
Nox abiit: nitido funduntur nubila phœbo:
Obstantes radiis nebula cessere relectis.
En tibi læta dies: en te meminisse iuuabit
Temporis illius: quo ligno vitifer alto
Occidit: & cælos turbabas fletibus ipsos
En tua cum læto iungentur gaudia nato:
Mors sibi non paruam peperit iam passa coronam:
Iam potes ipsa placens animo lætante priorem
Commemorare necem: iam viui funera christi
Tempora grata dabunt: iam lancea: restis: arundo:
Verbera: crux: sentes furiosi pocula vasi



Thalichristia

Diraq; cuncta iuuent: nil hac ex cae de minore
Cernis adesse tuum gladio si secta dolebas:
Post gladium viuo solaberis incluta nato.
Interea nox tetra cadit. iam sabbata plebis
Transierant. sanctae cura populante maria
Pectus emunt caesum valeant quibus vngere christum
Chara vnguenta deum. sancto madalegna furore
It stimulat gemens: lapidemq; a fronte sepulchri
Ut videt ammotum desenti sedula petro
Significat ioanniq; simul: verboq; trementi
Sic ait. a clauso duxerunt summa sepulchro
Numina. quid: tantum nec fas est noscere furtum.
Exit ergo petrus casto comitatus ab illo.
Quisq; simul properas nec tingeret aequore plantas.
Ocyor est alter iuuenili ardore: nec intrans
Claustra notat: vacuum collectaq; lintea bustum
Inspicit. alter adest propecto & pulsus amore
Intrat: & ille prior non iam: sed primus hic. ambo
Vittam sacratu seunctim lintea colli
Inuoluta vident: anti quaq; dicta recensent.
Post iterum rediere sibi. mcestasq; manebat
Ad madalegna fores ligno perfossa cruento
Cumq; oculis sacrum lustraret fessa sepulchrum:
Aspicit en iumenem: cui stolae albensis operto
Tegmine fulgur erat visu pulcherrima tanquam
Terribilis facies radiis ingentibus. atq;
Inter ait caesos viuente quæritis? ipse
Surgit: vt antecanit quam passus funera. nunc nunc
Cernite quæ pauidis veraci carmine seruis
Dixerit ante suis: hominem post bella decebat
Surgere. surgit ouans tenebras & tartara pulsans
Sic ait. illa sedens trepidans conuersa retrorsum
Offenso ignotum prospexit lumine christum.
Quem cernens illis quod curam gesserit hortis
Ad putat atq; viae causam turbata petenti
Hæc ait illachrymans clauso est ablata sepulchro
Spes mea virq; meus. dominum si forte tulisti
Dico: viuunt amor: seruens leuora subibo
Pondera: da nostrum (cremor o miseresc) maritum
Tollere. da nostram (dabit hæc tibi præmia) vitam.

De magdalena

De petro.
De iohanne.

Angelus testat
resurrectionem
christi.

De magdalena

Liber vigesimus tertius. Fo. clxxxiiii.
Ipse maria. deum subito conuersa sonorum
Noscit: aditq; pedes: nitidis gratissima plantis
Oscula ferre parans. vetuit deus inquit & ipsum
Semper habebis amans. nunc me sed tangere noli.
Idem carne prius mortali caesus: & hæc est
Ipsa licet lætum nec quid mutata per ipsum
Non moritura tamen: gladiis non amplius vllis
Est torquenda manens. tu nunc lætare: meisq;
Fratribus ista refer domini mandata tuiq;
Coniugis. alta dei visurus munera nostri
Christus abit. veniens placidas extenta medullas
Hæc madalegna refert: viuoq; in mentis amore
Cursitat expansis in fratres plena lacertis
Nuncia dans famulis haud sat tunc credita mcestis.
Insanire putant: concussaq; viscera motant:
Ambigui si viuus erat qui passus: & idem
Carnea membra habeat: proprio si corpore surgat:
Si ferat & mentem: si mentem carne priorem:
Si dominus membris latitet velut ante sub illis.
Omnia quæ domino penitus bene cognita viso
Sunt & aperta satis: tumulto quod surgat: & illud
Verum corpus habens quo vere est mortuus: & quod
Mens redit ipsa prior: quod viuis carnibus ipse
Qui deus ante venit: rigidis nec concita flagris
Est deitas. famulis & sic dubitantibus ipsi
Discipuli nobis referunt non ista: sed vni
Pæne inimica cohors nec miris credula factis.
Vesper erat. famulis & fracto in pane duobus
Agnitus ante venit: nec valuam e cardine voluit:
Claustra manens vero penetrata est sanua viuo.
Electumq; chorum nimio terrore gregatum
Ut videt: & variis nutantia corda querellis:
Alloquitur pauidos veneranda voce ministros.
Pax vobis. nostro perierunt funera telo.
Viuus ego æthereas ascendam victor in arces
Protinus. horrentem præstata pace timorem
Pellite. quid fletis? cur non in summa paratis
Pectora dona: silent: turbatisq; auribus hærent
Immoti: haud veram credentes cernere formam.
Infit & ipse manus ostendens signa locosq;

Apparet christus
magdalene.

Ista sunt illis &
lyramenta.

Apparet iesus
discipulis.



Thalichristiæ

Vulneris: & cæca transfixum pectus ab hasta
Cernite. quid vestros quatunt phantasmata visus?
Ecce latus. carni digitos immittite nostræ.
Ipse ego sum viuens his membris carneus spsis:
In quibus horrifici furiebant verbera lori.
Cernitis ecce latus: latus hoc palpate: manusq;
Ecce pedes longi terebratos cuspidè clau.
Spiritus ista nequit. non ventis ossa: nec illis
Vera caro. sed vos palpate hæc ossa: tremendo
Suspexere deum: nec possunt credere viuum:
Miratq; tacent: animis gaudentibus horrent.
Poscit hic vt valeat titubantia corda fidemq;
Confirmare cibos: & partem piscis ob assu
Dantq; faua: hæc mandit: vatumq; arcana resoluit:
Dyddimus hinc aberat: nec turba thomus in illa
Te bone christæ videt: veniens qui vt dicta rependit
Facta paresq; nouos: & opimo carmine lætos.
Hæc ait. infixi per vera foramina clau
Hæc mea dextra videns digitos per vulnera voluens
It nisi sic cæsum non est mihi credere viuum.
Quid dubitas: vitam quid mirum viuere veram?
Non deus ipse suo: cum corpore cæditur: hic &
Vitales propriis vires infundere membris
Si voluit. potuit. magnoq; hoc posse resurgit
Quo sibi cuncta trahit: quo secum semina necit
Perdita: virgineo latuit quo desuper agro
Lapsus: & intactam seruato pectore terram
Eius matris habet: quo flammæ æquor & umbras
Numine voce creat: quo cælum sydera format
Surgit: & ex umbra spoliator noctis auerna.
Excitat hic alios: cur non hic surgere thoma?
Quid dubitas? dubitare tamen te conuenit: orbi.
Expertus credes. famulis post stantibus vna
Omnibus ecce deus: nec aperto limine christus
Aduenit & charis præstata pace ministris
Alloquitur thomam. digitos huc infer: & illis
Cerne manus nostras: palpabis & ossa latusq;
Tange manu: immissamq; absconde in viscera dextram:
Ecce pedes: videas: ne sis incredulus: æsto
Esto fidelis: habes quod tota mente petisti.

Comedit xps
post resurrectio
nem.
Thomas dydi
mus.

Apparet iterum
discipulis suis.

Alloquitur xps
thomam.

Liber vigesimus tertius.

Fo. clxxxv.

Orsus & ille tremens dominus meus iste deusq;
En tetigi. en tacto mens est mea credula christo.
Credo hoc christe videns: fateor dubitasse: meumq;
(Cerno quidem) meriti non est mihi credere magni.
Christus ait: quia me vidisti: surgere thoma
Credis: crede viros foelici forte beatos:
Qui credunt non visa: deo fiduntq; beato:
Cui vero supplices licuit non fallere mentes.
Post iterum parca captatis piscibus vnda
Viua in carne venit: manifestaq; lumina pandit:
Et petro commendat oues: iterumq; recumbit
Turba vndena: modo prædixit foedera miro
Christus: & hæc. veniens genitoris iussa beantis
Missus vt ipse fero: sic vos hoc nomine mitto.
Insufflatq; loquens: flatumq; insumite sanctum
Inquit & o sacris pietas incognita nostri.
Arbitrium humanas per vestrum soluste culpas:
Seu religate reos: cælo hoc stabit in omne
Tempus: & æterne delebunt crimina chartæ.
Seu vincite almo per vos & facta magistro
Intemeranda manent in sæcula firma: nec olim
Vestra reuersuro frangentur vincula magno.
Iteq; per totum nostra euangelia mundum
Dicite lucis opes radios ingentia viui
Signa dei: nostris calcataq; funera telis
Ac tribulis pastos versate ad prata iuuenos
Pinguia: crassa rosæ suxistis & vbera sanctæ
Participate aliis: centumq; in carmina linguis
Surgite: fas. quanto vigeat noua terra triumpho
Et laceras fraudes: & flammæ noctis adustas:
Truncatosq; dolos: homines e clade reuinctos
Pandite: suppositis tribulos confundite plantis
Fortiter: & versis suspendite lilla collis
Dulciter: & siluas calamis incendite nostras:
Luce implente sinus: in turbæ exempla citatos.
Et quicumq; videns tranquillo pectore vosq;
Amplexus: sacramq; fidem: fontesq; beatos:
Crediderit cæso quod summa potentia christo:
Saluus erit: legemq; necis: laqueumq; furoris
Rumpet & infernas terreni principis alas.

Benedict thomas

Apparet iterum
&
commendat oues
petro.
Apparet iterum.

Oratio xpi ad di
scipulos suos.



Thalichristia

Ast quicumq; meos irriserit incola ritus
Noctis erit: tetrumq; caput sub face cruenti
Sanguinis ad tristes dempto ibit sine labores.
Pignora nostra dabo: gentemq; hæc signa fidelem
Ipse sequi subeam. sceleris dira agmina nostro
Nominè pulsa terent: serpentum guttura tollent:
(Nulla etenim diro vis est mansura veneno)
Nostris: optata nobis recitabunt omnia linguis:
Et tactu oppressos exoluent pestibus agnos.
Sic effatus erat. q; extemplo stellifer axis
Scinditur: & rosei patuere palatia regni.
Ac superum patuere sedes: adamantina diui
Sceptra chori pauidis distillant lumina terris.
Aduenit angelicus nitidis exercitus alis:
Imponitq; humeris regem dominumq; deumq;
Ipse super grate rutilantia pectora turbæ
Flammiparum rubra caput inlustrante corona
Empyrea æterno subiit capitolia curru.
Fœlicesq; patres infernis agmina bustis
Rapta ferens: patriam comitatur corpore dextram
Ad potiora sedens: donis maioribus: omnes
Vnde videns videat: meritis & præmia ponat
Omnibus: & stricto scrutantis cuncta flagello
Iudicis ad veram componet cætera libram.
Laudantes sancti dominum fecere ministri
Iussa patris magni: signoq; ad cuncta sequenti
Verba superna bonis firmanes dogmata verbis
Morte coronati memorant magnalia christi:
Vocis & arentem humectantes imbribus orbem
Hæc simul in cunctas spargebant dicta cateruas.
Vult pater in medio religantur lintea ponto:
Io, succurre: ruunt per te bene lecta trahantur
Inte securum sub eodem remige portam.
Eloquar: eni! sanum vel saltem respice sensum:
Eloquar: alma chori sunt hæc documenta beati.
Vult quicumq; bonis securum viuere cælis
Lucis opes: niueasq; domos: camposq; serenos
Sortiri: & mensis æternum vescier almîs:
Ardua vota nimis: quæ non nisi viribus altis
Fas implere: fidem decet omni mente beantem

Trisphus dñi
nri iesu christi.

Docna aploz.

Liber vigesimus tertius.

Fo. clxxxvi.

Catholicam veri teneat super omnia christi.
Quæ nisi fixa manens venas intrauerit omnes
Pectoris vna placens superis hæsuræ cateruis
Cernere fas nunquam dabitur suprema beati
Regna loci vitæ nec sumere dona quietæ
Hæc tamen alma fides: oculos huc vertite gentes
Quas lætale malum: fumosis nata sub vmbri
Fœtida ridiculi merfat doctrina veneni
Fæcis aqua: insanis ammonem excludite venis:
Effugite antiquæ penitus frustrata catenæ
Pondera: iam grauidas implerunt signa figuras:
Iam peperitq; parens: nebulas egressa priores
Lux noua: iamq; nouis implenda scrinia chartis.
Hæc fides alma. deum veneremur sensibus vnum
Artificem clari qui nos & sydera mundi
Condidit: & pulchros plasmauit in ordine celos.
Gignit & hic natum: pariter veneremur & illum:
Nam deus ille potens: princeps de principe: viuens
De magno magnus: qui consors compar & vnus
Cum genitore deus: per quem sunt cætera solus.
Spirat vterq; bonum communi numine sanctum:
Quem pariter dulcem proni veneremur amorem:
Nam deus ipse potens: simul est & summus: & hi tres
Vnica personis veneranda essentia ternis.
Est non vna quidem: triplex persona: nec ipsa est
Tridistincta manens: tamen vna essentia: nonq;
Vnum personis esse hoc partitur in ipsis:
Quæq; tamen totum persona est esse beatum.
Sic vt proprietates personis vera sit: inq;
Vnitas esse: modo sint æquaq; culmina dempto:
Vna potestatis sit lux: vnumq; decoris
Sit numen: socialis apex. persona parentis
Est alia: & nati est alia: spiritus almî
Est alia: & sic non plurescunt numina: namq;
Et patris & natiq; & sancti spiritus vna est
Quam non personæ discindunt gloria ternæ:
Integra sed patriq; & nato & semper amorî
Integra. qualis adest pater: est & natus: & ipse
Talis amor: summus pater est: & natus: amorq;
Summus & est. genitor non est alicunde creatus:

A ii



Thalichristia

Et genitum verbum non est alicunde creatum:
Nonq; creatus amor. pater est immensus: & ipsi
Sufficiens: natusq; potens immensus: & ipsi
Sufficiens: amor & simul est immensus: & ipsi
Sufficiens: summus pater est æternus: & ipse
Æternus natus: pariterq; æternus: & ipse
Spiritus est sanctus. sonet hoc in cordibus. vnus
Æternus non tres æterni: immensus & vnus
Non tres immensi: non tres necunde creati:
Est simplex vnus qui non alicunde creatus:
Est simplex vnus simul atq; immensus: & ipse
Omnipotens pater est: summi omnipotentis: & ipse
Omnipotens natus: sanctusq; spiritus ipse
Omnipotens: non tres: qui s cuncta potentia: namq;
Vnus adest: vnus superest qui cætera solus:
Quem super est nemo: facti qui notus olympo
Vnus & æthereis motor venerator ab astris.
Sic pater ipse deus: deus est & natus: amorq;
Est deus. hic caueas: triplices ne numina, non sunt
Tres dii. cæca deos venerantur pectora multos.
Est deus vnus: habens quo viuunt condita: viuens
Omnia: qui siluam terreni collis opacam
Vertit: vt amplexis immittat lumina campis
Vni paramq; diem: soli cui conuenit vni
Per solum famulos gemmis orientis onustos
Præbere æternam sub amœna pectoris aram
Sede tenebrofi exertantem vincla veneni.
Sic pater est dominus: dominusq; est natus: amorq;
Est dominus. non tres domini: sed solus. & vnus
Est dominus: soli cui vox super æthera regi
Præpositæ sceptro conceptus prolis amato
Antellucanos recitabat dulciter hymnos
Nam sicut dominum personam dicere verum
Vnam quamq; fides hortatur: dicere veros
Tres negat hæc dominos. pater est non factus ab vilo
Principio primus. genitus non: nonq; creatus:
Filius a patre est: non factus: nonq; creatus:
Sese noscentis genitus sed pectore patris.
Spiritus a patre est: & nato est sanctus ab ipso:
Non factus est illis: genitus non: nonq; creatus

Liber vigesimus tertius.

Fo. clxxxvii.

Procedens tamen his: cum summo summus amore
Diligit & natum genitor: sic natus & ipsum
Diligit ipse patrem: vt se pater ipse potentem.
Non tres ergo patres: pater est tamen vnus: & vnus
Filius est: non tres natos fateantur: & vnus
Sanctus amor: mentes ne tres fateantur amores.
Trinitate quidem nihil hac posterius: & nil
Est prius: & minus hac: nihil est aut maius. in ipsa
Esse æquale: bonum: simplex: non mobile: verum
Vnius æternæ candorq; est lucis: & almæ
Vna voluntatis concordia lumina: summis
Obscura e radiis: oculis non cognita nostris.
Sic vt personas vno tris nomine veras
Numen personis vnum intranabile ternis
Sensibus iniunctæ conseptis ab aggere terræ
Mens venerata colat: quem solum cætera quærat
Per contempta boni præstantem pabula succi
Dira acherontei qui frangit guttura monstri
Læta inopina parans gutturnaq; dulcia duras
Confectura dapes latebris qui extorsit in imis
Dæmona. grassantem qui infrenat lampade noctem:
Ne premat oblitum tabosus osirius agrum.
Est opus & menti quæ cupit in astra reduci
Credatur domini vera incarnatio christi.
Concinit ergo fides. dominus quod maximus alti
Filius & domini christus venerabilis: ipse
Est deus: est & homo: est summi genitoris ab ipso
Quod tenet esse deus: primum quam sæcula magnus
Quo genitus: puræ generatus carne puellæ
Est homo: q; & verus pereunt tempore natus.
Est perfectus homo: deus & perfectus: & ipsi
Est deitate patriq; æqualis: patre minorq;
Carne. licetq; deus (vigiles attendite) christus
Sicq; homo: non duo sunt: nebulosam expellite lippam.
Ne in vos nestorei dominantur cornua tauri:
Est tamen ipse vnus non verso numine christus
In non contractæ luituram debita noxæ:
Sumpta huic carne tamen: qui carnem fecit: & vnus
Non confusa quidem quod sit substantia: nonq;
Quod deus est carni miscetur: corpus at illi

Scz est.

A iii



Thalichristiæ

Iungitur: assumptæq; est vera essentia carnis:
 Et non confusum suscepto corpore verbum.
 Extat persona christus tamen vnus in vna.
 Vnus homo velut est: & mens & corpus: & vnus
 Est homo sicq; deus qui vero in corpore christus
 Ut terat infernas acies: fert omnia dirî
 Quæ voluere lupi: fert vincula immanis sæui
 Carceris: iratam loro cruciante columnam
 Tergemino: clauos spinas terebrantis acutos:
 Perfossamq; latus: veraci & funere cæsus
 In fonti ingrata[m] madefecit sanguine terram.
 Quo tenebras frangit mundanaq; crimina tergit.
 Postq; necis gladios latebras penetrauit auernas
 Mortem cæus agens fractisq; hinc inde catenis
 Dissoluit tristes flamma & caligine mentes
 Et phlegeton teo surrexit viuus ab antro
 Victor: & æterno spoliata nocte triumpho
 Scandit in alta poli cælis bipatentibus almi
 Inq; bonis dextræ patris potioribus ipsa
 Carne sedet: qua iterum venturus: non tamen olim
 Ut fuit externis passurus funera culpâ:
 Maiestate potens iudex trepidandus & vrgens
 Publica terrifico facturâs crimina verbo
 Adueniet nullo paccandus verberare: nullis
 Ex precibus ferulam differre ad tempora iustam
 Tunc poterit cunctis expendens debita factis.
 Cuius ad aduentum læti de sedibus atri
 Exurgent omnes proprio sub corpore gentes:
 Qui bonus æternæ ducturus præmia vitæ.
 Qui malus æternis persoluet crimina flammis
 Hæc alia & veri cunctos docuere ministri
 Inualidamq; viam sceleris mortemq; necatam
 Lucis iter superasq; dapes: camposq; nitentes:
 Pacis opes viuasq; domos regnumq; perenne.
 Parte alia æternum flamma cruciante furorem
 Esurtem: noctem: rabiem: furiasq; prementes
 Semper & umbratos horrenti turbine lucos
 Exponunt populis. effuso deniq; cunctis:
 Credere se in vnum confirmant sanguine verbum.
 Finitur liber vigesimus tertius.

Liber vigesimus quartus. Fo. clxxxviii.

Argumentum libri vigesimi quarti Thalichristiæ.
 Prædicat antitheus mosem: moseaq; laudat
 Dogmata. & huic verbis sapiens bonus obusat altis
 Martyr & æterni confirmat dogmata christi
 Stephanus. vir tandem pro veritate superbis
 Cautibus occisus domino obdormiuit in almo.

Thalichristiæ vigesimus quartus liber.

VLtor vt infernam christano Marte rufnam
 Perspicit: & terfas diuino sanguine turbas
 Hæc secum. me ne incepto desistere victum:
 Ne posse a diuis homines auertere mensis:
 Quin etiam stygis sæuit iam flammifer oris:
 Disnectitq; chaos: & amicam gentibus umbram
 Discutit: æthereq; calens munimine gestit
 Dæmona perpetui vinculis arctare capistrî.
 Ergo agite o comites rabidis incumbite telis:
 Atq; omnis læto furias exoluite mundo.
 Ne christum accipiant animis: charitemq; deumq;
 Contemnant: vero frustra q; vocentur ab ipso.
 Et sciet omnis homo quæ sint mea tela. sciet me
 Magnum si magno restarim dæmona christo.
 Non sibi iebuseis rem faxo: haud æthea cernet
 Agmina: quæ primi susternat murmure verbi.
 Contra adero. fraudesq; nouas: noctemq; malignam
 Hieroboanei sopitos manibus ignes
 Incutiam. tenet ipse petrum: iannumq; iacobum
 Immemores paucos quis non sua corpora curæ:
 Ast ego cleobios: theobutos: atq; sineros:
 Menandriq; magos: ebioneosq; furores:
 Qui simul & sancto seruabunt sabbata christo:
 Et nicolatas veneres. & regna cherynti
 Gorgoteos: centum encratitas: centumq; nerones
 Insidits armabo feris: gladioq; bilingui:
 Ut nebulis puri condatur semita cœli.
 Nec dapibus sanctis: nec tota sanguinis æthna
 Terricolæ valeant mariali sistere nexu.
 Dixerat. antitheumq; rapit: cui cura tepentes
 Pacificas mactare arisq; incendere thura.

Alto: diabolus.
Indignatur de
mon ob redem
ptione hoim.

Demon interp
satur sanguine
us mero.

Idolatriam.

Isti sunt heresi
arche primi.

Per allegoriam.

Antitheum. i. s.
desi. hoc e docto
re quedam pueris



Thalichristiæ

Ille doli montis: & cæco pectore diris
Exagitatus adest: quem plurima turba docentem
Circumstat furuo nequicquam armata veneno.
Quis furor o iuvenes! quæ tanta licentia fractæ
Legis: ait: si vita placet: cælumq; deusq;
Audite: & nostri referam primordia templi.
Viderat ex alto genitor pertæsus olympo
Hebereos seruire duces selectaq; nocti
Corpora belligenæ phario parere furori.
Indignatus opem supera demittit ab arce:
Eripit & pressas immani pondere turbas.
Dilecto & charum præfecit in agmine mosem.
Ille dei legem digito deduxit ab almo
Diutger: instituitq; modum: normamq; viamq;
Viuida quæ iustam ductaret in astra cateruam.
Neue quis addubitet domini mandata superni:
Innocui fulsere ignes. & candidus æther
Intonat & nitidis exurit nubila flammis.
Ipsa etiam comitata acres charis alma nepotes
Præsentem dat sæpe deum: manifesta q; vitæ
Numina sunt oculis aspecta nitentia multis.
Ille vt erithrei campum superare profundi
Cœperat & siccis penetrauerat æquora plantis:
Intrat in arentes arabes. ingentia rursum
Dona dei: pastam diuino pane cateruam
Suscipit & graciles epotans caute liquores
Promissa in fractum referebat ad inclyta votum.
Proximus enachis aderat: iam sanguinis insons
Prælia virgatos aptabat ad alma lacertos.
Sed moritur vitante deo. succedit iesus:
Qui domini turbas subuerteret ense nefandas
Aethæos: eueos: septenaq; nomina diti
Chara potens armis pariter natosq; patresq;
Dulcia promisse ductaret ad vltima terræ:
Persistentis aqtas fluuiis: per marmora magni
Signa dei: clamore virum clangore tubarum
Hiericon pauida execratam extendit arena.
Ac fraterna piâs tribuens per munia sortes
Mortifero lectos vacauit sanguine campos.
Hunc sequitur iudas delectus in agmine summo

De antiphetis &
laude legis mo
ysi.

De moise.

De ioseph.

De iuda.

Liber vigesimus quartus.

Fo. clxxxix.

Teste sono: votisq; potens: factisq; deoq;
Viftricem multos requiem facit esse perannos.
Otia sæpe necant. bello funestior ipso
Sæpe quies tantum: rebus pax aurea lætis
Obsist. vltor adest: & iniquos serpere sensus
Tunc potuit cum luxus erat: nec classica somnos
Rumpabant armata graues: hostisq; timorq;
Non procul oppositi vexabat imagine læti.
Itur in omne nefas. positisq; exercitus armis
Immemor accepti siccatum ad nereâ doni
Arma ducesq; feros phaleras currusq; rotasq;
Cum vorat vnda cadens: nocturnæ lampadis horrens
Immemor: & summæ per quam tot prælia dextræ
Vicit: & in fernas restabat victor in hastas
Deserit authorem vitæ: patremq; ducemq;
Et domino caris pro summa piacula turbis
Tartareos dat nosse ioues. veneremq; secutus
Aethereas expellit aues. immundaq; templa
Construit. et laxis scelus amplexatur habenis.
Propterea duros demittit ab arce labores
Empyrea rex ipse parens: cui vera suorum
Cura virum: pietasq; calens: & charior ipsi
Quam sibi gens: diris aras & turpia passis
Corripit: vt visq; reuocaret imagine poenæ
Ad patriam: patremq; patrum. bethsamidis urbem
Pacificaq; domos: & luminis inclyta testæ
Qui cupiat referare suis. en tempora cernens
Apta satis madianus equo commotus & astu
Et syriis confusus auis insurgit. & omnes
Irarum effigies: auersaq; numina secum
In sua castra ferens miserandis istibus hostes
Ense: focisq; minis: & amico feruidus orco
Deprimit. atq; reos septenis solibus vrget.
Errat inops animi fugiens hebræus. & altos
Crimen ad omne metus: & herslem mente furorem
Concipiens: aut antra petit: seu montibus altis
Allatet. hunc loris atrox madianus apertis
Persequitur segetem rapiens hominumq; labores:
Atq; bouum: pressis vastabat diriter agris.
Non deus vt quondam: læto sed mœstior ipso

Nota.



Thalchriſtæ

Horror mortis erat: ſupremaq; cædis imago.
Spes fugit ante ſcelus. nîmîum ſibi conſcîa flammis
Vrebant ſe corda feris. et triſtis erymnis
In ſtygîas quatit ora faces: furiaſq; tricornes
Excitat. o quantos ſuſpirant pectore! queſtus.
Nam neq; clamor adefit: miſeras actura querellas
Vox decrat: confuſa malis & pondere culpe.
Ac tandem lachrymis taciti ſic fantur obortis.
Summe pater mundi qui cœlis maximus altis
Stas & vbiq; potens: terræ plaſmator & vndæ
Da veniam pater alme tuus. erraſſe fatemur.
Pœna patet plexæ non eſt opus indice culpe
Laruarumq; preces arę rituſq; nefandi
Atq; tuo ſæuus reſidens in monte baalus
In nos tela gerunt. ipſe et ſibi conſcîus hoſtis
Quæ ſuaſit nunc cæca vocat: iuſtunq; laceſſit.
Accuſatq; reos horrenti murmure ſed tu
Da veniam. noſtris non eſt tua dextera culpîs
Facta minor. rubri minitantiæ cærule ponti
Et iordanis aquas: inimicos fortiter enſes
Fregiſti: dum noſter eras: dum noſtra leuabas
Signa per æratas te facta potentia terras:
Perq; acies lemorum: nocturnaq; tela gigantum.
Num minus ipſe vales: video fera crimina pluſquam
Hęc meruiſſe. tamen bonitas rex poſcimus vnum
Te in tua tela bonum. vix ſic effantur. et imos
Exoluunt gemitus. pietas miſeratur: & illis
Maxima ab intacto mittit ſolatia regno
Exitus poſitura modum. tunc ſolus in agro
Vir gedeon magnis purgabat fercula curis
Protinus aduerſi fugiturus cornua caſtri.
Angelus ecce nitens niueo velamine tectus
Brachia: & æthereis radiatus tempora flammis
Aduolat: & verbis gedeonem affatur amicis.
O nîmîum dilecte deo fortiſſime miles
Eſt dominus tecum. nec plura eſſatus. at ille
Sic ait. hoc dignum non eſt mihi credere. mecum
Si deus eſt: nos atq; videt velut ante ſolebat
Cur patimur tot ſcua pater: noſtra omnia luſtu
Plena vides: caſuſq; feros: diroſq; labores:

Deprecatio pec
catorum.

De gedeone.

Oro angeli ad
gedeonem.

Reſponſio ge
deonis.

Liber vigeſimus quartus.

Fo. cxc.

Vincimur. expugnat (ſi non male cernimus) ipſe
Nos deus. et turmas confundit & agmina noſtras
Territat igne minax: inuerſo motus amore
Nos lacerans. o ſi nugas nunc ferre liceret.
Heus vbi dextra potens: vbi ſunt ingentia magni
Mira dei: noſtris nîmîum cantata poetis
Tot libris digeſta ſacris: quæ ſæpe ſolebant
Intrepidi narrare patres: quo numine gens hæc
Exuerit pharias obſcuraq; vincla catenas
Vtq; per æquoreas ventis metuentibus vndas
Traxit iter ſiccis libyco velut equore plantis
Deſertiſq; locis: timide quæ poſceret: aut non
Tota fides habuit cœleſtia fercula longe
At libitum conceſſa famis: guſtuſq; ſaporem.
Ille vbi ductor amans cuſtos et gloria noſtrę
Gentis adefit: vbi ſunt: vbi ſunt ea fœdera noſtro
Iuſſa patriſ: calcamur. habet nox vltima viſtos.
Et ſinit: & populum ſpernit pia cura peremptum?
Sic ait. & lachrymis efflebat lumina longis.
Angelus huic. dominus diſpenſat tempora: motus:
Atq; vices: & ſæua ſinit miro ordine. tu nunc
Pone metus. inſurge libens. & fortis in armis
Fraternam eripies miſerando funere plebem
Hoſtibus eq; feris. ſic ſtat ſententiã ſummî
Firma boni. pauet ille nîmîs. nec tempore moeſto
Ad miſeram rerum faciem ſub corde valebat
Concipere ingentes animos. dominumq; loquentem
Sic rogat. vt fratres atroci clade iacentes
Eripiam quę firma dabis conſortia diſtis
Quemue modum: genitor meus eſt in ſanguine noſtro
Inſimus. ipſe minor ſocios abiectior omnes
Inter agor. quæ forma vię. quę copia belli
Si non ſunt miſero: quæ dixti hæc ſomnia: ſi me
Non ridere paras. placido deus hæc dedit ore
Optimus. ipſe tibi veniens comitabor et arma
Non peritura ferens in ouantes feruidus hoſtes
Inuehar: atq; omnes vno ſub vulnere vires
Percutiam: ter plura potens. hos en ego ſuetus
Verberibus ſerula durisq; arcere lupatis
Et nunquam fracti vinculis cohibere capiftri.

Exclamatio.

Seminatio.

Replicat ange
lus.

Ille. ſ. gedeon.

Deus gedeoni.



Thalichristia

Huic gedeon. quoniam primis a patribus orta est.
Caligo optatum quæ occultat fumida verum
Sepe etiam nostros ludunt phantasmata sensus
Vnde sciam: da signa pater: te cunctipotentem
Qui loqueris. namq; ipsa procul tam grandibus ausis
Spes trepidat: titubatq; fides sub pondere magno
Non diffusa deo: sed non bene certa quid ipse
Vult deus & nostris si iam fatiata ruinis
Stet pietas. hic ipse mane: dum pronus adorem
Te rediens: & dona feram: riteq; litarim.
Dixit. abistq; domum properatisq; ignibus hædum
Coxit & az ymos panes cum iure reportans
Obtulit ad quercum domino: posuitq; verenter
Cautè super: dein iura sacre diffundit at ollæ.
Angelus hæc virga tetigit. tunc protinus artus
Exarsere sacri. tunc visa est hostia summo
Grata deo: & graciles coelum tenuere vapores.
Inquit & o gedeon superum charissime regi
Crimina sæua vides: dira & monumenta nefandi
Dæmonis: erectas furis horrentibus aras
Mæchatosq; viros ærato dæmone summi
Signa doli: saxis gedeon non claudicet istis
Forte genu: visi concurrere dentibus apri
Te decet: atq; ambas excire in prælia dextras
Pro ioue. qui ferro non est agitabilis villo:
Qui superos hominesq; creans: & seruat vtroscq;
Fert et in astriferi pomposa palatia regni
Dignatos proceres fulgentia subdere colla
Et parere deo: qui non imitabile numen
Iratu falsos agit intra tartara diuos.
Ergo age tolle tui taurum patris: alter et illi
Sit socius plenos septem qui exegerit annos.
Atq; aras excinde feras: & sede baalum
Exturbato reum: quoniam genitoris in agro
Ara facit non grata deo. sacrumq; prophana
Religione nemus miserè quod proximat aræ
Succides. dominoq; tuo cui conuenit vni
Thura dari: hac aram fundabis caute decoram:
Qua tua perpetuas nunc combibit hostia flammæ.
Sacrificio taurum tollensq; ex more secundum

Angelus gedeonis.

Liber vigesimus quartus

Fo. cxcj.

Ligna super compone focis: dominumq; vocabis.
Dixit. & in cælum geminis se substulit alis.
Dux vbi dista tenet verbis accensus et ira
Fert bisquinq; viros: diuinaq; iussa parauit
Nocte tamenq; nouis ne quis foret obuus actis.
Exturbatq; deos: impuraq; nomina fando
Nomina sancta quatit: totumq; exterritat orcum.
Lætor oceano quam nox externa pararat
Surgens phœbus equo nimum splendebat eoo:
Cernitur ara iacens rapidis destructa lacertis
Succisumq; nemus: q; et numinis altera signa
Atq; altare nouum: iugulo quo taurus aperto
Indicat ingrati periisse obliuia vulgi
Aronidasq; faces & prisca resurgere festa.
Præterea auditum est gemitus vocesq; nefandas
Terrificum rabido stridere per aera motu.
Queritur equisnam solemnem effregerit aram?
Quæ temere sacrum violarit dextera lucum?
Fama reum sceleris gedeonem affirmat amaris
Inuisum superis: rabie qui impulsus acerba
Ausus erat nitidi fregisse cubilia bali
Demens turba ioam conuenit natus et inquit
Ecce tuus cecis omnes nos perdidit ausis.
Imminet ira deum: sedisq; iniuria raptè
Imminet: et nostro poscet de sanguine poenas:
Ni luat offensum qui fecit numen. habenda est
Hæc ratio: mactemus eum. nec sancta recuses
Ne furor innocuus te comprimat. ilicet altos
Est minimum tempus esse deos: qui secula voluunt
Arbitrio et dextris dispensant omnia iustis?
Da famulum morti merite: si candida tangit
Te pietas: si diuus honos: si sacra: metusq;
Debitus: indignis accensaq; fulmina factis.
Magnus eratq; achor generosi sanguinis: illum
Cautiferi cætere patres: quia crimine furti
Perdidit incautas & flamma et sanguine turbas.
Nec prius a dira cessatum est cladenefas: quam
Expiat infandas hominis mors impia culpas.
Ergo age trade virum. nullus iam sanguinis ordo.
Indignum se patre facit: qui numina lædit:

Joas gedeonis
pater.
Eulgue ad ioam
patrem gedeonis



Thalichristie

Lædit quispe patrem. nimum dubitasse videris:
Esto ne ges: deus ipse manet qui torqueat hostem.
Desierat iam vulgus iniers: ioas incipit. istud
Ipse proba. deus ipse manet qui torqueat hostem.
Torqueat & gnatum vel ferro aut ignibus atris
Ipse meum: q; nenus destructam & vindicet aram.
Si deus est lesus mortali vindice balus
Cur eget? o proceres iram cohibete nefandam.
Ha fugite insanum fraterna cæde furorem.
Quid iuuat humanas humano sanguine dextras
Tingere? trinacrii manibus con flata tiphœi
Ille ille in nostrum iaculetur fulmina natum.
Vos spectate deum: faciat quodcumq; iuuabit
Quando quidem dextris librat mortalia iustis.
Ecce amalecheis madianica turba maniplis
Vna omnes populi phœbo nascente superbi
Adueniunt. furuq; instabant classica regni.
Ventum erat ad riuu florentia littora magni
Qui quodam visa diuini fœderis arca
Sistit aquas reuerens pressaq; expalluit vnda:
Condolet abrami plebes. deus ipse relictus
Qui supero fratres duxerat sine priores:
Et meritrix infanda deum mens facta doliq;
Ire q; insidiq; et nomina cuncta furorum
In numeriq; metus & maxima noctis imago:
Hanc miseræ excruciat: cunctisq; exterritat horis
Interea viuo gedeonem spiritus cestro
Incitat humanos cœlesti robore sensus
Confortans habilem q; facit prægrandia vota
Ferre per horrendas acies nocturna q; tela.
Personat ergo tubam nimio conamine: cunctos
Conuocat atq; viros manasea sorte: biesser
Atq; domo zablone q; simul: simul euocat asser
Neptalica q; manus fraternæ robora turbe.
Iamq; dies aderat venturo proxima bello.
Tunc gedeon vincit ad summa cacumina palmis
Hæc ast alme parens tua viua potentia quâuis
Plura potest nec cuncta facis velut ipsa licerent
Si populum seruare paras hac cuspede: sicut
Dixisti: da signa precor. tam grandibus ausis

Ioas ad vulg?

Dulcia idolo
rii irrisio.

Jordanis.

Conuocat gedeon
exercitum.

Oro gedeonis
petitis signis:

Liber vigesimus quartus

Fo. cxcii.

Cespitat ipsa fides terreno pondere. lætum
Auspicium concede potens pignusq; salutis.
Vellere signa peto. vellusq; in pignora posco.
Hic sistemus eum. fluidus si in vellere solo
Ros fuerit. lanæq; ipsi contermina tellus
Sit sicca: & nullo roris madefacta liquore:
Tunc mihi certa quies: & honori pignora belli
Sunto: sciamq; meis victricia signa sub armis
Te domino præstanda meo sic fatur. et ipsum
Exposuit vellus: zephyris quod stantibus omne
Plenum roris adest: conchamq; impleuit ab vnda.
Area contiguit nequid fuit humida terre.
Tunc gedeon rursus dominum tentauit. et inquit.
Si furor ista tuus patiat. quærere signum
Vellere his liceat. mutetur pignus. & oro
Humida sit tellus. sit siccum vellus. & ecce
Dat simul ista parens. soloq; in vellere non est
Humor. & vndosis summergitur area guttis.
Iamq; duces multos numerosaq; castra mouebat
Dux domini: vox lapsa polo peruenit ad aures:
Que vetat instructo proceres producere bello
In numero tanto. maneat sibi gloria soli
Vult deus. et propriis ne exultet victor in armis.
Propterea hostiles si quis trepidauerit enses
Iussus abire. domum duo tunc & mille decemq;
Bis rediere viri. bonus vltra pergere ductor
Incipit obuersi nulla formidine castris
Vi domini fisam iactare per auia dextram.
Iamq; aradatheas cernebant cominus vndas.
Plæbs etiam tunc visa deo numerosior ipsum
Quam deceat solo valeat qui sternere verbo
Fortia tartareis munitaq; castra leenis.
Tercentum iuuenes igitur miro ordine lecti
Ex hoc quod curuis lambebant flumina dextris
Arma ductis comitantur. erat sine numine vero
In foelix numerus tantos qui auderet in hostes.
Zebbeus & salman tendebant vallibus imis
Horrifico miseram vexantes murmure terram:
Sæuus vterq; fremens rabioso milite cuius
Mille iterum clypeos iam dextera computat altos.

Pluuia in vel-
lus.

Petit e contra
rio aliud signu.

Pluuia i areã
& non in vellus

Tercenti viri
electi a gedeone



Thalichristæ

Dux domini vacuis media sub nocte lagenis
Aggreditur sæuum diuino robore castrum.
Hosq; sono hos soltis (vox est pro vulnere) pugnis
Hos mucrone necans: et amara cæde trucidans
Comprimi gratas & ferro et dæmone turbas.
Numinis o facinus. potuerunt rumpere septem
Mille viros. cunctis non spes auderet in armis
Tantum optare. ruunt equites: peditesq; fugantur
Et pariter. paucis immensaq; vulnera telis.
Namq; furens domini gladius laxatur. & ecce
Aspiceres turbam se alterna cæde petentem
Quem feriat nescire locum. ferus vndiq; terror
Mars: furor: & sanies: calefactaq; sanguine tela.
Et gedeon solo qui vincit nomine: victos
Insequitur: victorq; premit. perimitq; fugatq;
Vsq; potens nullum quem vulneret inuenit hostem.
Inde abimelechus nostros rexisse priores
Dicitur. (at magnæ monumenta ad singula dextræ
Ne trahar) hunc tholus. tholo crinitus iaher
Succedit. lustris post hunc amanita quaternis.
Hunc sequitur iepthes. septem fortissimus esbon
Ealus esboni. labedon succedit ealo.
huic alacer sanon truncatis viribus altum
Editus exemplum quid foemina possit. et illi
Aelius: excelsis qui plebi & presidet aris
Tempore quo tandem danaï euerfa carinis
Laomedonteq; ceciderunt pergama troiæ.
Huic samuel matri voto concessus amico.
Proximus huic saulus populi regnator acerbi
Primus. & huic dauid domino charissimus: aquo
Philistiniaq; calcata superbia doxe
Ammoniteq; manus syriq; potentia ferri
Et fracta imbellem senserunt idola noctem.
Hic iterum legem domini seruare superni
Instituit. mosemq; sacrum: cultusq; verendos
Excitat: & balaim: starotheaq; nomina victor
Atq; acharoneos expellit plebe furores:
Et penitus noto subdit præcordia vero.
Et facturus erat diuini nobile sceptri
Templum: q; et dignas centenis cornibus aras

Victoria gedeonis.

Successio iudi
in israel.

Reges israel.
Saulus
Dauid.

Liber vigesimus quartus

Fo. cxcvii.

Cedrinamq; domum: puro qua contegat auro
Hactenus obtestam veteratis pellibus arcam:
Ex quo mosea recolunt campestris turba
Sub bellis. sed iussa vetant. & mente paratam
Vox mutat diuina viam. tantumq; decorem
Non illi: at nato voluit seruare secundo.
Ergo ingens solomon ceu mundo phœbus in isto
Insurgit. primoq; ruben venerabilis ortu
Et simeon gaudens: leuitica turba: simulq;
Iudea: et quinto qui sedet sacharus agro
Et benamin: zablou: neptalim: danus: ioseph
Et gadice: fereaq; manus hunc voce sub vna
Vnanimis venerantur. amant: regemq; salutant.
Ergo omnis solito soluit se mosea iustu:
Clarescuntq; patres animis gaudentibus. ecce
Octo super decies isaius phœbus in oris
Atq; quater centum flagrantis voluerat axes
Ex quo de stolidi ferrato pondere nili
Aduenit israel pressa spectabilis vnda.
Tunc solomon templum domini infra arte: superbis
Diuitiis: multo tinsq; ingentibus auro:
Et cedris magno & quidquid plus nobile mundo
Perfectit. lapidesq; duos quos legifer olim
Duxit ab eternis scrinis: arcamq; potentem
Per varios casus: mille & discrimina rerum
Illæsam: semper superis virtutibus actam
Exornans puri preciosis vestibus auri
Alloquitur pauidam veneranda voce cateruam.
Plebs domino que ducta pio vitricibus armis
Per populos seuosq; duces gentesq; subactas
Illefa eternæ conscendit ad organa fame
Promissum sortita solum: funesq; beatos
O comites domino reddatur gloria magno
Non nobis. dedit ipse potens ingentia summo
Munera digna deo sacris venientibus aliam
Vix habitura fidem. sceleratas cernimus hastas
Scuta: rotasq;: solo calcataq; signa iacere:
Et tegere umbriferos tot cæsa cadauera campos.
Vicinus o focii non nos. victoria viui
Regis adest. vos ergo deum celestibus hymnis

Salomon.

Edificatio tem
pli.

Deo salomōis
perfecto templo.



Thalichristæ

Glorificate bonum. decet enunc sancta mouere
Dulcibus in choreis viuos roboantia cantus
Tympana theonora dextris agitata cateruæ.
Carmina sancta decent. flatu iessæ canoro
Concita lætifragos moduletur tibia versus.
Hinc matremus onescq; boues de more paterno:
Maxima pacifico nos iungat vt hostia sancto.
Cernite vt æthereum domini dat gloria signum.
En nebula vt grati circūuolat atria templi
Hæc vbi dicta dedit: deflexo poplite sanctus
Ingemuit. votisq; deum compellat amicum.
Innouat & fœdus domino. pepigitq; nepotes
Maniferos: qui sacra dei reuerenda nec vnquam
Vinclis diuini se auderent soluere pacti.
Vouerat hæc solomon populo præfente: vidensq;
Annuit: & vincis stetit hæc ecclesia palmis.
Audiit omnipotens cœlo qui fulminat orbem:
Et velut ad gabaon regi conspectus amico
Ecce iterum manifestus adest illi: atq; ita fatur.
Audiui votumq; tuum: vocesq; precesq;
Dignatus cœlis admittere protinus istam
Sanctificare domum volui: q; et semper in illa
Nomen adesse meum. manet hæc in sæcula viuens
Subq; meis oculisq; meo sub corde. nec vnquam
Ingratus nostri nobis erit incola templi.
Tu quoq; ni legem diuinaq; frangere iussa
Constituas: temnasq; mei pia fœdera pacti
Sed corde innocuo votis & cernuis equis
Vt pater ante tuus seruaueris omnia chartis
Quæ præcepta meis: stabilem tibi corde tyaram
Concedo. regnumq; tuum per sæcula firmo
Aeternum solum: ceu nunc feror ipse tuoq;
Promisisse patri. pharis auersus iniquis
Si tamen a nobis populus meus erret: & ipsum
Viuisicum magnæq; potentia munera dextræ
Oblitus fractamq; isim: fluctusq; pauentes
Atq; arabum siluas: fauorumq; arma gigantum
Diruta perpetuis umbrataq; cædibus arua
Spreuerit & domini legem cultusq; sequetur
Ferales stygiosq; duces: & vana deorum

Apparet dñs
solomoni.

Deus ad solo-
monem.

Liber vigesimus quartus

Fo. cxlii.

Nomina noctitatis donec male seruiat aris.
Concidet israel gladio percussus acerbo
Multatus donis domini: temploq; supernæ
Virtutis: lætoq; graui condetur & umbra
Me procul electus. populis & fabula cunctis
Ista erit ista domus. diuos atq; idola gentis
Hac mercede coles. simul hæc effatus. & æther
Splendet & ignito tum peronat aura fragore.
Hanc igitur legem domini quæ sæcula tanta
Protexit sine labe suos: bellisq; minisq;
Victores ditauit auos: dominumq; salubrem
Huicq; patrem populo generosis præstitit annis
Fas contra: mosemq; sacrum decretaq; summi
Principis imbutos cœlesti et semine vates
Nostræ ausint scelerare manus lingueq; proteruæ
Destruere: & fabro calcandam tradere christo:
Dixerat antitheus: totum iam dæmona tandem
Expuerat. tunc se medium clarissimus infert
Vir stephanus vitæ signo et se muniit almæ.
Ergo ne tartareis potuit mens improba verbis
Infucare nefas verumq; inuoluere falsis:
Non tibi mendacem dicit vox christea mosem.
Sed tibi iam sterilem dicit vox christea mosem.
Ergo adhibete aures: animosq; intendite totos.
Mundifer ignipotens hominum quem cernere visus
Nequaquam valuit: nam nubibus infidet altis
Apparuit nostro patri qui maximus abram
Perduxit nostram chaldeo a sanguine gentem.
Et mesopotanos hortatus linquere fines
Pertulit in carram: terramq; in transtulit istam.
Inde voluntatem diuinam pandit: & alma
Testamenta iubens infantibus inguina: sacris
Cædere cultreolis: fundendi in signa cruoris
Istius euieto quinunc quoq; regnat in orco.
Nascitur huic isac: qui circūcisus ab ipso
Patre prior: genitum qui circūcisit iacob.
Ille patriarchas genuit de more paterno
Sanctificans omnes. domino tunc charus ioseph
Venditur a sociis nilotica iura premente
Tunc pharaone. dedit charitem deus. & suus illum

Conclusio anti-
thet.

Deo stephani
contra antithet.

B ii



Thalichristie

Rex amat: & magni preponit in agmine regni.
Iamq; fames chanaan vastabat feruida: totamq;
Aegyptum: & nudos vrebat o syrius agros.
Cum patribus nostris tellus alimenta negaret:
Et scirent saturum iosphea per ordea nilum:
Cumq; iacobeam sobolem cognosset ioseph:
Lætatus patremq; suum fratresq; genusq;
Attulit in pharias qui longo tempore siluas
Vixerunt sanctam foecundo semine vitam.
Iamq; iacob numeros exercitus ibat in altos.
Et longa electe complerant littora turbe.
Alter in ægyptum pharao: cui notus ioseph
Non erat: hic nomen populi crescentis in amplum
Motus ob inuidiam furis horrentibus almos
Affixit sine iure patres: longeq; repressit.
Tunc dominus mosem doni memoratus auiti
Et fidei pactiq; memor demittit: vt omnes
Exciperet curas. sacris & legibus actam
Instrueret gentemq; viris ingentibus orbem.
Hic madianeis multo iam tempore siluis
Innocuas pascebat oues. ecce angelus illi
Apparet. pauet ipse videns: flammamq; rubumq;
Aspiciens: vitæ signa aspicit in clyta nostre.
Iam paranympheo eruditus carmine nilum
Vicerat. & rubræ pallentia thetidis arua
Hostibus illudens quos sorbuit vnda reuertens:
Excipit a domino legem. natoq; nurusq;
Edocet: & vitæ verbum quod sumpserat altæ
Seminat: & mundis aronidas intulit aris
Est igitur mores domini qui nuncius alti
Verus: & hæc ipsi ratio quæ credere mosi:
Deuteronomis compellit credere chartis.
Dans quibus ille mes monumenta ingentia christi.
Hæc dixit populo donans donabit in isto
Fratribus ex vestris ductorem summus & altam
Qui videat: regat atq; viam: legemq; salubrem
Ad reparat: totum radiosq; effundat in orbem.
Audiat israel illum: documentaq; vite
Hoc doctore potest animis haurire peremptis.
Huc precor in verbi testem quicumq; decoret.

Nota.
Nota.

Exclamatio.
Stephani.

Liber vigesimus quartus.

Fo. cxcv.

Spiritus empyreos flammantiaq; incolis astra
Testatur mores quod sit mihi messias ingens
Venturus: qui pacta dei legemq; viamq;
Afformet. iussitq; pio nos credere vati
Quem sibi venturum dominus monstrauerat. ergo
Promissum legi quisne hunc neget affore nostre
In quo mastato concordant omnia christum:
Aspice vt eliacis veniunt hæc tempora verbis.
Vt daniel horas signarit vocibus istas.
Aspice vt arden tem sperauerit esdrus orbem
Ante annos charitemq; bibens flatumq; deumq;
Iam videt & gnatum domini: iam nomen iesu
Nunciat: & veri vitalia funera christi.
Aspice iustifico vestra hæc preuisa hieremo
Crimina. vt esafas foecundam virginis edem
Creuerit: occisi sacramentaq; maxima nostri.
Vt samuel vester: dein cætera turba videntum
Facta huius dixere palam: vitamq; necemq;
Et mortis morsum: calcandaq; tartara ruptis
Carceribus: quassis & quod remearit ab vmbis.
Victor olympiaco referens pia germina castro.
Aspice quot solo confecerit: in clyta verbo:
Vniuerso se uos expellens numine morbos
Non opibus aliis: non nomine principis villo
Sed per se vitum per quem sunt singula magnum:
Argumentum ingens veri omnipotentis. amcenos
Accipe cæce dies. que te nocturna moratur
Perfidia & tenebris infuscat lumina tantis:
Inspice cæce. ducem tenuit si ecclesia mosem:
Procurator erat: donec deus iste veniret
Vtilis. aduentu iamq; est in honoris ab isto.
Sponsus adest: presensq; astans connubia firmat.
Ille abeat: sponsam nec contrectare verendam
Audeat. hæc vero sedet inuisiolanda marito.
Ille absente viro potuit mittentis amcenos
Ferre vices. erat & qui procurator: adulter.
Nunc erit ipse: viro nisi desinat: oscula vero.
Nec solomoniaci moueant vos foedera pacti.
Nec domini magnam minitantia verba ruinam
Huic populo: si iura sue foedauerit arq;

Rationes vrgē
tes iudeos sed
fidem xpi.

Prophece dice
bant videntes.

Nota.

B iii



Thalichristiæ

Indueritq; deos sceleratę gentis iniquos
Namq; vt dauitici fracto diademate regni
Et roboanei discissis mensibus anni
In cęcum se traxit iter plębs aspera cunctis
Prona dolis: tempfitq; sui pręcepta parentis.
Vaticinata reas infertur ad vltio turbas.
Et pręuisa prius diuinoq; eruta verbo
Criminibus pœna alta feris non defuit. hinc &
Hinc furor assyrius nostros raptare penates
Quiuit: & ignotis samaria percita diuis.
Hinc babylos laqueis decorata est bellua nostris.
Hinc nabuchardaneę gliscunt feruentius irę.
Omnia quid memorem? iam spretę legis amaras
Iam dedimus pœnas. paccato numine tandem
Gloria magnanimo renouata est pristina cyro
Nostra. q; pacificis recalent gaudentibus arę
Iudeę: molochęis ereptaq; sancta venenis.
Instat opus matius. sæclis foelicibus instat
Vatum non frausis promisso tempore verbis
Messias. & leto radiat lux christea mundo.
Quam nisi quis fida ductricem mente sequatur:
Occiderit morti moriens: atq; arserit igni.
Addite quod sanctus legem non frangere christus
Venit ad vmbatas sed luce implente figuras
Iam mosi impletum perfecit in ordine pactum.
Nec parere deis alienis credat: vt isti
Paruerit. namq; iste bonus sapiensq; potensq;
Quem pręter non est alius deus: vnicus iste est
Qui sede excelsa flammato præsidet orbi:
Quiq; nihilligenam formis ornantibus hilen
Fecit. productum foecundo et pectore verbum
Prodixit rerum species. hic magnus iacob
Abrami: isacq; deus: deus atq; parentum
Nostrorum. humani qui se in medicamina morbi
Pręstitit: & veris renouauit consona dictis
Sæcula: & æternę concessit pignora vite
Per vates cantusq; sacros chartasq; salubres
Promissa vt fracto surgat gens aurea busto.
Temne minas legis nocturnum & rumpe timorem.
Agnus adest: sequerisq; eum quem pagina legis

Nota.

Nota.

Liber vigesimus quartus.

Fo. cxcvi.

Edocuit nostras loturum sanguine culpas.
Christus adest nobis. christoq; hoc tergimur agno.
Temne minas. venturus erat qui messius: enunc
Iam venit. videre palam mundusq; polusq;
Sensere & quasie timuerunt cominus vmbra.
Surge sequens: sequerisq; vnum quem turba parentum
Perq; nives dominum perq; horrida castra secuta est.
Hic tibi moeos per longa pericula fratres
Seruauit: gladiisq; feris & fluctibus altis
Illasos pulchrę tulit hæc ad pascua terre
Hic gedeoneos ausis: & cętera nostrum
Foelicitat pia tela patrum: firmatq; vigorem.
Hic tulit enochios mediis e mortibus artus
Implet et exese marcentia viscera sarra.
Robora sub mediis conseruat frondea flammis.
Vertit et hic sanctam in squamea tergora virgam
Ipsa per hunc pharios & sorbuit acta chelydros.
Hic tibi dat populo supera dulcedine pasto
Aethereas habuisse dapes. hic gentibus egris
Excudit optatas arenti e marmore lymphas.
Hostibus hic rabidis dum mysticus instat iesus
Fixit anhellantem dilato vespere lucem.
Datq; intacta feris vati pia fercula rostris.
Hic tibi tres pueros flammam calcare superbam
Præstat. & horrentes danielis carne leones
Terruit. & placidum protexit in æquore ionum
Ne moreretur amans: tutus qui in ventre ferino
Venit ad ignotas inimico remige terras.
Iste sub æthereis seruato thesbite flammis
Iuditii perfecit opus. faulemq; negantem
Imperis: nabatha ferum: sæuumq; iehucum
Accabicamq; domum: rumpentem & foedera zambrium
Percussit. vere iste potens qui existit in omne
Tempus: & ingratis iaculatur fulmina terris.
Est deus: est & homo: ne te malus auferat error.
Sic promissus erat nobis. hoc mosius: isac:
Hoc abramus habet. sic omnis & enthea pubes
Viderat: et saluum carnato numine mundum
Tempore in hoc. cecinitq; videns. en respice christum
Turba agnum: nostris mactatur vt hostia culpis.

Nota.

Miracula veteris testamenti.

Nota.

B iiii



Thalichristæ

Quis furor occi quæ tanta in tanta duri
Cordis erit: maclasse fat est: tumuloq; peremptum
Claudere: & obsepto custodem apponere busto.
Nunc cum busta vacant factis custodibus ipse
Surrexit: sancto & reuocato sanguine miros
Dat cineri testes: & bello fulgidus acto
Hæc miranda suis concedit robora seruis:
Audetis vero: summoq; resistere sancto
Cernite vt antiquus christi sub nomine claudus
Exiliat: moti conturbet & agmina templi.
Cernite iam petri quot fuscitet vmbra magistri
Nomine in hoc: viuas tribuens morientibus auras.
Cernite vt ipse polis a dextris christus apertis
Stat domini. en dominus vitalem lampada christus
Impluit: vt puros animos turbamq; fidelem
Eripiat manibusq; pijs & contegat alis.
Vix bene deserat. sæuo illi vrgente furore
Dentibus infrendunt male cluis auribus: illum
Arripiunt. magno sacrafi & sanguinis æstu
Iniecere feros sceleratis cautibus istus.
Ille necem ridens vitæ spe feruidus ardet.
Atq; inter mediam dans sancta precamina mortem
Sedibus æthereis domino obdormiuit in almo:
Finitur liber vigesimus quartus.

Nota.

Illi. siudei.

Martyrii stephani.

Argumentū vigesimi quinti libri thalichristæ.
Saulus ab excelsis referens pia dogmata castris
Hostilem rabiem deponit & inclyta christi
Signa gerens lucemq; canit vitamq; viamq;
Edocet. et magno radiat lux aurea mundo.

Thalichristæ vigesimus quintus liber.

Iuuenē. s. stephanum.



Tea legituus cum vidit funera saulus:
Et charites altas & plenos numine sensus:
Indutumq; deo iuuenem tela impia contra
Restare: atq; acres lapidum ridere furores:
Nil veritum cæloq; ostendere gentibus alto
Membra ducis christi viuum stilantia nectar

Inuehit saul? in. hystianos.

Heu quitanam cæci cinxerunt pectora morbi
Christiferum: furor iste nocens vnde impius altum

Liber vigesimus quintus.

Fo. cxcvii.

Mentibus insedit: quæue hos dementia ludit:
Contempere dei legem decretaq; nostri
Pontificis. tempere modis splendentia miris
Nomina: quæ pharias subter sternentia turmas
In gladiis ducibusq; feris populisq; subactis
Hanc patriam peperere suis: & foedere sancto
Inclyta moeam duxere in sæcula famam.
Non erat hoc nimum proprium fuisse cruorem
Omnibus vnus amor. flammæ in membra superbas
Exagitant: placidamq; bibunt cum sanguine mortem.
Scilicet & tantus christus: tot robora cæsus
Hic seductor habet: licuit cum viueret illi
Se cantasse deum magicisq; euertere verbis
Abramidas virusq; nouæ diffundere legis.
Nunc etiam populum diludere mortuus istum
Tentat: & electæ si non pia cura resistat
Plæbis: erit tempus toto cum solus in orbe
Sit deus & magnæ solomon sit fabula romæ.
An domini sobolem ligno cecidisse cruento
Credimus. isq; deo labor est vt parcere mundo
Non nisi per gnatum crudeli morte peremptum
Possit: & excelsi replere foramina muri.
Hei mihi & hæc variæ fuxerunt mathea linguæ
Inq; dies crescit numero dolus.
Ad properemus ait christianam extinguere gentem
Fert animusq; nouæ festinum occurrere flammæ.
Sic fatus sanctas animas christiq; ministros
Vltor acerbus atrox: & qui ter feruidus vros
Vinceret: horribici diuerso vulnere loeti
Vastat in ops animi. sanctæ & cunabula gentis
Vberibus primis templi nascentis & almas
Sternere opes cupiens vltro implacabilis. vrget
Molle pecus: cogitq; atra discedere terra.
Ceu leo marmaricus tacto iam sanguine primis
Faucibus incubuit prædæ voluitq; teritq;
Laxat & impuros toto sub funere sensus
Haud secus horrendo gliscit violentia saulo:
Christicolam vertens populum: vtresq; reposcit
Principis inferni. sæuos in littera fratres
Scribitur: vt christus lacerent: vt christea vellant

Prophetauit vt caiphas.

Mathea pocula venenata.



Ex actib' apo-
stolorum.

Oro moyses ad
deum pro saulo

Christ' ars pa-
tris.

Nota.

Nota.

Thalichristæ

Gramina noctituo datur hæc prouincia saulo.
 Iamq; ibat spirans cædem furiisq; minisq;
 Concipit imensas plagas: & funera lustrans
 Omnia sanguinei lætatur imagine ferri.
 Ecce autem moyses solio flammatus eburno
 Descendens flexoq; genu vultuq; verenti
 Suspicit vnigenum: dein sic affatur iesum.
 Nate patris summi decus inuolabile magni
 Pectoris o princeps hominum superumq; creator
 Ars bona non moti nunquam interitura magistri
 Salue infinitas æterni temporis horas
 Viue potens atq; vltra almos effunde recessus
 Vixi & quem dederas cursum rex sanctæ peregi
 Et binis tabulis & iusso dogmate plæbem
 Edocui sanctam, teq; & tua vera retexti
 Numina. & ignoto feci pia semina magno
 Fœlix & nimium fœlix si littera nostra
 Panderet arcana sensus & iam duce sole
 Nunc daret occultum duro sub cortice verum
 Umbra fui: nostra tu sol bene testus in umbra
 Dux populi humanam qui inferno a principe gentem
 Eripis & patriæ perducis ad atria veræ.
 Est vbi festa dies radians vbi flore perenni
 Vernat ager lotiq; thoris gaudentibus agni
 Et tu terra decens in vini fontibus almi
 Te plene absorptis das mella liquentia turbis.
 Illud manna: polo quod decutit umbra sereno
 Pignus erat mensæ: qua pascis lucida: sanctæ
 Pectora quæ nostris non tam contenta figuris
 Te spectant placidam christianis mentibus æscam
 Ingens flamma meis quæ dux fuit inclyta castris
 Pignus erat radii veniens quo tartara veri
 Rumpis & obscuræ præstas pia lumina nocti.
 Tu vere es agnus tu summus phase sacerdos
 Qui celebrans rupto transire ad sydera ponto
 Efficis illustres calcata nocte cohortes
 Equoris horrendi quod dæmonis aura profundi
 Morbosis agitabat auis. tu fœderis arca
 Diuini. quæ castra quatit philistica legem
 Intus habens sanctam domini mandata superni

Liber vigesimus quintus.

Fo. cxcviii.

Ad referensq; novos disponit in ordine natos
 Cedo tibi vt radio veri omnipotentis ameno
 Teq; deum dominumq; voco. solumq; sequendum
 Nuncio. iam cunctis viuat tua gloria sacris.
 Sol alme & bino rutilans qui surgis ab ortu
 Scande cito & nigras radios effunde per auras
 Atq; tuo splendore mica. te ecclesia verum
 Sponsum habet. en domini nomen gessisse vicesq;
 Sat mihi iamq; nouo sedeat noua nupta teatro
 Accipe commissas reddo tibi legis habenas
 Vnum oro quoniam nebulis fuscata malignis
 Corda virum & christo cæce obsistentia vero
 Tardat amor nostri miracula nostraq; nunquam
 Nostra at venturi perfecta in nomine veri
 Rumpere precor nebulas velamina ferrea duri
 Cordis solq; nitens animis illabere totis
 Ne te venturum speret plæbs anxia qui iam
 Venisti & sanctam lustrasti corpore terram
 Ante omnis qui nunc cura est mea maxima saulum
 Lux tua distractis subducat ad astra tenebris.
 Ne iam seductus luci præponere noctem
 Audeat & sacrae submersus in æquore lymphæ
 Qui nunc abiecto sequitur funebria christo
 Iam christi miles turmæq; ascriptus honore
 Classica diuinis ter personet aurea bellis
 Dixerat. atq; hærens viuas amplectitur aras
 Annuit omnipotens christus quo tempore saulus
 Iam sceleri instabat chryformicæ arua videbat
 Ecce ingens cælo lux circumfulsit ab alto
 Ingressitq; homini tenebras hic lampade viso
 Concidit excussis gelida formidine membris
 Voxq; extemplo sonat saule & mea nomina saule
 Persequeris: saulusq; iacens non viribus æquis
 Pertinuit notiq; audito nomine sauli
 Quis erat ille rogat. q; iterum vox sancta sub aures
 Intonuit. iesus quem tu male perdere christus
 Niteris umbrifrago penitusq; expellere sceptro.
 At durum contra stimulum restare laborq;
 Vanus erit magno si tentes prælia christo.
 Dixit & inspirat diuinum in membra timorem.

Nota.

Oro moyses
pro saulo.

Apparuit xps
saulo.



Thalichristiæ

Obstupet ille tremens & iam de pectore verso
Effugiat infernas furias atq; abnegat omnem
Dæmona. tum verbis christum sic fatur amicis
O domine æterno parent cui sydera magno
Cuius & iratum formidant tartara verbum.
Quid iubeas me scire precor: sum namq; paratus
In studiis præstare tuis: si taurica colla
Si scythicas vrbes incultaq; syrtibus arua
Radere si catulis libycas orbare leenas
Præcipias: parebo libens animoq; dicato
Sumq; tuus firmoq; sequar tua classica voto.
Audiit ignipotens vultu quo dulcia vota
Suscipit & gratas charitem demittit in oras.
Vrbem intrabis ait surgens quid oporteat illuc
Accipies ille expulsa formidine surgit
Excutiturq; solo crudelibus obsitus vmbri
Cespitat illachrymans oculis & cernit apertis
Quippe nihil. comitesq; simul mirantur. & hærent
Audiitq; sono vocis nullumq; videntes
Saulina admotis firmant vestigia dextris.
Iamq; introgressi urbem nec lumina cæli
Gernebat trepidus submisso & pectore Saulus
Hæc ait. o viui doctor clarissime veri
Christe caput nostri populi pastorq; paterq;
Pande precor miseræ nostræ pia lumina menti
Et per te genitum diuini pectoris alium
Da fontem lustrare boni. da luce reperta
In te supremos animæ defigere motus.
Mens mea nocturnis obducitur ista tenebris
Caligo & sensu nox incubat improba nostro
Nec mea nunc primo feruntur lumina somno
Torpebam sub nocte graui nebulisq; malignis
Maxima cum cæso risti mysteria christo
Cumq; superbus oues domini disperdere sancti
Ausus eram & gladiis diuina per agmina sæuis
Irrueram sine lege furens. ah maxime rector
Quam merito est oculis nox ista teterrima nostris
Immissa æthereas indignum est cernere flammæ
Hunc hominem quem verba doli: quem cæca tuabant
Nubila: qui stygio sternebat pronus in antro

Deplozat saul
errorē suum.

Preces sauli.

Liber vigesimus quintus.

Fo. cxcix.

Quam bene conueniunt factis hæc præmia nostris
Lux fugit ex oculis qui veram perdere lucem
Conabantur. ades sed iam deus inclyta morbo
Stet pietas non læsa meo: quæ culmine ab alto
In potuit miseras dominum deducere terras
Inq; crucem summi subtollere membra beati
O amor: o pietas: saulo miseresce perempto.
Nec te blasphema quod læsimus o bone lingua.
Desere me. parua lymphis vitalibus vnam
Implere & serui culpas abolere nephandi
Te decet æternum patrem dominumq; ducemq;
Deliqui fateor sed non licet impia corda
Vltimus error habet facti me poenitet in me
Respice christe potens. summæ pia munera dextræ
Agnosco & lucem sanctam mortemq; crucemq;
Confiteor domini dein cætera dogmata petri
Vera probo quæ sola valent vitamq; deumq;
Præstare & tenebris infundere lumina quassis
Scilicet vt moyses promissum tradere regnum
Non valuit plebemq; sacram perducatur iesus
Perspicuum est vero mosaica cedere christo
Dixerat & sancto deslebat lumina quæstu
Tunc deus ananiam charum verbisq; ministrum
Incitat i cæcoq; imponens brachia saulo
Participem lucis facies vitæq; reduces
Nam licet in sanctos patrarit crimina nostros
Et christum extremis voluit male perdere votis
Sæuiciem permuto feram vas muneris altum
Est mihi & electus nostra ad tentoria miles
Clarus pacificis trahet agmina multa cathenis
Dux mihi gentis erit qui terram doctor in omnem
Hactenus abiectis expendet flumina pratis
Diulgans nomenq; meum iussimq; fidemq;
Perpetuam & viuas romanis arcibus aras
Instituet regesq; docens gentesq; nurusq;
Hebereas nostro grata ibit vltima templo.
Paruit ananias & vicum nomine rectum
Introit vt mesto referat pia lumina saulo
Imponensq; manus saule o charissime dixit.
Sæcula manificus qui condidit omnia iesus

De ad anania.



Thalichristæ

Qui tibi crudeles animos inuertit & iras
Tartareas visusq; via te terruit atra
Misit me vt videas doniq; charismata sancti
Accipias animumq; pium flatusq; potenti
Percitus: vt domini crux sit tua gloria christi.
Ac tutum igniferam tenebris fugientibus auram:
Christales fulsere oculi: visumq; recepit
Saulus & ommissa cepit baptismata mose.
Iamq; deo plenus diuini fontis amoenas
Spargit aquas viuis fecundaq; semina verbi
Gentibus obsistens & miro robore pellens
Iactas populis preciosum lampada cunctis
Impluit. at multis ex dite & gorgone natis
Inuisus. sed non animos sopire calentes
Vlla viri potuit rabies sed funere viso
Sæuam inter turbam media inter vulnera christum
Prædicat & curas agit inclementius almas.
Iamq; damascenis diuinum moenibus ignem
Struxerat en solymos & iniquam patribus urbem
Peruolat fundensq; deum pertransit orontem
Bombinosq; lares cyprumq; & paphia templa
Percutit. inde heliman qui furua clarus in arte
Aemonidum diris vendebat tartara terris
Pamphilicumq; mare & mosopica rura furentes
Et lasos pergemq; quatit dein lustrat orondæ
Mœnia & agalefis deridens idola: magnam
Peruenit iconium pelthena atq; arua decoris
Luminibus lystramq; beans conspexit ab ipsa
Matre virum claudum: quem cernens robora vitæ
Firmatosq; pedes metiendo præstitit agro
Exiit ille sacri stupefactus munere doni
Et sibi diuino subdit præcordia paulo
Iamq; etenim cæci mutato nomine sauli
Paulus erat
At licaonides lystrenica turba videntes
Clarum perspicuis & verba potentia factis
Verbicolam ingentem aspiciunt hærentq; tuendo
Diuinum: magnaq; putant atlantide natum
Non equidem numen sciuit gens barbara mafus
Mentiri quam qui sapientibus insidet auris

Accipit visum
saulus.

Prædicat saul
fidem christi.

Peregrinatio
sauli.

Miraculi facti
p saul in chri-
sti nomine.

Mutatur sauli
nomē in pauli.

Liber vigesimus quintus.

Ro. cc.

Ipsa etiam clara ficti iouis vrbe sacerdos
More hecatombeos redimitus tempora tauros
Obtulit & fertis implorat numina sanctis
Maxima sacrificioq; imprunans thura lacerto
Apparat altisonum remereri sanguine paulum.
Quod simul atq; comes illis qui sancta diebus
Exercens tetram pellebat barnabus vmbam
Cernit in humano discissis vestibibus æstu
Exiit in turbas verba & fulmine cæcas
Increpat abiectos animos & vilia ridens
Corda tonat: prohibete scelus ritumq; nephandum
Perdite aut membris non quadrat victima nostris.
En fumus imbelles homines quos improba mater
Morbofo ex vtero peperit: quos impia veris
Expectat mors vna nimis curamq; necemq;
Ad similem vobis gerimus. sed in æthera sursum
Tollite sacrificas animas aramq; precesq;
Cunctiparo libate patri nec in æthere solum
Sistite phœnicii facit hoc dementia monstri
Hoc cæcæ faciunt gentes quibus haud pudet aris
Facturam coluisse suam fabricataq; dextris
Numina sed patrem magnum terræq; poli;
Qui viuit vires qui condidit ætheris omnes
Qui mare veliuolum qui terras frugifer entes
Et complenda suis hilenica moenia formis
Sustinet & totas alit in se principe vitas.
Ille potens postquam diuini luminis ædem
Construit empyream fumantiaq; excutit astra
In præceps solioq; ingratum exturbat ab alto
Sanctaq; de molli plasmauit corpora luto
Spirat: humi æternas animas: quas pestifer anguis
Impetit & regni deturbat sede decori
Et simulactan tam conspexit ab arce ruïnâ
Cælorum terræq; parens lugentibus agris
Præstat opem propriis manibus nos atq; remittit
Nuncia lectiferis vitalia fundere terris.
His dictis mulcet turbas. atq; obstitit aris.
Pessimus iconio tandem super aduenit hospes
Impiaq; a diuo subuertit pectora paulo
Hinc quanta humanas premat inconstantia mentes

Zelus pauli &
barnabe.

Verba pauli.

Nota humana
rū mentium in
constantiam.



Thalichristæ

Disce precor. modo quem summis enexerat aris
Nunc lapide incauto cædens diuerberat auras
Ictibus & sacras impresso marmore venas
Et funesta nimis rabies non ante resedit
Quam lacerum corpus gelidam sine motibus umbram
Crediderint. sedentim maiorem sanguine fructum
Facturus surgens abiit cæssitq; furori.
Hinc derben & sancto quassis phytonibus istu
Peruenit italam testa atq; epidapnea rursus
Inde palestinos cilices pia numina veri
Principis edocuit phrygiis & nubila campis
Discutiens vitis & halizonas instruit armis
In loetale chaos: dein gordica regna deinde
Transit in æolidem dein flumina torta caici
Sanctificans omni victurum tempore regem
Intulit æmathæ. non quem post prælia dura
Paccatumq; solum mundumq; exempla gementem
Sarcophago rabidam committat vermibus umbram
Sed quem calcato dæmonifera lancea læto
Formidat victoq; horrescit tartarus orco.
Inde per amphipolim nymphaeq; templa furore
Barbarico sceleris spurcum obseruantia ritum
Peruehit illustrem vitali e fonte liquorem.
Inde ephesum docuit veterem calcare dianam
Vera corinthiacisq; infundit pocula vasis
Inde abit in domini laudem vt mirentur athenæ
Torrentem pleno terrentem & corda teatro
Quæ non ante solon potuit saturare vel omnis
Pythagoras nisi de potu flumine magni
Hic satiat cunctos lymphæ salientis in annos
Eloquio: panditq; fidem secretaq; lectæ
Arboris exhortans non iam de more vetusto
Ignoto seruire deo cui legibus altis
Æticus æternam sacrauerat inscius aram
Hic sequeris sanctam dionysius in clyte dextram
Et monitis pauli vero sociatis honori
O doctor nimium sapiens qui sole cruento
Et turpante diem noctu: cum funera christus
Ad pateretur amans doni mysteria summi
Perspicis & cœli mutatis finibus atrî

Scz alexandri
Scz christum.

De dionysio.

Liber vigesimus quintus.

Fo. cct.

Non iure oppressæ miraris cornua lunæ.
Fœlix o nimium fœlix qui numine christi
Post mortem victurus ades caput atq; reuulsum
Corpore de propriis fers ad tua busta lacertis.
Sed te paulæ sequar qui veræ semina vitæ
Spargis in achæis populos per & hellada priscam
Aeternum fundis lumen meletumq; samumq;
Troadis & campos syrias & phœnicis oras
Pascis & imbre rhodum sacro pataramq; tyrumq;
Fructificas præsentem deo verboq; salutis.
Interdumq; tibi nocuit nihil orberemisso
Victor ades & sæpe neces & iura silentium
Rupisti. & gelidas reuocato sanguine fibras
Implesti fraudesq; omnes morbosq; malignos
Discutiens alti memorato nomine christi.
Non te tartarei cunei non perfida monstra
Non furor aut rigidos reuomentia cæcula saltus
Mota vel infausto fœralis vipera morfu
Detinuisse valent quin magnæ pergama romæ
Peruenias! summumq; locans in vertice christum
Exueris regno falsum martemq; iouemq;
Vt iam depositis infani fraudibus æui
Per te vitalem det tibridis vnda liquorem.
Interea christiana cohors: lectiq; ministri
Bissex per totum verbi pia semina mundum
Spargere & incultos diuinis fontibus agros
Curant sanguineis ærataq; numina templis
Pellere & stygia decussa nocte tenebras
Partitiq; vices in cuncti finibus orbis
Exsinuant cristale iubar vitamq; repertam.
Thomæ ad parthos stoidis meliora lapillis
Dona geritq; mare hircanum fluctusq; rubentes
Quos inter tumidam ridebat parthia romam
Crassorum ostentans tumulos. & caspia verrens
Littora: carmanos arios nomadesq; supernos
Instruxit iam ferre cibos. hecatompila testa
Arsacidofq; lares & iniquas montibus umbras
Lustrat & obliquo occurrentia flumina mædo
Edocuit præstare sacras nascentibus vndas.
Thesaurumq; poli flammato corde mathæus

Iteri de paulo

Predicatio tho
me apli.

Predicatio
mathæi.

C



Thalichristæ

Vexit ad æthiopas nimio nigrantia phœbo
Corpora & obscuras infernis fraudibus oras
Aggreditur iam sole nouo qui candida reddat
Pectora nonq; nocens nocturnam feruidus iram
Dissipet & pulchros exustis mentibus hortos
Ad reparet. ecce ecce feros ad fercula munda
Vertit ophiophagos serpentibus inuitis atris
Eripit a duro dentes animasq; veneno
Vertit & adulteron profugis & condita feruis
Mœnia veraci domino regiq; potenti
Conciliat vero gymnitasq; induit ostro
Nec patitur nudos aduersis currere castris
Inde theriothoas docuit venatibus astra
Quærere: non urfos: meroem chalybasq; sirecas
Longoporos & qui turbam venerantur auernam
Angylas clari generosa ad dogmata cœli
Duxit himantopodes: insytas: phaliges: & qui
Imperium tribuere cani. qui carnibus vsq;
Fraternis miseræ sunt sæua piacula mensæ
Et qui flammigero funesta precamina phœbo
Assuescunt torquere sacro pro munere doctor
Circuit & trepidos nulla ad tonitrua sambros
Anthropophageas diuino & sanguine linguas
Attollit: truncatq; famem lenitq; laborem
Bargenis daremisq; pluens cœlestia mella.
Hinc taticen aramam sanduriaq; arua furentes
Tantarenos pariterq; sacris te rhemnia verbis
Incitat hipatitomq; simul te nupsia teg;
Mambliam mathithoasq; manus. sorbotaq; vitæ
Pectora restituens procero ingentia fastu
Sylannidasq; dolis & terhodata pudendo
Exiit ille deo. quid prosequar omnia: totam
Perlegit ætheriam christianaq; intulit arma.
Impiger extremos it Bartholomeus ad indos
Magnificasq; aduectat opes & fulminis alti
Viribus empyreo thitonidas impulit œstro
Aurore veræ prolem cognoscere. nec iam
Fundere vaniloquos lacerato mœnne planctus
Atq; alias infert lachrymas quæ scilicet orbe
Perpetuo demptis renouent pia gaudia curis

Bartholomei.

Liber vigesimus quintus.

Fo. cccij.

Circuit & gangem vario traiectus & indo
Voce serenatas ditabat prasidis oras
Indepalibrotos calignas atq; saluros
Gandaridas alabosq; legens colubasq; taluctas
Et bene qui senas departit malleus umbras
Safulidasq; domos andaræq; arua monedes
Et suaros docuitq; a religione nefanda
Eripit horrendum populum qui morte parabat
Euasisse mori vitæ fatiq; deisq;
Irridens propriis gaudebat tartara dextris
Vltroneo subisse rogo. quibus omnibus vnus
Obsistit intrepidans & aperto numine victis
Dæmonibus prisco quatiens domogorgona templo
Luxit hydaspæis populis hispanisq; fluenta
Cogit odorato iam reddere cinnama christo.
Andreas at clypeo verborum insignis & arcu
Per scythicam glaciem per dura rigentibus arua
Frigoribus gelidis concretaq; flumina monstris
Peruehit australes flammæ aramosq; sacasq;
Mirifer vnigeni liquefacit flatibus euri
Ariacas histos ædones & cothieros
Atq; dahas pariterq; camas pialasq; feresq;
Attacum innocuo celebrantem & gaudia flexu
Erigit irradians notamq; arimaspidis oram
Et nunquã falsis christianum fluctibus ignem
Inspirans lætos euexit in æthera partus
Miratur chrisse iam frigora sæua niuesq;
Regali trepidasse metu viridemq; decorem
Surgere sub saxis. placidum nascentibus amnem
Graucasus & calidas miratur gaspafus vndas.
At Ioannes asiæ suscepit munus. & illam
Seminibus verbi magnis atq; imbre magistro
Verus apollo rigat: si vano nomine tantum
Fas coluisse virum. domino qui maximus alto
Incubuit pressitq; dei lata vbera magni
Inde aquilam mentem euexitq; per omnia currens
Arcana immenso cœlum sibi proripit haustu
Inuulgatq; bibens summi mysteria regni
Et triadem sanctam carnati numinis altum
Imperium binas acies. o rector olympi

Andreas aplo.

Ioannes aplo.

C ii



In principio
erat verbum.

Par. supple. sic
lius.

Thalichristiæ

Sit mihi fas æterna loqui lucemq; referre
Gentibus excitis syrio turpata cruore
Pectoraq; vni genii subducere funibus auri.
Principio magnæ vitarum principe vitæ
Verbum erat: atq; deum iuxta splendebat amicum.
Verbum erat atq; deus: summis & viribus alto
Par meritis par posse patri discretus ab illo
Iunctus & omni param claro dum numine massam
Cogitat ex solo se condidit omnia verbo
Et nihil est quod non bonus ipse fecerit: & si
Sunt mala non ipso constant sed vincta tenebris
Quæ bona perfectum quoties male deserit ipsum
Materies alimenta malis dat seua bonoq;
Deficiente malum portis se immiscet apertis
Præuatam sede & causa pressumq; perennes
Per tenebras etiamq; nihil cum vicerit hostem.
Quod tamen a verbo factum est: viuebat in ipso
Principio: prius & q̄ in se subsisteret: illo
Iam fuerat nam cuncta videns se semper habendo
Totum venturas in mentis imagine formas
Cernebat lux vita potens quæ lampade vero
Dum proprium collustrat opus mentesq; virosq;
Pernitet & tenebris infundit lumina raptis
Quam nunquam nox seua potest dirumpere nunquam
Desinit esse valens nebulis comprehensa malignis.
Hæc quoq; nocturnum radis tritura furorem
Emicat en dominoq; iohannes signifer alto
Mittitur. hic tetras precioso carmine silvas
Luminat & magnum diuina ad lumina testem
Se perhibens captosq; oculis pressosq; tenebris
Inuitat ad latices & amœni prandia cœli
Claustra licet sacris & tactibus inuita nostris
Obtusa aures & hiatus cordis inertem
Fert in summa fides. etenim non ille superna
Lux erat at testem radio se præstitit almo
Præcurrens signatq; palam pia luminis alti
Robora quæ infernis inuidet fumifer oris.
Lux at vera tamen populum quæ nocte iacentem
Vermibus & seui taboso puluere mundi
Excitat illustrans vinculisq; tenacibus vni

Liber vigesimus quintus.

Fo. cciii.

Ad religans charo qui vitæ semina mundo
Extribuit. mundoq; potens & conditor illum
Circuit. exosas & amico numine terras
Venit & ingrato lux est male cognita mundo
Qui capitur mente & nulla qui mente videtur
Ignotus quod possit amans in carne videri
Venit ab excelso diuinum pignus eoo
In proprium lectūq; genus durataq; populi
Corda sui tempere patrem fratremq; ducemq;
Nec verum factis cernendum lampada miris
Accipiunt. sed enim quotquot radiantia late
Æterna innocuis vestitaq; numina membris
Suscepere dedit vires natoq; beati
Esse boni iussit superisq; in sedibus annos
Viure perpetuos qui non ex sanguine nonq;
Ex opera carnis sed de genitore potenti
Sunt domino. verbumq; caro factū estq; supernis
Infima iunxit amor. nobisq; habitauit. & ipsi
Vidimus & magnis nota est sua gloria miris
Quæ velut vni genii suprema est gloria magni
Qui charitem verūq; ferens ex arce beata
Labitur & lucem partitur gentibus omnem
Vir sanctus deus atq; bonus: qui nuncia christus
Hæc dedit vt vestris cibelem disperdat ab oris
Immittatq; diem quasitq; hinc inde tenebris
Excitet epotas funesta obliuosa mentes.
Interdumq; pius regna ibat pontica Petrus
Æterno nixus baculo clauisq; polorum
Insignis verum regna in bithynia christum
Tectosagesq; refert christanaq; imbuit ara
Theuthobodiacos præsentis numine campos
Teq; ancyræ sacro teq; abluat andriæ verbo
Perq; pilemensiam & per moenia mastia currens
Cimericam flammans noctem & carambica colla
Sacrat parthenias diuinis partibus vndas
Fraternum & lustrans populum curaq; paterna
Pastorale caput toto circumtulit orbe:
Vsq; psum ferro morientem perfida dno
Dextra neronis eum celos super extulit altos.
At paulus ditis domitor qui gentibus ægris

Petrus.

Paulus iterum.



Thalichristiæ

Vitales spargebat opes vt moenia romæ
Vidit & humano spumantem sanguine tybrim
Hæc ait o proceres o martia turba quirites
Atq; ingens latio quæ seruis purpura ferro
Vos qui virtutem canitis vos ad mea magni
Dicta aures adhibete viri sacramentaq; verbi
Percipite exertisq; recondate sancta medullis.
Postquam diuina michaelis territus hasta
Lucifer in stygium ruit irrediturus auernum
Vt vacua viui mansere palatia regni
Desertæq; domus superiorum mensaq; regis
Non bene plena boni intris operosa medellis
Summa dei bonitas radios futura perennes
Hæc reparare parans limo formauit ab vdo
Primum hominem sociamq; thori quos pestifer anguis
Motus ob inuidiam furis immiscet acerbis
Vir peccat mulierq; simul pariterq; rebelles
Innocua de sede cadunt curamq; famemq;
Funus & innumeros vitæ subiere labores
Hæc eadem peperere suis ab origine natis
Et passa in miseros transmittunt damna nepotes
Iratosq; polos conclusaq; noctibus astra
Et phlegetonte iussis parere tyranni
At bonitas magnam gentis miserata ruïnã
Luciferosq; dolos sceleratas demone terras
Cernit acerba dolens æterno tactus amore
Rex posuit tela alta manu meditatus amœnum
Lucis iter summæ delere piacula noxæ
Quo valeat pressumq; genus ductare sub auras
Aethereas sæuicq; caput confringere læti
Ac placidum miseris numen se ostendere terris
Cuius vt ante graues ostenderat ipse furores
Cum iussit regnis homines exire beatis
Et sceleris pœnam gladio poscebat acuto.
En pius inferni fracturus cornua castris
In cœlum extorres dignatur ducere gentes.
Quiq; potens cœlo domini stat filius alto
Accipit in terris humanum corpus vt idem
Immerito immensas perfoluat funere culpa
Qui populos iusto valuit damnare flagello

Liber vigesimus quintus;

Fo. ccclii.

Vera loquor vobis regemq; hominẽq; deumq;
Humanas habitasse casas sum testis. & ipse
Iustus homo dominusq; poli dominusq; profundis
Omnia qui solo genitus plasinauit ab vno
Vitali mortem conculcans morte furentem
Difficit horrendas terreni principis alas
Quo postquam sacræ fluxerunt sanguinis vndæ
Surrexit nitidis super albâ cacumina plagis
Cum populo vinculis moriens quem soluerat atræ
Victor mortis ouans. nunc miri sorte triumphis
Quo vitam peperit cæsus pia brachia pandens
Apparat entheos ferre in sua castra maniplos.
Bellum christus amat belloq; umbrata fatigat
Tartara. vos claros petitis qui Marte triumphos
Aeneadæ magni christana ad castra venite
Non eritis dextræ indecores victoria nudo
Constabit ferro speciosi & gloria martis
Dulcis honos vitiumq; decus. vos huc precor omnes
Martigenas si diuus amor vos: si ignea virtus
Inflamat vitæ promittens sæcula famæ
Si quid in æternam virtutem animosq; viriles
Vos priamus priamivæ patres si dardanus ingens
Si pius aeneas si maximus incitat hector
Si quid ab augusto vobis si a cæsare magno
Quid venit illustrans aquilas huc ferte superbas
Inuictosq; animos pilæq; mirantia cœlis
Christanas acies vt fortia poscite bella
Nil pudet in nostris nullũq; est dedecus armis
Conuenit his vitium gladiis defendere verum
Virtutemq; sequi castosq; inducere mores
Et miseros releuare solo sanctisq; fauere
Atq; bonis cunctiq; dolos euertere mundi
Sæuaq; funestis effringere colla tyrannis
Et proprium dominũ non vnquam tempore mœsto
Deferere & sanctis caput obiectare periculis
Pro patria charoq; deo. nil turpe sub isto
Dogmate romanis concordant christea veris
Militiam quicũq; petit verũq; decorem
Martis amat nullis fœdet sua pectora factis
Sic constans rectiq; tenax sub mortibus ipsi

Nota.

Nota.

C liii



Thalichristiæ

Intrepidus fatum superans: non motus amicum
Seruet honoris onus. nullisq; impulsibus alta
De virtute ruat sapiens tolerator & æqua
Fronte minas fortuna tuas coeliq; fauorem
Percipiat casu nec sit superabilis vilo.
Hoc tibi roma placet si vere es roma. simulq;
Bellator deus ipse docet candentibus armis
Qui nisi golgotheo subisset prælia campo
Nulla reformatos intrassent corpora coelos
Sed famulis exempla ferens contemnere mortem
Audet ad fre vim nulli tentata virosum:
Horrebat quæ dura nimis: quæ sentibus altis
Fregit odoratas acies dextraq; potentes
Acriter ingrati terrebat imagine læti
Ergo agite o proceres validis incumbite dextris
Et christum spectate ducem dein sydera vestra
Sint quæ sita manu iam totos prendere coelos
Fas ducibus captate precor. quid maius in armis?
Bella viri placeant viros habitura triumphos
Iam regnum coeliq; potest viteq; parari
Hoc tibi quo paruam quærebas sanguine terram
Vnde nitet princeps & rex vbi numina monstrat
Quaq; dies foelix flammantibus estuat vndis
Et qua lex viuens ac nescia sine resolu
Astringit superum laqueato principe votum
Lux vbi theogenis intermicat ebrâ succis
Et gens læta sedet nascenti subdita fratri
Fas tibi ferre gradus auratum & sistere sceptrum
Tempus in omne licet. si te facit esse furem
Quod funesta manet babylos spolianda trophæis
Ausoniis vmbraq; exerrat crassus inulta
Emouere dolens animæ cum moenia sancte
Pulchra sathaniacam cernis laniasse bipennem
Et vitis fecisse locum quibus icta nefando
Interiit miseranda rogo: summiq; decoris
Oblita hostiles admisit turbida mores
Iuppiter en stygius babylos quæ marte pudendo
Romano assyrium decorauit sanguine ferrum
Hoc est humanis impexit somnia turbis
Et lætale nefas confuso miscuit orbe.

Nota.

Nota.

Nota.

Liber ve gesimus quintus.

Fo. ccv.

Hæc te romanum babylos premat. hanc tibi curæ
Vincere & infernos victricia pila per agros
Tollere. surge precor. facili victoria cursu.
Terge minamq; hecatem: tria demonis ora nefandi
Rumpere in arbitrio est. vinces: nisi vincere nollis.
Ecce tibi a tergo ferientem respice parthum
Dæmona: sed magni truncatus sanguine christi
Inferior: nec vt ante furit frustrata vene no
Toxica iam & vinctis contorquet spicula dextris.
Ecce tibi & carnem propriam quæ legibus vni
Diuersis profligata maloq; & prona peremptis
Blanditiis mentemq; petit mentiq; repugnans
Excitat vmbrosos bella in seruilis sensus.
Huc romanæ manus: si sunt tibi robora vires
Martigenæ: coeliq; tremens si lancea transit
Dardana nec quasso penitus vibrata lacerto.
Huc huc signa ducem nunquã fallentia vestrum
Romulide faciesq; truces oculosq; minaces
Voluite: & accepto disrumpite tartara christo
Huc precor & latius configite dæmona telis
Adamicamq; luem furias noctemq; superbam
Vincite vosq; ipsos internaq; frangite monstra.
Hæc eadem vt faceres quid non faciebat Iesus?
Maius opus qui se quam qui fortissima vincit
Moenia. quid viles altæ carthaginiis arces
Tam nimium vicisse putas? bella horrida bella
Intus habes. sæuamq; geris sub pectore pugnam
In quo tenareis ingenti mole sagittis
Alternant acies scisse in contraria leges.
Et procul obiectis mentito & sydere fatis
Neruit optati falsa sub imagine veri
Ad meritum pacis pungentibus obsita gestis
Inuadunt crebri regalia tecta tyranni.
Erige socordes animos marcentia somno
Lumina. & stygiis infer pia bella tyrannis.
Dux tibi christus erit sceleris mortisq; superbæ
Victor. roma ducem christum primiq; sequare
Nam simul ac cæco splendet lux christea mundo
Quis colat infausti truncata virilia cœli
Iam iouis illa parens cecidit. iam syrticus ammon

Nota.

Nota.

Nota.



Thalichristæ

Saturnusq; ruit nec delphicus inflat apollo
Castalios tripodas delectaq; sortibus antra
Hec pereunt quicūq; colent iam vera salutis
Nuncia christicolas repetunt ad prælia dextras
Iam deus astrigero qui mortuus imperat axi
Victi mortis onus calcataq; dæmonis arma
Edocuitq; viros læti superare timorem
Iam pallas non arma fouet sed olympica virtus
A domino christoq; datur qui sanguine fuso
Hos clypeos hæc signa suis illustria membris
Sancta secundabit parthisq; imponet & indis
Dicimus hoc maius vitis imponet & umbris.
Nunc animis opus roma est. nec linque laborem
Quos tibi si cæci præstabat fabula vulgi
Aeripedes tauri sufflantes naribus ignem
Peruigilatq; draco sopitaq; cantibus ora
Thesalicis aurisq; aries ad phasidos vndam
Hoc tibi si valuit generosam incendere mentem
Tollereq; ad pulchri preciosa cacumina voti
Perspice quam sæuos in sano Marte labores
Pertulit æsonides pro diis fallacibus. ecce
It pelagus quod morte notant crudelibus vndis
Antea fulcato nunquam se credere ponto
Nec timuit rigidasq; ignotus nauita terras
Et petere & furis exposcere bella paratis.
Vos quos sancta fides veri quos filius almi
Quos deus ipse mouet verboq; accendit ad arma
Quid facietis erit nimium si corpora læto
Ostertis vestrūq; ducem defenditis armis
Qui moriens miseros communi clade peremptos
Eripuit viresq; dedit conseruat & afflat.
Christanus miles hoc est quod & altus Iason
Ille feros tauros & tu fera cornua sæui
Ditis. & ille aurum precium mercedis. & ipse
Imperium vitale manens atq; aurea vitæ
Tegmina lætifragasq; dapes sceptrūq; decusq;
In regno sine fine potens quo candida virtus
Christo emptos peruenit auos vbi lucidus æther
Et sine nube polus radiatas flammifer umbras
Componit mentiq; cibus datur ipse creator

Nota.

Intellige crucē

Nota.

Liber vigesimus quintus.

Fo. ccvi.

Perpetuos habitans animos purgatq; beatq;
Inuenies illic charitem que crimine primo
Exulat & terras scelus indignata reliquit
Nunc super occisi generatam sanguine magni
Spiritus illustrans dilectum infundit in orbem
Et paraelytani foelici vulnere doni
Inclita catholicum vocat in certamina sensum.
Inuenies illic magno quæ constat honestas
Ut sit nixa boni fontali lampade veri.
Militiq; decus grato regnare fauore.
Victores currus splendentiaq; eminus arma
Conspicies dextrosq; albeni veste maniplos.
Tutati heroes animas atq; atra terentes
Crimina te gremio excipient placidifq; lacertis
Ad tua pacificos factabunt brachia nexus
Illic noctiparos primo qui Marte furores
Victi & igniuomi detrusit vallibus orci
Candidus æternæ miles & signifer aræ
Te expectat bisbitosq; parat sufflare decores.
Sebastianus amor superiorum membra sagittas
Passa feras nimiumq; modis rutilantia miris
Ostendet colloq; nimis procerus ab alto
Purpuream gestans tunicam. gaudentibus armis
Martinusq; decens scisso formosus amictu.
Atq; arathathæis bellator achacius oris
Mille decem secum socis qui sacra fidemq;
Sumit ab angelicis precioso pectore linguis.
Virgineoq; trahens captiuum fune draconem
Sanguine agni referens bis tincta georgius arma
Et triadis famuli quibus est ea maxima cura.
Fortunare acies & desuper arma tueri
Militiq; decus venerandi nomen honesti
Protegere: & chari seruato limite recti
Christanis clypeis superos præstare fauores
Gaudia te viso peragent. foelixq; beanq;
Miles christus ouans victor scelerisq; doliq;
Mortis: & æterna caput illustrante corona
Inter honoratos dominos te sistet in omne
Tempus & expleto concedet munera voto
Munera quæ nunquam sensu capiuntur ab vilo

Nota.

More poetico
ponit infecta p
factis qd repit
etiā in sacra scri
ptura p̄sens p
futuro.



Thalichristæ

Non oculis non aure patent que maxime aula
Aptat in empyrea misero bellantibus ero.
Hec lachrymis merces hec belli premia lapsi
Hec hec digna tuis hec suscipe prelia dextris.
Dix tibi christus adest non est quod bella recuses
Hoc duce. surge comes domino. mortemq; vocato
Non timeas. nihil illa potest in mentibus altis
Iam cruce truncata est christo & moriente sepulchris
Abdita tartareis generosaq; vincere non tam
Corda valet. dixit. simul hæc effatus & altum
Dat gemitum & viuo poscebat funera voto
Dissolui cupiens & carcere corporis huius
Exonerare animam miserisq; exolvere curis
Esseq; cū domino qui vita & gloria christo.
Non minor interea est alius pia cura ministris
Inspirare deum viuisq; splendentia veri
Lumina per mœstos antiquis noctibus agros.
Hoc facit & iudas sanctus facit ipse thadæus
Sortifer hoc mathias fecundi hoc lingua philippi
Hoc domini frater sæua laniatus in vrbe
Alter & occiduos qui illustrat mortuos agros
Hoc etiam verbi centeno fenore sancti
His alia instructæ luces. sic deniq; christus
Cuncta potens cunctum ditavit egentibus orbem
Vt pia ab antiquo cecinerunt carmina sæclo
Bissenis trabeasq; feras tumidosq; tyaras
Ad sua retigeris contraxit ouilia seruis.

Finis.

De alijs aplis
& discipulis.

Scilicet Judas.
Thadæus. Mathias.
Philippus. Jacobus.
alter Jacobus.

alio lucis. s. alij
discipuli instru
eti ab istis.

**Distiones in hoc volumine perperā
impressæ sic corrigantur.**

In primo libro.

Folio septimo. versu. xxvij. caruimus. lege coruimus. Folio. viij
versu. xvj. in. lege. ni. Folio. ix. versu. viij. credidisti. lege credisti. In
eodẽ fo. versu. xii. iustus. lege inscius. Fo. xj. versu. xxxiii. patiantur
lege patiuntur. Fo. xij. versu. viii. examinata. lege exanimata.

Libro secundo.

Folio. xiiii. versu. xxx. vniam. lege vna. Eodem fo. altera pagina. ver-
su. ix. edom. lege edoni. Fo. xv. versu. xxxj. vlnis. lege vlnis. Fo. xvj.
versu. xxxvj. surget & pulchros. lege surget et: & pulchros. Eodem fo.
altera pagina. versu. vj. cut. lege an. Fo. xvij. versu. xxi. pollo. lege po-
lo. Eodem fo. versu. xxvj. signabis. lege signabit. Fo. xviii. versu. iiii.
classis. lege lassis. Eodem fo. versu. xxxv. gentes. lege gentis.

Libro tertio.

Folio. xx. versu. xi. immemor. lege immozor. Fo. xxj. versu. ix. in. lege
ni. Fo. xxii. versu. xxxii. nec laudis. lege ne claudis. Eodẽ fo. in alte-
ra pagina versu. xxxiii. horridus. lege horridus. Folio. xxv. versu. x.
quasi. lege quasi. Eodem fo. versu. xvii. false. lege false.

Libro quarto.

Fo. xxviii. versu. xxxiii. manes. lege manes. Eodẽ fo. in altera pagi-
na versu. ij. pōdere pro pōdera. Fo. xxxj. ver. ix. in. p. ni. Fo. xxxij. ver.
xxj. fortes draconū. lege fortesq; draconū. Eodẽ fo. in altera pagina
versu. xxj. adletantur. lege adletentur. Eodem folio. versu. xxix. opti-
nio p. opimo. Fo. xxxij. ver. v. membre pro mambze.

Libro quinto.

Fo. xxxiii. i altera pagina. ver. xxxii. pallere p. pellere. Fo. xxxv. ver.
xx. socios lege socias. Fo. xxxvj. in altera pagi. ver. xxxv. iri. lege ire.
Fo. xxxvii. ver. ix. est pro es. Fo. xli. ver. iij. dominū. lege dominā. Eo-
dem fo. versu. xii. custodia. lege custodita. Eodem fo. in altera pagi-
na. versu. xxvii. volens. lege valens. Libro sexto.

Fo. xliiii. ver. xxxviii. sinusq; lege sinus ablatoq;. Eodẽ fo. in altera
pagi. ver. xxxvii. pector. lege pectora. Fo. xlv. ver. xxiii. sanctā. lege
sanctū. Fo. xlvii. ver. xxxviii. tēpore. lege tēpora. Eodẽ fo. i altera pa-
ver. ij. vexabat. lege vexabit. in eadẽ pagina. ver. xxxi. peccand^o les-
ge paccandus. Fo. xlvij. ver. xxx. quis et. lege quis ablato et.

Libro septimo.

Folio. liiii. versu. xxxviii. merabunt. lege merabunt. Fo. lvj. versu.
xxij. caudia. lege gaudia. Libro octauo.

Fo. lx. ver. xxxv. ipsi. lege ipsas. Fo. lxj. ver. xxxviii. stephan^o in. le-
ge aliter in stephanus. Fo. lxiii. versu. xxvij. canit. lege canet.

Libro nono.

Fo. lxxvj. ver. primo. esterne. lege sterne. In altera pagina. ver. xxxix.
draco. lege vero. In eodẽ fo. ver. ix. tu. lege in. In eodẽ fo. ver. xxviii.
offentam. lege offensam. Fo. lxxvii. ver. xvj. viget. lege videt. Fo. lxxix.
versu. xliij. impura. lege impuro.



Libro decimo.

Fo. lxx. versu. xliij. barba. lege parua. In eodē fo. ver. xxviii. quas. lege. quos. Fo. lxxj. ver. xxxiiij. indigētes. lege indigētes. In eodē. in altera pagina. versu. xxxii. pulchra. lege pulchro. Fo. lxxii. ver. li. hel las incept. lege bellas angusto incept. Fo. lxxv. ver. xviii. proprijs fluctib⁹. lege proprijs tot fluctibus. In eodem fo. versu. ultimo. ni gentem. lege ingentem.

Libro vndecimo.

Fo. lxxvii. ver. xv. incedere. lege incendere. In eodē. in altera pagi na. ver. xii. genuerunt. lege genuerūt. Fo. lxxviii. ver. xxxvii. fremēs. lege fremens. In eadē pagina. ver. ultimo. eneam. lege eneam. Fo. lxxix. ver. xxi. cuncta. lege cuncte. Fo. lxxxj. ver. xxxv. peccato. lege paccato. In eodē. in altera pagina. ver. xvii. antēsa. lege in tonsa. Fo. lxxxiii. ver. xxx. ab illo. lege abs illo. Fo. lxxxv. est versus sic. expel litq; locis instet licet paruulus ecce. lege sic expellitq; locis licet in stet paruulus. ecce.

Libro duodecimo.

Folio. lxxxv. ver. xxij. sanctam lege sanctam. Fo. lxxxix. ver. xij. po tens lege petens.

Libro tertio decimo.

Fo. lxxvii. ver. x. fert. lege ferte. Folio. clx. ver. xij. faciē lege faciā. In eodē ver. xxxiiij. lene. leg. lenes.

Libro quinto decimo.

Folio. cxij. ver. xliij. cum patre lege. z patre. Fo. c. xliij. ver. p̄mi latr iani leg. latriam. Fo. cxvj. ver. xxxv. inuolueris leg. inuolucris. In eo dē in altera pagina. uer. xj. portata leg. portata. Fo. cxvij. ver. xxxiiij. sempe leg. semper. Fo. cxviii. ver. iij. acclamate leg. acclamante. Fo. cxix. ver. xij. lex extat ad omnis leg. extat ad omnia.

Libro sexto decimo.

Fo. cxxiij. ver. xxviiij. noctis le. nos. In eodē fo. xl. xxxiiij. scelesti parū leg. scelestiparū. In eodē. ver. vltio. ministrā leg. ministrū. Fo. cxxiij. ver. xxi. retracte leg. retractet. In eodē in altera pa gina ver. iij. fact⁹ lege fat⁹. Fo. cxxiij. ver. xj. q̄ lege q̄. Fo. cxv. ver. xviiij. q̄. leg. q̄. Fo. cxv. ver. iij. iān⁹ lege iānes. In eodē ver. vij. disciplinā lege displi c nā. seu doctrinā. In eodē fo. x. xxxv. iāno lege iāne. Eodē fo. i altera pagi. ver. xv. cū lege cū. Fo. cxv. ver. x. medijs mellib⁹. lege medī s e mellib⁹. In eodē i altera pagi. ver. xxi. ostro lege oestro. Fo. cxviii. ver. xxxv. vsq; lege vsquā. Fo. cxix. ver. iij. iannū lege iānē. In eodē ver. xi. ianno lege ianni. In eodem in altera pagina ver. vii. dex tra chasti lege dextera. Fo. cxxx. ver. vncto lege victo. In eodē ver. xxx iiii. et lege en. Fo. cxxxi. ver. xxii. audit. lege audit. In eodē ver. xxxi hos lege hoc.

Libro septimo decimo.

Fo. cxxxiii. ver. xxxiiii. vos lege vox. Fo. cxxxiii. ver. xxxii. somno le ge somnos. Fo. cxxxvi. ver. nostrū lege nostro. Fo. cxxxix. ver. xxxviii. terreq; phalāges lege tetre. In eodē in altera pagina ver. xvii. nero lege nero. Fo. cxi. ver. xxxviii. hoc fecit lege hoc facit. Folio. cxli. ver. xxxvi. at si vero lege si vero.

Libro octauo decimo.

Folio. cxlii. versu. xxxii. corde lege corda.

Libro nono decimo.

Fo. cxlix. ver. xlii. vulnificos lege vulnificas. fascēs lege faces. Fo. cl. ver. xxi. iussor lege iussor. Fo. cliv. ver. x. labanda lege lausanda. In eodē in altera pagina ver. xvii. fauet lege fauent. Fo. clv. versu. ii. ne gat lege negant. Fo. clviii. ver. xxxi. medium antra lege medium te net antra. In eodē in altera pagina ver. xxxviii. metuendo lege me tuenda. Fo. clv. ver. xxv. nobis lege nouis. Fo. clvi. ver. xlii. ptolomeg lege ptolomee. In eodē in altera pagina ver. xxxix. si culmine lege si a culmine. Fo. clvii. xl. xlii. scissis lege scisso. antri lege antro. Fo. clx. ver. iiii. initium lege inditium.

Libro vigesimo.

Fo. clxii. ver. ix. tolit lege tollit. Fo. clxv. ver. vi. in lege ni. Fo. clxvi. ver. iiii. donec ipse lege donec ipse.

Libro vigesimo primo.

Folio. clxii. ver. xviii. q̄ opprobria lege quē. Fo. clxxv. ver. vii. paties lege patientes.

Libro vigesimo secundo.

P̄mo versu libri. vt lege at. Fo. clxxviii. ver. xvii. magna lege ma gno. Fo. clxxx. ver. xxxii. murmura lege murmure. In eodē in altera pagina aceruas lege acerbas ver. iij. In eadē ver. xxxi. rettullit lege rettulit.

Libro vigesimo tertio.

Folio. clxxxii. ver. xlii. carnes lege carens. Fo. clxxxiii. ver. xxii. seuis lege seui. Fo. clxxxvi. versu. xvii. venerator lege veneratur. Fo. clxxx vii. ver. xlii. nomine lege numine.

Libro vigesimo quarto.

In argumēto stephanus vir lege ecōtra. id est vir stephanus.

Libro vigesimo quinto.

Folio. cxcvii. ver. xxxix. chistus lege chistos. Fo. cxcix. in p̄ma pa gina ver. vltimo. manificus lege magnificus. Fo. cc. ver. xix. dēmonū aca lege dēmonica.

Finitur opus Thalichristiæ cum indice mendarum quæ pro breuitate temporis fuerunt perperam impressæ: quæ si suis locis reponantur inuenies opus castigatissimū. Quod fuit impressum cōpluti carpetaniæ in officina Arnaldi guil lelmi de brocario. Anno a natali christiano. M.D. xxii. ab solutum vero tertio idus aprilis.

niēcos y .xvi.

ctauarios z biflorias

Mayo a .xvii. de mayo.
 Mayo a .vii. de Junio.
 Junio a .i. de Junio.
 Mayo a .xvii. de Junio.
 Mayo a .xii. de Junio.
 Mayo a .xvi. de Junio.
 Mayo a .xii. de Julio.
 Mayo a .iiij. de Setiebre.
 Mayo a .v. de Setiebre.
 Mayo a .vi. de Setiebre.
 Junio a .xi. de Oubre.
 Junio de Oubre a .xii. de Otu.
 Junio a .xv. de Oubre.
 Junio a .xvi. de Oubre.
 Julio a .xvii. de Oubre.
 de setiebre a .xiiij. de Otu.
 diebre cur9 offm sic in nat.
 de nobre mbre .ii. lectiones.
 rezara el lunes siguiente.
 p̄tmo dia.
 diebre a .xvi. de Desiebr.
 diebre a .xvii. de Desiebr.
 diebre a .xviii. de Desiebr.

Año de mill y quinientos y .xvi.

Las fiestas ocupadas por octauarios z biflorias

La ascension a .iiij. de Mayo.
Traslato sancti nicolai a .iiij. de mayo
Bordiani z epimachi marty9. a .x. de mayo
Deus omnium a .iiij. de Junio.
Primi et feliciani marty9 a .iiij. de Junio
Dominici calcateñ. a .xiiij. de mayo
Quonis confessoris a .xiiij. de mayo
Bauduli martyris a .xiiij. de mayo
Urbanus episcopi z martyris a .xv. de mayo
Detronille virginis ultimo de mayo
Enconis abbatis a .primero de Junio a .v. de Setiebre.
Joannis de orbea a .ij. de Junio a .vi. de Setiebre.
Barcellini et petri a .iiij. de Junio a .xi. de Oubre.
fausti Gammarij z marcialis mar. a .xiiij. de Oubre a .xii. de Otu.
Bonifacis epi et martyris a .iiij. de Junio a .xv. de Oubre.
Artialis episcopi ultimo de Junio a .xvi. de Oubre.
Traslato sancti martini a .iiij. de Julio a .xvii. de Oubre.
Egidij abbatis primero de setiebre a .xiiij. de Otu.
Presentatio sancte marie a .xvi. de nobiebre cur9 offm sic in nat.
Longini et capasij marty9 a .xviiij. de nobre mbre .ii. lectiones.
La dominica segunda del auiento se rezara el lunes siguiente.
Y el octauario dela conception en el septimo dia.
Dauidich z com9 es9 marty9. a .xvii. de setiebre a .xvi. de Desiebr.
Teocadie virginis a .iiij. de desiebre a .xvii. de Desiebr.
Traslato sancti sodou epi a .xvii. de desiebre a .xviii. de Desiebr.

100-20000
IBATICRISTIA
ALUARI GOMEZ

